CONSTITUTIONES PONTIFICIÆ ET ROMANARUM CONGREGATIONUM DECISIONES AD PAROCHOS UTRIUSQUE CLERI SPECTANTES.

JO: BAPTISTA PITTONO
SACERDOTE VENETO
COLLECTORE.





EXCUDEBAT VENETIIS
Leonardus Pittonus Collectoris Pater.
SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.
ANNO MDCCXXXVII.





EPISTOLA DEDICATORIA PRIMÆ EDITIONIS

ILLUSTRISS. & REVERENDISS. D. D.

FORTUNATO MAUROCENO

EPISCOPO TARVISINO.

S. D. N. CLEMENTIS PAPÆ XI.

Prælato Domeſtico, & Aſſiſtenti.

JO. BAPTISTA PITTONUS SACERDOS VENETUS

SE, SUAMQUE COLLECTIONEM

D. D. D.

CUi digniori (quid dico?) immo cui digniſſimo Præſulum poſſum, quia movet impetus animi: debeo, quia impellit ſtimulus reverentiæ, humiliter dedicare haſce meas Collectiones pro Parochis, niſi TIBI Illuſtriſſime, & Reverendiſſime Antiſtes MAUROCENE, cui totus vocor a TE pro tua Virtute, totus moveor a TE pro Tua egregia Probitate, Pietate

 ſin-

singularissima, Amore ineffabili erga illos, qui se conantur, qualescunque sint, TE colere, & revereri? Nihil dico, quia fortasse suspicaberis, & ego timebo adulatorium: Nihil, inquam, dico, Te Tuo Sanguine præclarissimo de Serenissimo Patruo *Duce*; de Patre, & Fratribus *Equitibus* incomparabiliter ab omni Populo, ab omni Senatu cultis:

Inspiciam tantummodo quæ facis DEO grandia, Populo amata, omnibus hominibus admiranda. *Clerus* quanti TIBI est! Pro eo omnia, quæ potes, intentas: Pro *Iuvenibus educandis* moliris, quæris, studes, quæ his optime imbuendis gravia pro impensis, rara pro beneficiis sanctissime inserviunt: reliquis ne dicam plura, quia jam nota, atque laudata in Vulgo sunt. Totus pro illis beneficus, illi TIBI singulariter debitores.

Excusa igitur, si hoc TIBI dare fortasse audeo: Talis es, ut non possim non TIBI obsequi: Tantus es, ut TIBI non debeam usque in sæcula TE semper suspicere, TE semper itidem venerari. Vale.

AU-

AUCTORES
QUIBUS USI SUMUS IN HAC COLLECTIONE PRO PAROCHIS.

A

ALexandri S. R. E. Cardinalis Falconerii Decisiones Sacræ Rotæ Romanæ, in quatuor Tomos distinctæ. Romæ. 1728.

Alexandri Benincasa Decisiones Sacræ Rotæ Romanæ Romæ 1714.

Alexandri Caprara decisiones S. Rotæ romanæ, in duas Partes distributæ. Lucæ. 1725.

Alexandri Ludovisii Decisiones Sacræ Rotæ Romanæ. Venetiis 1623.

Alphonsi Manzanedi Decisiones Sacræ Rotæ Romanæ. Romæ 1673.

Angeli Celsi Decisiones Sac Rotæ Romanæ. Romæ 1668.

Angelica Lantusca Theatrum Regularium, cum novissimis Additionibus Jo: B. P. S. V. Romæ. 1717.

Ansaldi de Ansaldis Decisiones Sacræ Rotæ Romanæ. Romæ. 1711.

Antonii Riciulli Tractatus de Jure Personarum extra Ecclesiæ gremium existentium. Romæ. 1622.

Ascanii Tamburini de Jure Abbatum Tomi tres. Augustæ Vindelicorum. 1691.

Ejusdem de Jure Abbatissarum Tomus unicus. Coloniæ Agrippinæ 1691.

Augustini Barbosæ Tractatus de officio & potestate Parochi. Venetiis. 1705.

Ejusdem de Canonicis & Dignitatibus. Venetiis. 1707.

Ejusdem de potestate Episcopi, in tres Partes divisus. Venetiis. 1707.

Ejusdem Collectanea Doctorum in Concilium Tridentinum. Venetiis 1709.

Ejusdem Ius Ecclesiasticum Universum, in tres Partes distinctum. Venetiis. 1706.

Augustini Matthæucci Officialis Curiæ Ecclesiasticæ. Venetiis. 1723.

B

BArtholomæi Gavanti Manuale Episcoporum. Venetiis. 1726.

Bernardi Bissi Hierurgia, duobus Tomis comprehensa. Genuæ. 1686.

Hie-

Hieronymi Gonzalez Commentatio ad Regulam octavam Cancellariæ. Lugduni. 1676.

Hieronymi Palmæ Nepotis Decisiones Rotæ Lucanę, & Romanæ, in quinque Libros distributæ. Venetiis. 1718.

Hieronymi Nicolii Lucubrationes utriusque Iuris. Romæ, Anno Iubilæi, 1700.

Ejusdem Flosculi ex utroque Iure libati. Venetiis 1706.

Hieronymi Baruffaldi commentaria ad Rituale Romanum. Venetiis. 1731.

I

Jacobi Balduccii Decisiones, & Res judicatæ Parmæ. 1703.

Jacobi Emerix de Matthiis Decisiones Rotales, in tres Tomos distributæ. Venetiis. 1712.

Jacobi Mancini Practica visitandi Infirmos, in duas Partes divisa. Venetiis. 1659.

Joannis Clericati Discordiæ Forenses de Beneficiis, atque Pensionibus, sex Partibus comprehensæ. Venetiis. 1718.

Joannis Emerix Germani Decisionum Sacræ Rotę Romanæ Tomus unicus. Venetiis. 1712.

Joannis Antonii Massobrii Praxis habendi Concursum ad vacantes Parochiales. Mediolani. 1625.

Ejusdem Tractatus de Synodo Diœcesana Ibidem, eodem Anno.

Joannis Baptistæ Braschii Opus de libertate Ecclesiæ in conferendo Ecclesiastica Beneficia, in quatuor Tomos distinctum. Lugduni. 1718.

Ejusdem Promptuarium Synodale. Romæ 1727.

Joannis Baptistæ de Luca Operum Liber XII. de Beneficiis. Venetiis. 1716.

Ioannis Baptistæ Ventriglia Praxis Fori Ecclesiastici, in duos tom. distributa. Ven. 1702.

Ioannis Baptistæ Pittoni Sacerdotis Veneti Constitutiones Pontificiæ, & Romanarum Congregationum Decisiones, in tredecim Tomos distributæ. Venetiis 1715. 1719. 1725. 1730. & 1731.

Ioannis Iacobi Scarfantonii Animadversiones ad Elucubrationes Canonicas Francisci Ceccoperii, in duas Partes distinctæ. Lucæ. 1723.

Iosephi de Prosperis Tractatus de Territorio separato. Romæ. 1712.

Iosephi Crispini Tractatus Italicus de Visitatione Pastorali. Venetiis. 1711.

L

Laertii Cherubini Magnum Bullarium Romanum, in quinque Volumina distributum. Lugduni. 1692. & 1697.

Præter nonnullos alios ab aliquo ex prædictis Auctoribus citatos.

TRI-

TRIGINTA DUO
SUMMI PONTIFICES
ORDINE ALPHABETICO DISPOSITI, QUORUM CONSTITUTIONES IN HOC OPERE RECENSENTUR.

Alexander VI. Hispanus, creatus Anno 1491. 12. Augusti: obiit Anno 1503. 18. Augusti.

Alexander VII. Senensis, creatus Anno 1655. 7. Aprilis: obiit Anno 1667. 22. Maii.

Alexander VIII. Venetus, creatus Anno 1689. 6. Octobris: obiit Anno 1691. 1. Februarii.

Benedictus XII. Gallus, creatus Anno 1334. 21. Decembris: obiit Anno 1342. 25. Aprilis.

Benedictus XIII. Romanus, creatus Anno 1724. 29. Maii: obiit Anno 1730. 21 Februarii.

Clemens VII. Florentinus, creatus Anno 1523. 19. Novembris: obiit Anno 1534 25. Septembris.

Clemens VIII Florentinus, creatus Anno 1592. 30. Januarii: obiit Anno 1605. 3. Martii.

Clemens IX. Pistoriensis, creatus Anno 1667. 20. Junii: obiit Anno 1669. 9. Decembris.

Clemens X. Romanus, creatus Anno 1670. 29. Aprilis: obiit Anno 1676. 22. Julii:

Clemens XI. Urbinas, creatus Anno 1700 23. Novembriis: obiit Anno 1721. 19. Martii.

Eugenius IV. Venetus, creatus Anno 1431. 4 Martii; obiit Anno 1447 23. Februarii.

Gregorius XIII. Italus, creatus Anno 1572. 13. Martii: obiit Anno 1585. 10. Aprilis.

Gregorius XIV Mediolanensis, creatus Anno 1590. 9. Decembris: obiit Anno 1591 15. Octobris.

Gregorius XV. Bononiensis, creatus Anno 1621. 8. Februarii: obiit Anno 1623. 8. Julli.

Honorius IV. Romanus, creatus Anno 1285. 2 Aprilis:

lis; obiit Anno 1287 3. Aprilis.

Innocentius IV. Januensis, creatus Anno 1243 24. Junii: obiit Anno 1254. 12. Decembris.

Innocentius X Romanus, creatus Anno 1644 15. Septembris: obiit Anno 1655 7. Januarii.

Innocentius XI. Comensis, creatus Anno 1676. 21. Septembris: obiit Anno 1689. 12. Augusti.

Innocentius XII. Neapolitanus, creatus Anno 1691. 12. Julii: obiit Anno 1700. 27. Septembris.

Innocentius XIII. Romanus, creatus Anno 1721. 8. Maii: obiit Anno 1724. 8. Martii.

Julius II. Savonensis, creatus Anno 1503. 1. Novembris: obiit Anno 1513. 21. Februarii.

Iulius III. Aretinus, creatus Anno 1550. 8. Februarii, obiit Anno 1555. 23. Martii.

Leo X. Florentinus, creatus Anno 1513. 15. Martii: obiit Anno 1521. 1. Decembris.

Martinus V. Romanus, creatus Anno 1417. 11. Novembris: obiit Anno 1431. 12. Februarii.

Paulus II. Venetus, creatus Anno 1464. 31. Augusti: obiit Anno 1471. 28. Julii.

Paulus III. Romanus, creatus Anno 1534. 10. Octobris: obiit Anno 1549. 10. Novembris.

Paulus IV. Neapolitanus, creatus Anno 1555 23. Maii: obiit Anno 1559. 14 Augusti.

Paulus V. Romanus, creatus Anno 1605. 15. Maii; obiit Anno 1621. 28. Januarii.

Pius IV. Mediolanensis, creatus Anno 1560. 26. Decembris: obiit Anno 1565. 9. Decembris.

Pius V. Italus, creatus Anno 1566. 7. Ianuarii: obiit Anno 1572. 1. Maii.

Sixtus V. Italus, creatus Anno 1585. 12. Aprilis: obiit Anno 1590 27. Iulii.

Urbanus VIII. Florentinus, creatus Anno 1623 6. Augusti: obiit Anno 1644. 29. Iulii.

DE-

DECISIONES ROTALES
PER DIOECESES DIGESTÆ,
QUÆ IN HOC OPERE BREVITER CONTINENTUR AD PAROCHOS SPECTANTES.

A

Adrien. Benefic. 1668. 4. Iun. coram Ottalora..
Adrien. Congruæ 1672. 18. Mar. coram Matthæjo.
Æsina Bonor. 1659. 31. Mar. coram Verospio.
Albanen. Sponsal. 1710. 15. Dec. coram Ansaldo.
Albanen. Sponsal. 1711. 13. Iun. coram Scotto.
Albanen. Transact 1672. 27. Ian coram Taja.
Algaren. Pension. 1674 28 Nov. coram Matthæjo.
Aliphana Iurispatron. 1629 4. Iul. coram Ghislerio.
Altamur. Immission. 1701. 17. Ian. coram Muto.
Anconitana Terrar. 1578. 13. Iun. coram Seraphino.
Anconit. separ. Thori 1675. 8. Mar. coram Rondinino.
Anglonen. Archipresb. 1666 29. Oct. coram Taja.
Anglonen. Archipresb. 1668. 25. Iun. coram Ottalora.
Aprutina Matrimon. 1708. 30. Apr. coram Scotto.
Aquen. Procession. 1680. 26. Iun. coram Ursino.
Arianen Benefic. 1651. 10. Mar. coram Verospio.
Ariminen. Parochial. 1659. 10. Mar coram Albergato.
Asculana Bonor. 1680. 15. Ian. coram Vicecomite.
Asten. Præposit. 1677. 29. Ian. coram Calataju.
Avenion. Fideicom. 1659. 24. Ian. coram Cerro.
Avenion. Transact. 1661. 4. Apr. coram Priolo.
Avenion. Fideicom. 1661. 20. Iun. coram Cerro.
Avenion. Fideicom. 1670. 17. Nov. coram Albergato.
Avenion. Dotation. 1680. 19. Iun coram Albergato.
Avenion. Succession. 1683. 4. Iun. coram Ursino.
Aversana Funeral. 1634. 23. Iun. coram Coccino.
Augustana Canonic. 1668. 26. Nov. coram Albergato.
Augustana Iurispatr. 1698. 17. Febr. coram Olmo.

B

Barbastr. Decimar. 1660. 7. Maii coram Albergato.
Barchinon. Benefic. 1704. 15. Apr. coram Molines.
Barchinon. Benefic. 1704. 12 Dec. coram Omanna.
Barchinon. Congruæ 1674. 19 Jan coram Matthæjo.
Barchinon. Divor. 1676. 11. Dec. coram Vicecomite.
Barchinon. Benefic. 1683. 7. Maii coram Caccia.
Baren. Sponsal. 1711 22. Iun. coram Lancetta.
Benevent. Spolii 1585. 2. Dec. coram Orano.
Benevent. Canonic. 1647. 27. Maii coram Bichio.
Benevent. Iurisd. 1659. 5. Maii coram Taja.
Benevent. Parochial. 1671. 19. Iun. coram Rondinino
Benevent. Pension. 1673. 1. Dec coram Calataju.
Bergom. Funeral. 1594. 7. Nov. coram Mantica.
Bituntina Iurispatr 1704. 28 Nov. coram Caprara.
Bituntina Iurispatr. 1717. 28. Iun. coram Crispo.
Bononien Parochial. 1706 8. Febr. coram Scotto.
Bononien. S. Apollin. 1586. 10. Iun. coram Orano
Bononien. Dismembr. 1659. 10. Febr. coram Verospio.
Bononien. Dismembr. 1668. 20. Febr. coram Bevilaqua.
Bononien. Dismembr 1668. 16. Apr. coram Taja.
Bononien. Primitiar. 1668. Febr. coram Albergato.
Bononien Capellæ 1669. 28. Iun coram Bourlemont.
Bononien. Primitiar. 1672. 23. Ian. coram Albergato.
Bononien. Matrimon. 1674. 16. Apr. coram Emerix.
Bononien. Pension. 1674. 18. Iun coram Rondinino.
Bononien. Fideicom. 1679. 20 Febr coram Taja.
Bononien. Fideicom. 1680. 17. Iun. coram Emerix.
Bononien Parochial. 1682. 12. Ian. coram Albergato.
Bovinen. Archidiac. 1714. 27. Iun. coram Scotto.
Burgen. Iurisdict. 1706. 11. Iun. coram Ansaldo.
Burgen. Iurisd. 1709. 26. Iun. coram Lancetta.
Burgen. Iurisdict. 1714. 9. Febr. coram Falconerio.
Burgen Iurisdict. 1714. 23. Febr. coram Falconerio.
Burgen. Funeral. 1661. 16. Iun. coram Cerro.
Burgen Præemin. 1677 8. Febr. coram Bourlemont.
Burgen. Iur. seden. 1677. 2. Apr. coram Vicecom.
Burgen. Iur. deput. 1684. 21. Febr. coram Albergato.
Burgen. Iur. confer. 1691. 23. Iun. coram Molines.

Ca-

C

E

F

Fir-

Iler-

Ma-

Pam-

Re-

Romana Teſtamen. 1660.
5. Maii coram Veroſpio.
Romana Teſtamen. 1661. 4.
Febr. coram Veroſpio.
Romana Matrimon. 1665.
26. Jun. coram Cerro.
Romana Quartæ 1668. 4.
Jun. coram Bourlemont.
Romana Matrimon. 1669.
15. Febr. coram Carpineo.
Romana Immiſſion. 1672.
5. Oct. coram Severolo.
Romana Quartæ 1674. 5.
Apr. coram Emerix.
Romana Vineæ 1676. 10.
Jan. coram Albergato.
Romana Penſionis 1678. 6.
Iun. coram Rondinino.
Romana Orciani 1679. 16.
Ian. coram Bourlemont.
Romana Præmin. 1679. 16.
Iun. coram Rondinino.
Romana Cenſus 1682. 12.
Iun. coram Emerix.
Romana Cenſus 1684. 14.
Iun. coram Emerix.
Romana Penſionis 1694. 15.
Mar. coram Priolo.
Romana Funeral. 1696. 30.
Ian. coram Molines.
Romana Matrimon. 1697. 4
Febr. coram Urſino.
Romana Funeral. 1699. 15.
Iun. coram Molines.
Roſſanen. Exempt. 1667. 4.
Mar. coram Taja.

S

Salamant. Stipend. 1606. 16.
Ian. coram Lancelloto.
Salisburg. Iur. Metrop. 1698.
13. Febr. coram Priolo.
Savonen. Benefic. 1664. 30.
Ian. coram Emerix.
Segobien. Benefic. 1723. 19.
Nov. coram Falconerio.
Senogall. Parochial. 1664. 6.
Iun. coram Priolo.
S. Severini Manuten. 1709.
7. Ian. coram Criſpo.
S. Severini Manuten. 1709.
7. Iun. coram Criſpo.
S. Severini Parochiel. 1660.
9. Ian. coram Bevilaqua.
Spiren. Cenſurar. 1606. 28.
Iun. coram Albergato.
Sulmonen. Benefic. 1655.
3. Iul. coram Albergato.
Surrentina Fabricæ 1706.
11. Ian. coram Caprara.

T

Tarracon. Benefic. 1712. 11.
Apr. coram Lancetta.
Tarracon. Prioratus 1673.
15. Maii coram Emerix.
Tarracon. Prioratus 1674.
16. Febr. coram Emerix.
Tarracon. Juridict. 1700.
28. Iun. coram Olmo.
Taurin. Prioratus 1666.
29. Ian. coram Carpineo.
Taurin. Decimar. 1667.
23. Mar. coram Bourlemont.

Ti-

Tirafon Decimar. 1704. 30. Iun. coram Caprara.
Tirafon. Decimar. 1697. 1. 2. Iul. coram Caprara.
Toletana Matrim. 1625. 10. Dec. coram Merlino.
Toletana Matrim. 1639. 18. Febr. coram Coccino.
Toletana Archidiac. 1650. 4. Apr. coram Albergato.
Toletana Manuten. 1657. 7. Febr. coram Meltio.
Toletana Decimar. 1657. 27. Apr. coram Meltio.
Toletana Decimar. 1657. 18. Iun. coram Verofpio.
Toletana Decimar. 1660. 14. Maii coram Bevilaqua.
Toletana Manuten. 1660. 26. Maii coram Bevilaqua.
Toletana Manuten. 1660. 9. Jun. coram Bevilaqua.
Toletana Decimar. 1668. 27. Jun. coram Ottalora.
Toletana Decimar. 1672. 9. Maii coram Caftrillo.
Toletana Decimar. 1674. 9. Apr. coram Bourlemont.
Toletana Decimar. 1677. 15. Jan. coram Bourlemont.
Toletana Iurifdict. 1689. 6. Iun. coram Molines.
Tranen. Iur. fepelien. 1673. 13. Ian. coram Rondinino.
Tranen. Iur. fepelien. 1675. 1. Febr. coram Rondinino.
Tridentina Decim. 1702. 22. Iun. coram Muto.
Trojana Crucis 1708. 10. Dec. coram Aldrovando.
Trojana Iur. funer. 1675. 18. Febr. coram Albergato.
Tudert. Donation. 1632. 17. Iul. coram Cerro.
Tudert. Succeffion. 1662. 27. Febr. coram Bourlemont.
Tuden. Capellæ 1705. 23. Iun. coram Scotto.
Tullen. Monafterii 1597. 17. Mar. coram Penia.
Turritana Congruæ 1665. 22. Mar. coram Taja.
Turritana Congruæ 1666. 5. Iul. coram Priolo.

V

Vaden. Diftribut. 1673. 12. Maii coram Emerix.
Valentia Matrim. 1578. 24. Ian. coram Blanchetto.
Valentina Penfionis 1600. 31. Ian. coram Litta.
Valentina Rectoriæ 1646. 3. Dec. coram Bichio.
Valentina Rectoriæ 1647. 17. Mar. coram Bichio.
Valentina Rectoriæ 1647. 24. Maii coram Bichio.
Valentina Benefic. 1673. 11. Dec. coram Calataju.
Valentina Vicariæ 1674. 27. Apr. coram Calataju.
Valentina Benefic. 1696. 17. Febr. coram Olmo.
Vallifolet. Congruæ 1677. 11. Ian. coram Emerix
Vallifolet. Congruæ 1677. 25. Iun. coram Emerix.
Varmien. Diftribut. 1666.

Præter nonnullas alias ejusdem Sacræ Rotæ Decisiones, ab aliquo ex citatis Auctoribus relatas, quas, quia non vidimus in fonte, noluimus in hoc Indice inserere.

R E-

RERUM OMNIUM

IN HAC DECISIONUM COLLECTIONE CONTENTARUM

ELENCHUS.

A

488.

1721.

Ec-

Fe-

G

Insti-

Ne-

N

O

Paro-

572.

T

Noi Riformatori dello Studio di Padova.

AVendo veduto per la Fede di revisione, ed approvazione del P. F. Tommaso Maria Gennari Inquisitore nel Libro intitolato: *Constitutiones Pontificia &c. & Decisiones ad Parochos. utriusque Cleri spectantes*, non v'esser cos'alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per attestato del Segretario Nostro; niente contro Principi e buoni costumi, concediamo licenza a *Leonardo Pittori Stampatore*, che possa esser stampato, osservando gli ordini in materia di Stampe, e presentando le solite copie alle Pubbliche Librerie di Venezia, e di Padova.

Dat. 17. Luglio 1736.

(Michele Morosini Kav. Rif.
(Giovanni Emo Proc. Rif.

Agostino Gadaldini Segretario.

CON-

CONSTITUTIONES
AC DECISIONES
AD PAROCHOS
UTRIUSQUE CLERI SPECTANTES,
EDITÆ
ANNIS, DIEBUS, & MENSIBUS, UT INFRA.

Anni | Numeri

1254. 6. Mar. —— SAcerdotes Græci conjugati, & alii, quibus Parochiarum cura, vel Ecclesiarum Parochialium regimen per Episcopos suos committitur, licite, & libere possint Parochianorum suorum Confessiones audire, ipsisque pænitentiam injungere pro peccatis, quia cui licet, vel conceditur quod est majus, competit nimirum, nec negari convenit, quod est minus *Innocentius IV. apud* Cherubin *in Bullar. tom 1. Constitut. 14. quæ incipit* Sub Catholicæ, *& refert etiam* Quaran. *in Sum. Bullar. verb.* Græcorum Ritus, *n.*16. 1

1286. 27. Nov. —— Filii, & Nepotes ejus, qui de Hæresi inquisitus, & absolutus fuit, ad Beneficia Ecclesiastica, ac Dignitates possunt admitti *Honorius IV. apud eund.* Cherubin. *ibid. Consti. 2. quæ incipit* Exhibita. ¶ Concordat hæc Constitutio cum illa, quam antea edidit Alexander IV. 1258. 27. Sept. *apud eund. ibid Constitut.12 quæ incipit* Quod super, §.12. 2

1339. 19. Dec. —— Qui loco sui alios supponunt examini pro consequendis Beneficiis Ecclesiasti- 3

 cis,

cis, & qui aliorum mentitis nominibus hujusmodi examen subeunt, Excommunicationis sententiæ ipso facto subjacent, & Litteræ Pontificiæ per hujusmodi fraudem obtentæ, irritæ sunt, & inanes: ac insuper prædicti, qui sibi falsa nomina imponentes, pro aliis subeunt examen, privantur omnibus Beneficiis Ecclesiasticis, si habeant, & non habentes, inhabiles redduntur ad ea consequenda. *Benedictus XII apud* Cherubin. *in Bullar. tom.* 1. *Constitut* 7 *quæ incipit* Quoniam.

1418. 22. Febr. —— Damnati sunt a Martino Quinto sequentes Articuli Joannis Wicleff de Anglia, quorum primus, cæteris omissis: *Decimæ sunt puræ Eleemosynæ, & possunt Parochiani propter peccata suorum Prælatorum ad libitum suum eas auferre.* Apud præf Cherubin ibid. Constitut 1. quæ incipit *Inter cunctas*, Artic 18 4

1418. 22. Febr —— Secundus: *Papa cum omnibus Clericis suis possessionem habentibus, sunt Hæretici; eo quod possessiones habent, & consentientes eis, omnes videlicet Domini sæculares, & cæteri Laici.* Apud eund ibid Artic 36 5

1418. 22. Febr. —— Tertius: *Decretales Epistolæ sunt apocryphæ, & seducunt a Fide Christi, & Clerici sunt stulti, qui student eis.* Apud eund ibid Artic 38 6

1440. 8 Jul. —— Intelligitur optimo jure satisfactum esse Canoni Ecclesiæ *de Pænit. & Remiss. Omnis utriusque sexus*, si in Hebdomada Sancta, vel infra Octavam Paschæ, secundum meliorem dispositionem Conscientiæ, & aptiorem mentis devotionem Fideles præparatione debita Sanctum Eucharistiæ Pignus accipiant; & huic sententiæ omnes acquiescant. *Eugenius IV. apud* Cherub *in Bullar tom.* 1. *Constitut* 20. *quæ incipit* Fide digna, *& refert etiam* Quaran. *in Sum. Bullar ver.* Communio Sacra, *ubi dicit, quod hæc Constitutio non est in Bullario* (sed modo existit, & ego inve- 7

inveni, prout supra ostendi, & citavi) *ideoque sumit ipse ex* Navarr. *in Man cap* 21 *num* 45. & ex Privilegiis Minorum, fol. 139 ¶ Citatur prædicta Constitutio etiam a Barbosa *de potest. Parochi*, *cap* 20. *num.* 14. *& a* Mancino *in Pract visit Infirm pract* 8. *dub.* 19 *nec non* a Lantusca *in Theatro Regular. ver.* Eucharistia, *n.* 4. ¶ Mediolani in Lombardia Tempus Paschale extenditur ad totam Quadragesimam, & Monachii in Bavaria a Dominica Passionis inclusive ad usque Dominicam secundam post Pascha similiter inclusive, ex Layman *l.* 5. *tr.* 4. *c.* 5. *n* 8. *ubi etiam citatur prædicta Constitutio & ejusdem relator* Navarrus, *loc. cit.*

1467. 1. Mar. —— Omnium rerum, & bonorum Ecclesiasticorum alienationem, omneque pactum, per quod ipsorum dominium transfertur, concessionem, hypothecam, locationem, & conductionem ultra triennium, nec non infeudationem, vel contractum emphyteuticum, præterquam in casibus a jure permissis, ac de rebus, & bonis in emphytheusim ab antiquo concedi solitis, & tunc in Ecclesiarum evidenti utilitate, ac de fructibus, & bonis, quæ servando servari non possunt pro instantis temporis exigentia, constitutionibus, prohibitionibus, ac Decretis aliis super hoc editis in suo nihilominus robore permansuris, fieri prohibuit *Paulus II. apud* Cherubin. *in Bullar tom.* 1 *Constit* 5. *quæ incipit* Ambitiosæ, *& referunt etiam* Corradus *in Prax. disp. Apostolic. lib* 9. *cap.* 1. *num.* 8 *ac antea* Quaranta *in Sum Bullar. ver* Alienatio rer. Eccl. *ubi ait*, *Paulum IV. aliqua ad hanc rem constituisse*, *quæ Pius IV. ad viam Juris communis reduxit anno* 1560 24. *Sept. in Bulla*, *quæ incipit* Provida, *quam* Cherubin *in Bullar tom.* 2. *ponit in Constitut.* 11. *ejusd Pontificis*: ideoque hodie attenditur dispositio Sacrorum Canonum, & præsertim præfati Pauli II quæ habetur inter Extravag. comm. sub tit. *de reb. Eccles. non alienan.*

1467. 1. Mar —— Si quis autem contra hujusmodi prohibitionis seriem de bonis, ac rebus eisdem quidquam alienare præsumpserit; alienatio, hypotheca; concessio; locatio, conductio; & infeudatio hujusmodi, nullius omnino sint roboris, vel momenti, & tam qui alienat, quàm is, qui alienatas res, & bona prædicta receperit, sententi m Excommunicationis incurrat: Alienanti verò bona Ecclesiarum, Monasteriorum, Locorumque Piorum quorumlibet; inconsulto Summo Pontifice, vel contra præsentis Constitutionis tenorem, si fuerint Prælati Episcopis, vel Abbatibus inferiores, Commendatarii, & aliarum Ecclesiarum Rectores, omnibus Ecclesiasticis cum Cura, & sine Cura Sæcularibus, & Regularibus Beneficiis; quorum res, & bona alienarunt dumtaxat, ipso facto privati existant, illaque absque declaratione aliqua vacare censeantur, & nihilominus alienatæ res, & bona hujusmodi ad Ecclesias; Monasteria; & Loca Pia, ad quæ ante alienationem hujusmodi pertinebant liberè revertantur. *Paulus II. apud eosd. ibid.*

1502 13 Apr. —— Vacant Beneficia per offensionem litigantium in Curia Romana; eorumque Judicum, Advocatorum, Procuratorum, Notariorum, Testium, aliorumque; & sic vacantia reservantur Sedi Apostolicæ. *Alexander VI apud Cherubin. in Bullar. tom. 1. Constitut. 21. quæ incipit* In eminenti. 10

1504. 1 Jun. —— Ecclesia Jurispatronatus erigi non potest in Parochialem sine consensu Patronorum. *Decisum refert* Nicolius *in Flosculo verb.* Parochus, *numer.* 1. 11

1505. 28. Jul —— Provisus de Beneficio à Sede Apostolica, non potest possessionem adipisci, nisi litteris expeditis; & per apprehensionem possessionis hujusmodi ante Papalium litterarum expeditionem privatur Beneficio, quod ideo vacare 12

care censetur. *Julius II. apud* Cherub. *in Bullar. tom. 1. Constitut. 4. quæ incipit* Romani. ¶ Contra tales administrationi se ingerentes extat Extravagantia communis, quæ incipit *Injunctum nobis*, de elect. ex Quaran *in Sum. Bullar. verb.* Beneficiorum possessio, *ubi habentur per extensum* aliæ duæ posteriores *ad hanc rem pertinentes Constitutiones*, Julii scilicet Tertii edita 1553. & Pii IV. publicata 1564. *prædictam communem Extravagantiam extendentes, & ampliantes.*

1516. 19. Dec. —— Parochi in Concionibus tempus præfixum futurorum malorum, vel Antichristi adventum, aut certum Judicii diem asserere nequaquam præsumant, sub pæna Excommunicationis, reservata Papæ absolutione. *Leo X. in Concil. Lateran. apud præfat.* Cherubin. *ibid. Constitut. 21. quæ incipit* Supernæ, *§. 5. & refert etiam* Quaranta *in Sum. Bullar. verb.* Prædicator. 13

1516 19. Dec. —— Regulares Mendicantes visitentur ab Episcopis, & etiam corrigantur in concernentibus Parochianorum Curam, & Sacramentorum administrationem. *Leo X. apud eund. ibid. Constitut. 22. quæ incipit* Dum intra, *§. 3. & referunt etiam* Quaran *verb.* Privilegia Regularium, *&* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 1. Constit. 26. ejusd. Pontific. ac* Matthæucc. *in Offic Cur. Reg. tom. 2. cap. 15. n. 1.* 14

1516. 19. Dec. —— Pacta, & Conventiones inter eosdem Fratres, & Prælatos, atque Curatos pro tempore inita valeant, nisi per subsequutum Capitulum proximum Generale, vel Provinciale refutata, ac per eos refutatio hujusmodi intimata debito tempore fuerit. *Leo X. apud* eosd. *ibid. §. 8.* 15

1516. 19. Dec —— Non possunt Mendicantes prædicti cum Cruce intrare Parochias ad levanda funera eorum, qui apud Ecclesias Domorum, & Locorum eorumdem suam elegerint Sepulturam, nisi præmonito, & recusante Parocho, & 16

tunc sine illius, & Ordinarii præjudicio; salvo antiquo usu, & pacifico. *Leo X. apud* eosd. *ibid* §. 9.

1516. 19. Dec. —— Volentes sepeliri in habitu eorumdem Fratrum, in Claustro non degentes; sed in propriis Domibus habitantes; in eorum ultima voluntate Sepulturam sibi eligere possunt. *Leo* X *apud* eosd. *ibid.* §. 10. 17

1516. 19 Dec —— Sponsorum Benedictio non est ab ipsis Fratribus facienda absque Curatorum consensu. *Leo X. apud* eosd. *ibid* § 13. 18

1516 19. Dec. —— Neque ipsi Fratres; neque Clerici sæculares in suis Ecclesiis Campanas pulsent in Sabbato Sancto ante signum Ecclesiæ Cathedralis; vel Matricis, sub pæna centum Ducatorum. *Leo X apud* eosd. *ibid* §. 14 ¶ Alicubi diversa adest consuetudo. 19

1516 19 Dec. —— Fratres; & Sorores tertii Ordinis; nec non Mantellati, Corrigiati; Pizocharæ; Cordellati; & alii quocumque nomine nuncupati; in propriis Domibus habitantes; Sepulturam ubi voluerint eligere valeant: sed die Paschatis tantum Eucharistiam; nec non Extremam Unctionem, cæteraque Ecclesiastica Sacramenta (Pænitentiæ Sacramento dumtaxat excepto) a proprio Parocho recipiant. *Leo X. apud* eosd *ibid* §. 19 20

1517. 13. Nov. —— Qui non contempto proprio Sacerdote Parochiali Missam audiverit in Ecclesiis Fratrum Ordinis Mendicantium; Dominicis, & Festis Diebus, satisfaciet præcepto Ecclesiæ de audienda Missa. *Leo X. apud* Cherub *in Bullar tom.* 1. *Constitut* 25. *quæ incipit* Intelleximus, *& referunt etiam* Peyrin. *de Privil. Regular tom.* 1 *Constitut* 21. *ejusd. Pontific. ac* Barbosa *de potest. Parochi, par* 1. *cap* 11. *n.* 15. *nec non* Lantusca *in Theatro Regular verb.* Missa Parochialis, *num* 1. ¶ Hæc Constitutio passim derogavit Juri *cap.* 2. *de Parochiis*, & Tridentino *Sess.* 22. 21

Seß.22 & Seß.24 cap.4. ut ait Engel *in Man. Parocbor part.2. cap.8. num.* 3. ubi addit, quod tunc proprius Parochus non contemnitur, cum aliquoties in Anno ejus Missa, & Concio auditur: e contra vero est Ovis erratica illa, quæ nunquam vocem proprii Pastoris exaudit.

1530. 3 Jun. —— Filii Presbyterorum ex fornicatione nati, Ecclesias Cathedrales, etiam Metropolitanas, ac Monasteria, quibus eorum Patres præfuerunt, seu illa, & illas Dignitates, etiam majores, & principales, Personatus, Administrationes, & Officia, etiam curata, & electiva, & alia quæcumque Beneficia Ecclesiastica cum Cura, & sine Cura, Sæcularia, & Regularia, quæ Presbyteri, & Clerici, ac Religiosi eorum Patres in titulum, vel commendam, aut administrationem, ad tempus, seu in perpetuum aliquando obtinuerunt, nullo unquam tempore quoquo modo obtinere possint, nec cum eis super hoc dispensare intelligit Summus Pontifex *Clemens VII. apud* Cherubin. *in Bullar. tom* 1. *Const.*30. *qua incipit* Ad Canonum, *& refert etiam* Quaran *in Sum Bullar. verb* Illegitimi. 22

1541. 11. Dec. —— Beneficia Ecclesiastica per privationem vacantia reservantur Sedi Apostolicæ *Paulus III. apud præfat* Cherubin. *in d. Bullar d. tom.*1 *Const* 28 *qua incipit* Sanctissimus. 23

1548. 26 Jun —— Amittitur Juspatronatus per non usum 40. annorum. *Rota coram* Arguelles *apud* Nicol *in Flosc. verb* Patronus, *n.*29 ¶ Engel *in Man. Parocb. par* 2. *cap* 1. *sect.* 1. *num* 7. *ad IV. ait*, *quod* amittitur, si duabus saltem vicius Patronus non præsentaverit. 24

1550 20. Jun —— In locis, in quibus non deputatur a Reverenda Camera Apostolica Collectores Spoliorum, fructus Beneficiorum tempore obitus Beneficiatorum inexacti, etiam ante morem maturati spectant ad Successores in Beneficiis, non vero ad Defunctorum Hæredes 25

Julius III. *apud* Cherubin. *in Bullar. tom* 1. *Constit.* 7. *quæ incipit* Cum sicut, *& referunt etiam* Quaran. *in Sum. Bullar. verb.* Spolia Clericorum, *nec non* Gavan *In Man. sub eod. verb. n.* 7. *& verb.* Bona Ecclesiastica, *num.* 18. ubi ait, sic iterum constituisse Urbanum VIII. *anno* 1628. 5. *Apr.*
¶ In Regno tamen Neapolitano quicumque fructus pendentes, etiam nondum separati a solo, seu nondum exacti usque ad diem adeptæ possessionis per Successores in eis, maturandi pro rata temporis, ad cameram Apostolicam spectant, & sic declaravit prædictam constitutionem *Julii Tertii Sixtus V.* 1589. 1. *Jan. apud præf.* Cherub. *in d. Bullar. tom.* 2. *Constitut.* 90. *quæ itidem incipit* Cum sicut, *& refert etiam citat.* Quarant. *ibid.*
¶ Alicubi non adest hujusmodi Spolium.

1557. 27. Nov. —— Qui pro obtinendis Beneficiis seipsos pro aliis examini supponunt, vel annuas pensiones offerunt, aut Beneficia impetrant pro aliis, ut ab eis aliquid consequantur, vel pro seipsis, ut aliis postea cum pensione resignent, excommunicantur, reservata Papæ absolutione: & privantur omnibus Beneficiis cum cura, & sine cura, Sæcularibus, vel Regularibus, & hujusmodi Beneficia sic vacantia reservantur Sedi Apostolicæ. *Paulus IV. apud* Cherubin. *in Bullar. tom.* 1. *Constit.* 12 *quæ incipit* Inter cæteras, *quam referunt etiam* Quaran *in Sum Bullar. verb.* Simonia, *nec non* Nicol. *in Flosc verb.* Beneficium Ecclesiasticum, *n.* 24. *ad* XII. 26

1560. 11. Oct. —— Judices privationum, Affines eorum, & Familiares non possunt impetrare Beneficia illa, quibus ipsi Beneficiatos privant: neque item Procuratores, & Sollicitatores in eorum causa, sub pæna nullitatis. *Pius IV. apud præfat.* Cherubin. *in d. Bullar. tom.* 2. *Constitut.* 4. *quæ incipit* Cupientes, *& refert etiam cit.* Quaran. *in d. Sum. Bullar. verb.* Beneficiorum privati. 27

1560. 5. Nov. —— Clericorum decedentium Bona 28

na ex illicita negotiatione, vel alias contra Sacros Canones acquisita, ad Cameram Apostolicam spectant, & non ad alios, etiam in quibusvis Cathedralibus, etiam Metropolitanis, & Collegiatis, cæterisque Beneficiis Ecclesiasticis cum Cura, Sæcularibus, & Regularibus. *Pius IV. apud eund.* Cherub. *in d. Bullar. tom.2. Constitut* 19 *quæ incipit* Decens. ¶ Alicubi adest diversa Consuetudo.

1560. 21. Dec —— Si Contrahentes a pauco tempore sint alicubi habitantes, dummodo non sint de comprehensis inter vagos, horum erit proprius Parochus is, in cujus Parochia Contrahentes habitant tempore, quo Matrimonium contrahunt. *Congr. Conc. in una Salutiarum, & novissime in Mediolanen.* 1661. *mense Aug. apud* Pascuc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignat par. 2. tit.* de Matrimonio, *pag.* 30. *ubi quod* statim ac quis incipit habitare animo habitandi, efficitur Parochianus; nec opus est expectare, ut majori anni parte in Parochia inhabitaverit, ex Add. *ad* Buratt. *decis.* 713. *n.* 15. 29

1562. 13. Jun. —— Loca Pia, & Confraternitates etiam institutæ, vel dependentes à Capitulo Sacrosanctæ Lateranensis Ecclesiæ, vel Sancti Spiritus, aut Sancti Sebastiani ad Catacumbas de Urbe, subjiciuntur jurisdictioni, correctioni, & obedientiæ Ordinariorum, ac Rectorum Parochialium Ecclesiarum, in quorum Diœcesibus, vel Parochiis respective extant. *Pius IV. apud* Cherubin. *in Bullar. tom. 2. Constitut.* 57. *quæ incipit* Regimini. 30

1562. 19. Sept. —— Revocantur Privilegia quæcumque Locis Piis, & aliis concessa, dispensandi super Irregularitatibus, & Impedimentis Matrimonialibus. *Pius IV. apud præf.* Cherubin. *d. tom. 2. Constitut.* 62. *quæ incipit* De commisso. 31

1564. 16. Febr. —— Græci subjiciuntur jurisdictioni Ordinariorum circa ea, quæ Dei cultum, Sa- 32

Sacramentorum administrationem, Animarum salutem, & Hæresum extirpationem concernunt, eorum Ritibus, a Sede Apostolica approbatis, intactis remanentibus. *Pius IV apud* Cherubin. *in Bullar. tom* 2. *Constit* 72 *quæ incipit* Romanus, *& refert etiam* Quaran *in Sum Bullar verb.* Græcorum Ritus

1564. 13. Nov. —— Provisi de Beneficiis Ecclesiasticis Curatis debent observare formam Professionis Orthodoxæ Fidei, quam præscribit *Pius IV apud præfat.* Cherubin. *d. tom.* 2. *Constit* 89. *quæ incipit* Injunctum. 33

1564. 24. Nov. —— Sine consensu Ordinarii Loci nulla valet dispensatio Apostolica non residendi ratione Studii. *Pius IV in Constit quæ incipit* Sanctissimus *apud* Quaran *in Sum Bullar verb.* Residentia. ¶ Parochi olim poterant cum sola licentia Episcopi abesse Studiorum causa etiam per septem Annos, *cap cum ex eo* 34. *de elect in* 6. ut ait Engel in Man Parochor *part* 2. *cap* 5 *n.*5. Hodie tamen, stante Decreto Gregorii XIII. & inveterata praxi, non possunt amplius Episcopi dispensare, ut Parochi causa Studii valeant abesse per dictum septennium, & in primo anno promoveri solum ad Subdiaconatum, ut censuit *Congr. Conc.* 1621. 28 *Aug apud* Nicol. *in Lucubrat. tom* 2. *lib* 3. *tit* 4 *n.*16. 34

1564. 25. Nov. —— Quicumque Beneficiati curam Animarum habentes, qui juxta tenorem Concilii Tridentini personalem in suis Ecclesiis residentiam facere tenentur, resideant personaliter sub pœnis in dicti Concilii Decreto contentis, ac etiam privationis eorum a regimine, & administratione Ecclesiarum suarum, aliisque arbitrio Summi Pontificis imponendis. *Pius IV. apud* Cherubin *in Bullar. tom.*2 *Constitut.* 91 *quæ incipit* In suprema, *& referunt etiam* Quaran. *loc. cit. ac* Barbosa *de potest. Parochi, part.* 1. *cap.* 8. *num.*3. 35

1564.

1564 25. Nov —— Non residentium Bona, uti Spolia, ad Cameram spectant, non attenta licentia testandi, si extra residentiam decesserint, sicque eorum ultimæ voluntates annullantur, quacumque auctoritate suffultæ. *Pius IV. apud præfat.* Cherubin. *ibid. & refert etiam* Nicol. *in Flosc. verb.* Spolium, *num* 2. ¶ Alicubi adest diversa Consuetudo. 36

1566. 8. Mar —— Conjuncti, ac omnes Familiares, & Domestici alicujus Infirmi, Parochum de infirmitate illico certiorem faciant, ac tam Parochus, quam conjuncti, & Familiares prædicti Infirmum ad confessionem peccatorum suorum suadeant, & inducant. *Pius V. apud* Cherubin. *in Bullar. tom.* 2. *Constitut* 3. *quæ incipit* Super Gregem; *& refert etiam* Quaran. *in Sum. Bullar. verb* Medicus. 37

1566. 1. Apr. —— Parochialium Ecclesiarum Rectores moneant Delinquentes in Ecclesiis quoad Irreverentiam, & Locorum Ordinariis, si opus fuerit, puniendos deferant sub pæna duorum aureorum pro qualibet vice *Pius V. apud* Cherub *in Bullar. tom* 2. *Constitut* 5 *quæ incipit* cum primum § 4. *& referunt etiam* Quaran. *in Sum Bullar verb.* Reverentia Divinorum Officiorum, & Ecclesiarum, *nec non* Barbosa *de potest Parochi, part.* 1. *cap.* 13. *n.* 37. ¶ Alicubi in hujusmodi casibus fit regressus ad alios. 38

1566. 1. Apr. —— Parochi stare faciant Pauperes mendicantes ad valvas Ecclesiæ, sub pæna dimidii aurei pro qualibet vice, nisi eos ejici curaverint. *Pius V. apud præfat* Cherubin. *ibid* § 5 *& referunt quoq.* prædicti *loc. cit.* 39

1566. 1. Apr. —— Capsæ omnes, & Deposita, seu alia Cadaverum Conditoria super terram existentia omnino amoveantur, & Defunctorum corpora in Tumbis profundis infra terram collocentur. *Pius V. apud præfat.* Cherub. *ibid.* § 6 *& refert etiam* Quaran, *loc. cit.* 40

1566.

1566. 1. Apr. —— Beneficiatus Deum, vel Beatam Virginem expreſſe blaſphemans, prima vice fructibus unius anni, ſecunda vero vice Beneficiis privetur, & tertia vice in exilium mittatur *Pius V. apud præfat* Cherubin *ibid* § 10. *& refert etiam* Quaran. *verb.* Blaſphemia. 41

1566. 20. Aug. —— In Diſpenſationibus Matrimonialibus pro diverſis Conſanguinitatis, ſeu Affinitatis, aut mixtis, ex communi, ſeu ab eodem ſtipite ſurgentibus (excepto primo) gradibus conjunctis, ſufficit expreſſio de gradu remotiori, obtentis tamen poſtea ſuper propinquiore litteris declaratoriis juxta Gregorii Undecimi., & Clementis VII. Conſtitutiones; ac deſuper confectæ litteræ ſuffragentur, perinde ac ſi de proximiore, ſeu utroque gradu ſpecialis, & expreſſa mentio facta fuiſſet. *Pius V. apud* Cherubin. *in Bullar. tom.* 2. *Conſtitut.* 13. *qua incipit* Sanctiſſimus, *& refert etiam* Cordeirus *de perf. Parocho, part.* 2. *tract.* 4. *quæſt* 12. *n* 14. 42

1566. 20. Aug. —— Matrimonia poſt confirmationem Concilii abſque Diſpenſatione Apoſtolica ſecuta, & quæ de cætero ſequentur inter Perſonas, quæ ante dictam confirmationem, Affinitatem (infra tamen ſecundum gradum) ex fornicatione provenientem contraxerunt, propter hujuſmodi Affinitatem non ſunt dirimenda, ſed valida, & efficacia exiſtunt: & ſic Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 24. *cap.* 4. declarat *Pius V. apud præfat.* Cherubin *in Bullar. d. tom* 2. *Conſtitut.* 14. *qua incipit* Sanctiſſimus 43

1566. 28. Nov —— Impedimentum Affinitatis ex fornicatione proveniens (de quo Concilium Tridentinum *ſeſſ* 24. *cap.* 4) nullum hodie remanet, quominus in ulterioribus gradibus, poſt primum, & ſecundum, libere, & licite Matrimonium contrahi poſſit. *Pius V. apud* Cherubin. *d. tom.* 2. *poſt præfat. Conſtitut* 14. *in alia Declaratione, qua incipit* Ad Romanum, *& referunt etiam* 44

Quaran.

Quaran. *in Sum. Bullar. verb.* Matrimonii Impedimenta, & Engel *in Man. Paroch. part. 3. sect. 11. n. 10.* ex Navarr. *in Man. confess. cap. 22. num. 42.* *nec non* Corrad. *in Prax. Dispensat. Apostolicar. lib. 7. cap. 1. n. 24.*

1567. 27. Jan. —— Omnia & singula Beneficia Ecclesiastica cum cura, & sine cura, Sæcularia & Regularia, ob crimen Hæresis vacantia reservantur Apostolicæ Sedi: quæ quidem Beneficia in Beneficiorum impetrationibus non comprehenduntur, nisi habeatur expressio specifica. *Pius V. apud præfat.* Cherubin *in d. Bullar. d. tom. 2. constitut. 29 quæ incipit* Cum ex Apostolatus, & *refert etiam* Quaran. *in Sum. Bullar. verb.* Beneficiorum reservatio. 45

1567. 13. Febr. —— Possunt Regulares ministrare Eucharistiam, & Extremam Unctionem hospitibus infirmis in eorum Monasteriis, absque alicujus Episcopi, vel Parochi licentia. *Pius V. apud* Peyrin *de Privil. Regular. tom. 1. circa constitut. 1. Julii II. num. 92.* & *refert etiam* Peregr. *part. 1. compend. tit.* Communicare, §. 3 *quem citat* Gavant. *in Man. verb.* Regularium Jura sub Episcopo, *in addit. n. 4.* 46

1567. 24. Mar. —— Regulares cujusvis Ordinis in partibus novarum Indiarum existentes possunt ob Presbyterorum defectum fungi officio Parochorum. *Pius V. apud* Cherubin. *in Bullar. tom. 2. constitut. 34. quæ incipit* Exponi, & *refert etiam* Nicol. *in Floscul. verb.* Beneficium Ecclesiasticum, *num. 11.* 47

1567. 15 Jun. —— Quarta funeralis dumtaxat consistit in cera, & in aliis Oblationibus, quæ deferuntur eo tempore, quo Defunctorum Corpora ad Sepulturam asportantur: nec debetur de Missis, & Legatis, aut aliis oblationibus eorum, qui in Ecclesiis Regularium sepeliuntur. *Pius V. apud* Ascan. Tamburin. *de Iur. Abbat. tom. 1. disp. 15. quæsito 17. num. 5.* 48

1567.

1567. 30. Aug. —— Quorumcumque qualiacumque Beneficia Ecclesiastica cum Cura, & sine Cura, Sæcularia, & Regularia obtinentium Bona Sacra ad usum, & cultum Divinum etiam in eorum propriis ædibus, & Capellis vel Oratoriis destinata, & tempore eorum obitus ex testamento, vel ab intestato relicta, non veniunt sub nomine Spoliorum ad Cameram Apostolicam pertinentium, sed applicanda sunt Ecclesiis propriis, & Successores propria auctoritate illa apprehendere possunt: & similiter non veniunt sub eodem Spoliorum nomine Supellectilia Presbyterorum, veluti Scamna, Cathedræ, Arcæ, etiam ligneæ, vel lapideæ, etiam marmoreæ, Mensæ, & Tabulæ, ac Dolia, seu Vasa vinaria vacua, & alia similia. *Pius V. apud* Cherubin *in Bullar. tom. 2. Constit.* 42. *quæ incipit* Romani, *& refert etiam* Quaran. *in Sum Bullar verb* Spolia Clericorum. 49

1568. 13. Jun. —— Qui Parochialem, & Canonicatum, seu Dignitatem distinctam habet, resideat in Parochiali, & Parochus ibidem residendo lucretur omnes & singulos fructus, redditus, & proventus, & gaudeat Distributionibus Canonicatus sui, & aliis, quæ ex justa causa absentes percipere non solent. *Pius V apud* Cherubin. *in Bullar. tom 2. Constit.* 65. *quæ incipit* Cupientes, *& referunt etiam* d. Quaran. *verb* Residentia, *pag. mihi* 439 Barb. *de potest. Parochi parte* 1. *cap* 8 *n.*12 & Engel *in Man. Paroch. part.*2 *cap.* 5. *num* 14 ¶ Notandum, quod per hoc non censetur abdicata, & ablata facultas Ordinariis concedendi licentiam recedendi a Parochiali per aliquod tempus, dummodo ea utatur intra limites præscriptos a Tridentino in Decreto *Capitis* 1 *Sess.*23 *de Reform* prout declaravit *Congreg. Conc in Barchinonen.* 1569. 13. *Sept. apud* Pascucc. *in Compend ad Consult. Canonic. Jac. Pignatel. part.*2. *tit.* de Vicario, *pag.*419. 50

1568. 1. Jul. —— Decretum Concilii Tridentini *Seff* 24. *cap.* 3 *de Matrim.* quo cavetur, impedimentum publicæ honestatis, ubi Sponsalia valida non fuerint, prorsus tolli, ubi vero valida fuerint, non excedere primum gradum, procedit in Sponsalibus de futuro tantum, non autem de Matrimonio contracto, sed in hoc durat adhuc impedimentum in omnibus casibus, & gradibus, quibus de Jure veteri introductum erat. *Pius V apud* Cherubin. *in Bullar. tom.* 2 *Constitut.* 61. *qua incipit* Ad Romanum, *& referunt etiam* Quaran *in Sum. Bullar verb.* Matrimonii impedimenta, *&* Engel *in Man. Parochor. part.* 3. *sect.* 10 *n.* 2. ac Layman *tom* 2. *lib.* 5. *tract.* 10. *par* 4. *cap* 9 *num.* 5. ubi citantur Navarr. *lib.* 4 *cons.* 11. *num.* 4 *de Sponsal. edit* 2 & Sanchez *lib.* 7 *disp.* 70 *num.* 5. 51

1568. 30. Aug —— Crimen Sodomiæ inducit ipso jure vacationem Beneficii, quo privantur Clerici Sæculares, & Regulares tam dirum nefas exercentes. *Pius V. apud* Cherubin *in Bullar tom.* 2. *Constitut* 72. *qua incipit* Horrendum, *& referunt etiam* Quaran. *in Sum Bullar. verb.* Sodomia, *nec non* Ventrigl. *in Prax. rer notabil tom.* 2. *annot.* 3. §. 1. *num* 64 *ubi ait*, *quod* hoc est secundum disposita in *cap. Clericis*, *de excess. Prælat.* Hæc tamen Constitutio non habet locum contra semel, aut bis tantum patrantem tale crimen: sed contra illos, qui ex usu, & continuo talem actum exercent; quod deducitur ex verbo illo in Bulla posito, videlicet, *Exercentes*. Hanc vero vacationem non esse in usu in Curia, testatur Lotter *de re benefic, par.* 3. *quæst* 31. *n* 68. Sciendum etiam, quod Clericus Sodomita notorius potest retinere Beneficium usque ad sententiam declaratoriam; nec creditur Puero, nec Meretrici dicentibus se esse sodomitatas, ut ait Nicol *in Lucubrat. lib* 4 *tit.* 18. *n* 74. *Limita I & II.* 52

1569. 22. Jan. —— Vicarii perpetui creari possunt 53
ab

ab Episcopo in Parochialibus Ecclesiis unitis, seu annexis Collegiatæ Ecclesiæ: & qui admittendi erunt, tam perpetui, quam temporanei, prius ab Ordinario examinandi sunt. *Congr. Conc. in Aquilejen. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic. Jac. Pignatel. par.* 2. tit. de Parocho, p. 201.

1569. 22. Mar. —— Licet Ecclesia Parochialis sit in eo loco, ubi minor pars Parochianorum habitat, & major pars habitat extra Civitatem in aliis Oppidis, nihilominus Parochus residere debet in loco, ubi sita est Ecclesia: Et Parochianis, qui longe absunt ab Ecclesia, & propter locorum distantiam patiuntur incommoda in percipiendis Sacramentis, & Divinis Officiis audiendis, succurratur remedio *capitis* 4 *sess.* 21. & *cap. Ad audientiam, de Eccles. ædific.* prout resolvit *Congr. Conc. in Aquilana, apud eund.* Pascucc. *d. par.* 2. *tit.* de Vicario, *pag.* 419. 54

1570. 15. Apr. —— Archipresbyter, qui habet unitam Parochialem Ecclesiam suo Archipresbyteratui, in Parochiali residere non tenetur, sed in ea Vicarius est deputandus. *Congr. Conc. in Bellunen. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic. Jac. Pignatel. part.* 2. *tit.* de Parocho, *pag.* 201. 55

1570. 22. Jun. —— Ecclesiæ labentes, & prope cadentes, quæ nullius sunt redditus, Civitatum sumptibus, Episcopi hortatu refici debent. *Congregat. Concil. in Polen. apud* eund. *ibid. pag.* 214. 56

1570. 4. Nov. —— Potest Episcopus pro Visitatione suæ Diœcesis uti opera Parochi per quadrimestre singulis annis, modo interim in Ecclesia Vicarium deputet. *Congregat. concil. in Eginaten. apud eund.* Pascucc. *d. part.* 2. *tit.* de Vicario, *pag.* 419. 57

1570. 24. Nov. —— Alienationis contractus licet sit validus, si tamen Ecclesia enormiter sit læsa, succurritur ei per restitutionem in integrum. *Rota in Lucana de cubitiano coram* Lancelloto *apud* eund. 58

eund. *part.1. tit.* de Alienatione rerum Ecclesiasticarum, *pag 17*

1570. 17 Dec. —— Contrahentes, non præsente Parocho, graviter puniendi sunt, sed poterunt nihilominus, servata forma concilii, contrahere, si nullum aliud impedimentum aderit: Notarius tamen, & Testes, qui interfuerant, graviter punientur arbitrio Ordinarii. *Congr. conc in Aquilana*, *apud* Pascucc. *in compend ad consult canonic. Jac Pignatel.part.2 tit.* de Matrimonio, *pag. mihi 42 ubi pag. praced. dixerat*, *quod* Quando Vir ad Domum Uxoris accedit pro contrahendo, & consumando Matrimonio, his proprius Parochus fit, qui Uxoris est, & illis Benedictionem sacerdotalem de jure dare poterit, *Ex ead. congr. in Brugnaten. qua etiam in Favent. censuit*, *quod* ad validitatem Matrimonii sufficit præsentia solius Parochi proprii sponsæ, quando Matrimonium in Parochia sponsæ contrahitur: similiter sufficit præsentia solius Parochi sponsi, si Matrimonium in Parochia ipsius sponsi contrahatur: *In Segobien quoque dixit*, *quod* in privatis Domibus Matrimonia celebrari possunt, dummodo præsens sit proprius Parochus: inducendi tamen sunt contrahentes, ut in Ecclesia celebrent, *prout habetur apud eund ibid* Non tamen valet Matrimonium contractum coram Parocho ejus Loci, ubi contrahentes reperiuntur, non animo ibi Domicilium constituendi, sed recreationis causa, ut refert Nicol. *in Lucubrat lib 1. tit.10.* de Nuptiis, *n.60. vers* Amplia VII. *ex praf. congr. in Abulen.* 59

1571 15. Jan. —— Alienatio rei Ecclesiæ facta in consanguineos præsumitur potius facta in fraudem, quam in utilitatem Ecclesiæ. *Rota in Lucana bonorum coram* Lancellotto *apud praf.* Pascuc. *par.1.tit.* de Alienatione rerum Ecclesiasticarum, *pag. 17. ubi etiam quod* non tamen ex ista præsumptione locatio redditur nulla, *ex ead Rota in* 60

causa Bonorum 1585. 8. *Apr. coram Vicecomite*: Unde Alienatio facta in consanguineos sine præjudicio Ecclesiæ, valet, ac si esset facta in extraneos, *ex ead. Rota in Romana casalis* 1596 6. *Apr. coram cantuccio apud* Pascucc. *in compend. ad consult. canon. Jac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Alienatione rerum Ecclesiasticarum, *pag.* 17.

1571. 20 Sept. —— Quicumque habens Beneficium Ecclesiasticum, cum cura, & sine cura, si post sex Menses, quam illud obtinuerit, Divinum Officium legitimo cessante impedimento non dixerit, Beneficiorum suorum fructus, pro rata omissionis Officii, & temporis, suos non faciat, sed eos tanquam injuste perceptos in fabricas ipsorum Beneficiorum, vel Pauperum eleemosynas erogare tenetur. *Pius V. in confirmatione Decreti Leonis X. Constit. quæ incipit* Ex proximo, *apud* Quaran. *in Sum Bullar. verb.* Horæ canonicæ, *& referunt etiam* Barbosa *de potest. Parochi, part.* 1. *cap.* 10. *n.* 31. *&* Nicol *in Floscul. verb. itid.* Horæ canonicæ, *n.* 7. ¶ Regularis, qui Parochiam tenet Monasterio incorporatam, & eam habet tanquam Administrator, & Vicarius temporalis ad nutum superioris amovibilis videtur, quod non teneatur ad restitutionem, si Breviarium omittat, ut habet Engel *in Man. Parochor. part.* 2. *cap.* 6 *n* 11. 61

1571. 20. Sept. —— Qui Horas omnes canonicas uno, vel pluribus diebus intermiserit, omnes Beneficii, seu Beneficiorum suorum fructus, qui illi, vel illis diebus respondèrent, si quotidie dividerentur, amittat: qui vero Matutinum tantum omiserit, dimidiam partem fructuum diei: qui cæteras omnes horas, aliam dimidiam: & qui harum singulas, sextam partem amittat. *Pius V. apud præf.* Quaran. *ibid.* 62

1571. 8. Dec. —— Parochus ob infirmitatem, & aeris intemperiem a residentia non excusatur, sed si infirmitas sit curabilis, & in loco Parochialis 63

non

non adsit copia Medicorum, & Medicinarum, poterit Ordinarius eidem dilationem concedere trium, aut quatuor Mensium, ut curari possit in locis vicinioribus commodioribus: interim tamen Ecclesiæ deputet Vicarium pro cura Animarum. *Congreg. concil. in Asculana apud* Pascucc *in compend. ad consult. canonic. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Vicario, *pag* 419.

1573. 24. Jan. —— Episcopus Ecclesias dirutas; sive Parochiales, sive alias profanare valet, & ruinas Ecclesiæ profanatæ in usus etiam profanos, non tamen sordidos convertere poterit, & pecunias ex dictis ruinis redigendas in utilitatem Ecclesiæ convertere curabit. *Congr. conc. Mediolanen. apud* eund. *ibid. tit.* de Parocho, *pag.* 214. ¶ Vide tamen infra 1601. 6. Aug. 64

1573. 24. Octob. —— Commendatarius Abbatiæ exemptæ existentis intra fines alicujus Diœcesis, & habentis Jura quasi Episcopalia, non potest facere concursum Beneficiorum curatorum: hoc enim spectat ad Episcopum, in cujus Diæcesi est Abbatia, qui electo magis idoneo, mittet eundem ad commendatarium pro collatione. *Congr conc. apud* Garz. *de benefic. cap.* 2. *num* 123. *citatum ab* Ascan. Tamburin. *de Jur. Abbat. tom* 3 *disp.* 9. *quæsito* 19. *num.* 1. 65

1574. 7. Apr. —— Cogantur Parochi ad sibi providendum de Domo, & habitatione in locis, in quibus habent Parochiales, & si ob reddituum tenuitatem per seipsos id facere nequeant, eis aliquo modo subveniant Parochiani, cum non sit toleranda Parochorum absentia ab Animabus eorum curæ subjectis; & donec dicti Parochi sibi provideant de habitatione, compellantur omnino ire quotidie, & permanere, non obstante, quod sint canonici, juxta Bullam Pii Quinti. *Congr. Episc in Nucerina, apud* Pascucc. *in comp. ad consult. canonic Jac Pignatel. par.* 2. *tit.* de Vicario, *pag.* 418. ¶ Notandum ex hac occasione, 66

quod Canonici supranumerarii possunt obtinere Parochialem sine dispensatione, & gestare habitum ab ipsis Canonicis gestari solitum, modo resideant in Parochiali. *Decisum refert* Nicol. *in lucubrat tom 2 lib. 3. tit 4 n 7.*

1574. 11. Sept. —— Tertiariæ, quæ non sunt vere Religiosæ, in Paschate, & in morte tenentur a proprio Parocho Sacramenta recipere. *Congreg Episcop in Rossaten apud* Piasecc *in Prax Episcop. part. 2. cap. 3. n 52. relatum* ab Ascan. Tamburin. *de Jure Abbatissar. disp. 7. quæsito 3 n 4.* 67

1574. 26. Nov. —— Beneficiatus Ecclesiæ Ruralis, cui neque ex fundatione, neque ex aliis legitimis Constitutionibus, aut ex præscripta consuetudine onus celebrandi Missas injunctum esse apparuerit, per Ordinarium cogi non debet, nisi ad solitum. *Congr. Conc. apud* Pascucc. *in Comp. ad Consult. Canonic Jac Pignatel par. 1. tit* de capitulo, & Canonicis, *pag. mihi* 133. 68

1575. 24. Jun. —— Tertia pars canonicatuum, quos obtinent illi, qui Parochiales habent, applicari debet capitulo Ecclesiæ Cathedralis: reliquæ autem duæ partes relinquantur canonicis ipsis residentibus in suis Parochialibus. *Congreg Conc. in Casalen. apud* eund. *ibid.* ¶ Notandum, quod capitulum & canonici Ecclesiæ Bracharensis supplicarunt Clementi XI. Summo Pontifici pro consecutione Indulti, quod obtinuerunt tenoris sequentis. *Obeunte aliquo ex Dignitatibus, Canonicis, & Beneficiatis Tertionariis nuncupatis, aliisque Beneficiatis dictæ Ecclesiæ, & per annum incipiendum a die adeptæ pacificæ possessionis per ejus successorem relinquantur fructus Dignitatis, Canonicatus, & Beneficii Tertionarii nuncupati, seu alterius Beneficii Ecclesiastici in dicta Ecclesia ab eo dum viveret obtenta seu obtenti, pro expensis Funeris, Animæ suæ suffragiis, & æris alieni satisfactione* In hoc autem capitulo nonnulli numerantur canonicatus habentes annexam 69

Pa-

Parochialem, cujus fructus & redditus incorporati sunt eisdem canonicatibus, assignata congrua Vicariis seu Rectoribus curam Animarum exercentibus in præfatis Parochialibus Ecclesiis. Quæstio propterea orta est, num canonici successores per annum a die adeptæ possessionis debeant sese abstinere a perceptione omnium fructuum, etiam pro illa rata & portione, quæ proveniret a Parochiali Ecclesia unita? Circa quod omnes & singulos fructus, qui a canonicis percipi solent, etiam ratione Parochiæ canonicatui incorporatæ, pro veritate requisitus, egregie de more suo censet deberi & probat Ursaya *Discept. Eccles. tom* 9 *part* 2. *disc* 27. *per tot.*

1575. 19. Nov. —— Si Infirmus Eucharistiam recipere non potest, non est ad illum deferenda solius adorationis gratia. *Congreg Episcopor. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *lib.* 3 *tit.* 41. *n.* 25. 70

1576. 20 Febr —— Famuli sæculares in Monasteriis degentes, ad Parochialem in Paschate ire debent. *Congr concil. apud* Gavant *in Manuali*, *verb.* Eucharistia, *num.* 24. 71

1576 22. Mar —— Collatio Beneficiorum facta Illegitimo in Ecclesia, in qua Pater, est nulla ipso jure, & probat ad litteram *cap Ad abolendam*, *de Fil. presbyteror.* ibi: *Decernimus non valere*, prout declaravit *congr. conc apud* Nicol *in Lucubrat tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 17 *n.* 11. 72

1576 2 Maji. —— Locorum Ordinarii Ecclesias curatas unitas Monasteriis visitare possunt, & in eis etiam ponere Vicarios perpetuos secundum dispositionem concilii Tridentini *cap.* 7 *sess* 7. *de Regular.* sed si Ecclesiæ hujusmodi positæ sunt in loco ipsorum Monachorum, servanda erit dispositio *cap* 15. *sess.* 25 *de Regular.* & idem si Monasteria essent ab ipsorum primæva fundatione curata. *Congr. concil. in Regien. apud* Pascucc. *in compend. ad consult canonic. Jac Pignatel. part.* 2. *tit.* de Parocho, *pag* 201. 73

1576. 17. Jul. —— Nepos legitimus ex Filio, seu Filia illegitima non comprehenditur decreto concilii *cap.* 15. *sess.* 25. *de Reform* & sic potest habere Beneficium, quod fuisset Avi. *Congr. conc. annuente Sanctissimo*, *apud* eund. *ibid. tit.* de Presbyterorum Filiis, *p. mihi* 262. *ad VII. ubi ad VI. dixeras*, *quod* Illegitimus potest obtinere Ecclesiam Filialem dependentem, sive alias unitam accessorie, ac per viam subjectionis Matrici; dummodo Pater in ea non ministraverit: Unitam vero æque principaliter, ita ut Titulatus in una censeatur Titulatus in utraque; at si in utraque Pater ministravit, non potest; ut respondit *ead. congreg. quæ in Mediolanen. dixit*; *quod* non solum Filius illegitimus non potest obtinere Beneficium in ea Ecclesia, in qua Pater obtinuit; sed nec canere in eadem Ecclesia tanquam Musicus simplex: sed contra *cap. conquestus, de Fil. Presbyteror* 74

1576. 24. Jul. —— Verba concilii in cap. 1. sess. 23. de reform. *usque ad privationem*, intelliguntur *inclusive*; dum tamen præcesserint tria edicta publica, & elapsi sint sex Menses, juxta *cap. Ex tua*, *de cler. non resid.* dictumque caput habet locum in iis tantum, qui Parochialem obtinent, & non in Beneficiis simplicibus. *Congr. conc. in Tridentina*, *apud* Pascucc. *in compend. ad consult. canonic. Jac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Vicario, *p.* 419 75

1576. 24. Jul. —— Si in Ecclesiis Parochialibus unitis Monasterio, Superiores ipsius Monasterii nominaverint aliquos ex Monachis, quos Episcopus (prævio examine per se, vel per suos Vicarios faciendo) idoneos ad curam Animarum exercendam invenerit; & ita pro idoneis approbaverit, deputet eos in Vicarios ad nutum eorumdem Superiorum amovibiles; dummodo in ea Parochiali; in qua unus Monachus fuerit Vicarius deputatus; habitet secum dumtaxat unus alius Monachus socius. *Congr. conc. in Aurien. apud* eund. *ibid. tit.* de Parocho, *pag. mihi* 218. 76

1576.

1575. 23. Sept. —— Parochi tempore Pestis teneantur omnino residere in suis Ecclesiis Parochialibus, & si non resideant agendum contra eos ex Decreto concilii Tridentini sess. 23. cap. 1. *congr. Episc. in responsione ad Divum Carolum apud* Fagnan. *cap. Clericos, de cleric. non resid end. num.* 45. *citatum a* Nicol. *in Flosc. verb.* Pestis, *num.* 3. & *apud* Barbos. *de potest. Parochi, par.* 1. *cap.* 8. *n.* 31. *ac* Cordeju *de perf. Parocho, par.* 2. *tract.* 1. *quaest.* 11. *n.* 1. *ubi plures Doctores citantur*: eandem responsionem referunt Pascucc. *par.* 2. *tit.* de Residentia, *pag.* 354. & Engel *in Man. Parochor. par.* 2. *cap.* 5. *num.* 11. *ubi ait, quod* potest Parochus per Vicarium idoneum Sacramenta administrare, ne cogatur sine necessitate præsentissimum vitæ periculum subire. ¶ De hac Residentia idem constituit *Gregorius* XIII. 1570. 10. *Dec. apud* Gavant. *in Man. verb.* Pestis, *in addit. n.* 1. ¶ Monet tamen Fagnan. *in cap. non licet, de Praeben. a n.* 41. eos contumaces, non ideo statim privandos esse, sed præmisso edicto, seu monitione contra illos procedendum, prout concilium mandat *sess.* 23 *cap.* 1. nempe prius per censuras; secundo per sequestrationem, & subtractionem fructuum; deinde si hæc remedia non prosunt, posse per privationem. Agendum tamen prius est bonis verbis, & piis cohortationibus, & admonitionibus, quia scilicet, tunc non debent assistere Gregi illi, ad quas non pertinet de Ovibus, sed Pastor ipse pro Ovibus suis debet animam suam ponere, *can. tres personas* 23. *qu.* 4. idest, mortem subire, ut sentit D. Thomas explicatus a Sot. *lib.* 10. *de Just. qu.* 3 *art.* 4 sicuti verus, & optimus Pastor illam posuit, & factus est obediens usque ad mortem, & ita exemplum dedit Sacerdotibus suis, ut quemadmodum ipse fecit, ita & ipsi facerent, *cap. significasti, de elect.* Fagnan. *loc. cit. num.* 48. & *seqq.* 77

1576. 18. Dec. —— Pensionarius censetur Benefi- 78

ciatus ad effectum gaudendi privilegio fori Ecclesiastici, de quo loquitur concilium Tridentinum sess 23 cap 6 de reform *Gregorius XIII apud* Corrad. *in Prax. Benefic. lib 1. cap 5. num. 162. ubi num. 165. ait ex* Less *de Just. & Jur. lib. 2. cap. 35. num. 29. quod* Pensio est res spiritualis tanquam quoddam Beneficium; *& in una Britonorien.* 1589 3. *Mar. & antea in ead.* 1588 12. *Dec. coram* Gypsio *fuit dictum*, *quod* Pensio non est res prophana, sed annexa spirituali

1577. 21. Jan. —— Regularium extra claustra etiam de licentia suorum superiorum degentium Bona mobilia, & immobilia, etiam ex redditibus Beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura, & sine cura per eos obtentorum acquisita, sub spoliorum nomine comprehenduntur, ac proinde, non ad eorum Monasteria, sed ad cameram Apostolicam spectant. *Gregorius XIII. apud* Cherubin. *in Bullar. tom. 2. constitut.* 43. *quæ incipit* Officii nostri. ¶ Alicubi diversa adest consuetudo. 79

1577. 20. Mar. —— Datur coadjutor Parocho juniori, cui propter diversos rationabiles respectus, Mulieres præcipue confiteri non confidunt, donec fiat moribus, & ætate gravior: vel quando propter lites, aut alia est invisus populo, saltem a Paschate ad Pentecosten *Congr. Episc. apud* Nicol. *in Flosc verb* Coadjutor, *n.* 6 80

1577 1. Maji. —— Nulla est unio facta seminario de Beneficio simplici ante vacationem, sed in infirmitate, de qua postea Rector decessit *Congr. Episc. apud* eund. *verb.* Seminarium, *n.* 10. 81

1577. 27 Aug —— Regulares illi, qui Parochialem Ecclesiam conventui unitam habent, procurationi Episcopalis Visitationis contribuant: *Congr. Episcop. apud* Gavant. *in Manuali*, *verb.* Visitatio, *n* 52. 82

1577 27. Oct —— Licet juxta plurimorum sententiam Ordinarius eligens dignum, omisso dignio- 83

gniori, peccet mortaliter, tamen in foro externo electio non invalidatur, ex Barbosa *de Episc. alleg.* 60 *num.* 97. & Garz. *de benefic. part.* 9 *cap.* 2 *num* 226 & *seq* ideoque si exclusus obtinere prætendat, debet concludenter docere de dolo, & irrationabili judicio Ordinarii, ut quoad hoc censuit *Congr. conc. ad cap.* 18. *sess* 24. *de reform apud* Pascucc. *in compend. ad consult canonic. Jac. Pignatel part.* 1. *tit* de concursu Parochialium, *pag mihi* 188.

1577. 12 Dec. —— Sub facultate dispensandi in Irregularitate occulta non intelligitur data facultas dispensandi circa retentionem Beneficiorum, & fructuum *Congr. conc. apud* Nicol *in Lucubrat. tom* 2 *lib* 5 *tit.* 12. *n.* 8. 84

1578 7. Jan. —— Curati non habentes Domum Parochialem, resideant in alia intra limites Parochiæ, & vicinius Ecclesiæ, quam fieri poterit: sub prætextu autem inimicitiæ non possunt abesse a cura cum licentia Episcopi, sed Pontificis, vel Sacræ *Congr Episc. in Ariminen apud* Pascucc. *part.* 2. *tit.* de Vicario, *pag* 418. 85

1578 15 Jan —— Non debent Parochi gravari ab Episcopo pro aliqua insolita contributione quoad candelas in die Purificationis. *Congrègat Episcopor. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* candelæ, num 2 86

1578. 24. Jan —— Ubi Matrimonium contrahitur inter personas inhabiles sub illa conditione *si Papa dispensaverit*, non efficitur validum Matrimonium absque novo consensu reiterando coram Parocho, & Testibus; postquam obtenta fuit dispensatio, quia Papa dispensando dat facultatem contrahendi, non approbandi quod illicite ab initio factum est, ut resolutum fuit *in Valentina Matrimonii coram* Blanchetto, *apud* Piton. *disceptat Ecclesiast. part* 2. *discep.* 52. *n.* 33 ubi rejicit opinionem Sanches *lib.* 5. *disput.* 8 *num.* 10. 87

1578. 8. Mar. —— Poteſt quidem Epiſcopus Parochorum Hieroſolymitanorum Eccleſias viſitare, ſed non ab eis procurationem exigere. *Congr. conc. in Senen & antea in Peruſina* 11. *Jan. ejuſd. anni, ſic declarando conſtitutionem Pii V. la* 136. *incipientem* Expoſcit, *prout habet* Paſcucc. *in comp. ad conſult. canonic. Jac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Equitibus, *pag.* 276. *ubi tamen ait, quod* conſtitutio Pii V. non habet locum, quando Ordinarius in conceſſione Eccleſiæ facta Hieroſolymitanis, ſibi, & ſucceſſoribus ſuis jus procurationis expreſſe reſervaſſet, ut declaravit *Congr. conc. in Elmen.* 1604. 27. *Jul.* 88

1578. 8. Mar. —— Si commendatarius Hieroſolymitanus infra terminum, &c. non præſentet idoneam perſonam inſtituendam ad Parochiam, Epiſcopus provideat. *Congr. Epiſc. in Senen. apud* Nicol. *in Floſcul. verb.* Hieroſolymitani, *n.* 7. 89

1578. 18. Mar. —— Capellani etiam Juriſpatronatus celebrare debent in horis commodis Eccleſiæ, & Patroni non poſſunt tenere claves ſuarum capellarum. *Congr. Epiſc. in Genuen. apud* eund. *ibid. verb.* capellanus, *n.* 3. *& verb.* Patronus, *num.* 28. 90

1578. 13. Jun. —— Alienatio rerum Eccleſiæ, quæ ab initio fuit utilis, non redditur nulla ex eo, quod non probetur, pretium verſum eſſe in utilitatem Eccleſiæ: neque emptor tenetur probare verſionem. *Rota in Anconitana Terrarum coram* Seraphino, *apud* Paſcucc. *in compend. ad conſult. canonic. Jac. Pignatel. par.* 1. *&* de Alienatione, *pag.* 16. *ubi etiam ait, quod* in alienatione rei Eccleſiæ ad inſpiciendum utilitatem, debet attendi valor rei tempore contractus, *ex ead. Rota in Romana Caſalis* 1576. 6. *Apr. coram* Cantuccio, *quæ in Nullius caſtri Monti Portii* 1580. 9. *Mar. coram* Bracco *dixit, quod* in alienatione rei Eccleſiæ ſolitæ alienari, utilitas evidens debet conſiderari tempore, quo res cæpit alienari primo loco: 91

loco: *& in Anconitana Bonorum* 584. 2. *Maji coram* Bubalo *censuit*, alienationem rei Ecclesiæ factam pro utilitate Ecclesiæ esse nullam, ubi apparet ex instrumentis; quod Ecclesia plus percipiebat.

1578. 20. Jun. —— Alienatio rei Ecclesiæ, pro qua fuit obtenta sententia vigore gratiæ *si in evidentem*, est valida; licet sententia non justificetur ex eisdem actis; quia Judex potest extrajudicialiter se informare. *Rota in Ragusina Bonorum coram* Lancelloto *apud* eund. *ibid. pag.* 16. *&* 17. *ubi postea ait*; *quod* Suplicatio *si in evidentem* expirat per obitum concedentis, si ante ejus obitum non præsentetur, *ex ead. Rota in Tiburtina Horti* 1588. 12. *Nov. coram* Mantica. 92

1578. 28. Jun. —— In locatione rei Ecclesiæ in perpetuum facta, sit diminutio sextæ partis Pensionis. *Rota in Romana Casalis coram* Cantuccio, *apud* Pascucc. *in compend. ad consult. canonic. Jac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Alienatione rerum Ecclesiasticarum, *pag.* 16. 93

1579. 10. Jan. —— Tolerari potest, quod Parochus Parochiæ tenuis paucarum Animarum non resideat in arochia, quousque per unionem alicujus simplicis Beneficii, vel alio modo suppleatur ejus congrua; dummodo accedat illuc ad celebrandum festis diebus; & quando vocabitur in Sacramentorum administratione. *Congr. Episc. apud* eund. *par.* 2. *tit.* de Vicario, *pag.* 419. *ubi tamen ait*; *quod* si Episcopus id nolit tolerare; Parochus tenebitur obedire, *ex Congr. concil. in Callien.* 94

1579. 11. Mar. —— Parochus tenetur residere in loco, ubi est Ecclesia, & in Domo Parochiali: quæ si non adsit; ædificetur; & interim habitet in aliqua Domo sita in Parochia, quæ quoad fieri poterit, sit Ecclesiæ vicinior: in qua simili Domo habitare debet, licet ex aliquo casu propriam Parochiæ construere non possit. *Congr. Episc.* 95

Episc. in Ariminen. apud Nicol. *in Lucubr. tom. 2. lib. 3. tit. 4. n. 11.*

1579. 15. Apr. —— Beneficium, quod habet Bona in diversis Diœcesibus, tenetur pro Seminario contribuere soli Episcopo Loci, in quo est Ecclesia Beneficii, nisi Bona in aliis Ecclesiis existentia, siut propria unius Ecclesiæ ibidem sitæ, quæ tanquam membrum subjecta esset, aut unita principali Ecclesiæ Beneficii: tunc enim contribuatur Episcopis Locorum, in quibus Bona cum sua particulari Ecclesia sita sunt, dum tamen dicta Ecclesia subjecta, aut unita, constructa fuerit ante acquisitionem dictorum Bonorum: nam si constabit, Bona prius applicata fuisse Ecclesiæ principali, postea in eis constructam fuisse aliam particularem Ecclesiam, fiat nihilominus pro eis contributio Episcopo Loci principalis Ecclesiæ. *Congr. conc. in Trojana apud* Pascucc. *part. 2. tit.* de Seminario, *pag.* 384. 96

1579. 19. Maji. —— Domi, antequam cadaver efferatur, possunt Hæredes super eo Officia recitare facere cuicumque libuerit *Congr. Episcop in Macerateu. apud* Nicol. *in Flosculi verb.* Sepultura, *num.* 8 97

1579. 31. Maji. —— Cruces in processionibus distincte deferantur, non vero omnes simul. *Congregat. Episcopor in Verulana, apud* Pascucc. *in compend. ad consult canonic Jac. Pignatel part. 2. tit.* de processionibus, *pag.* 271. 98

1579. 3. Sept. —— Filius illegitimus neque celebrare potest in Ecclesia, in qua pater habet Beneficium. *Congreg conc. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. lib 1 tit. 17. n. 18.* 99

1579. 13. Oct. —— Monumenta Marmorea muris, seu columnis Ecclesiasticis adhærentia, præsertim amotis cadaveribus a locis altis, non comprehenduntur in constitutione Pii V. a nobis superius relata 1566. 1 Apr. quia hæc nullam indecentiam, imo magnum ornamentum afferunt Ec- 100

Ecclesiis. *Congr. Episc. in Mantuana apud* eund *tom* 1. *lib.* 4. *tit.* 15. de Interdictis, *num.* 26. *ubi etiam quod* neque Insignia, sive Vexilla apposita in Ecclesiis in signum alicujus Victoriæ contra Sanctæ Fidei hostes obtentæ, *ex ead. congreg in Cremen.* 1580. 22 *Mar.*

1579. 1. Dec —— Calices, Altarium Tobaliæ, & alia Sacra Supellex auferri non possunt pro aliquo debito. *Congreg Episcopor. apud* Nicol. *in Flosculi. verb.* Hypotheca, *n* 2. 101

1579. 5. Dec. —— Clericus, qui certo loco non est adscriptus ab Episcopo suo, invitus retineri non potest, ne a sua Diœcesi recedat, & alibi Parochialem accipiat: Adscriptus vero retineri potest invitus. *Congreg. conc. in Ariminen. apud* Pascucc. *part.* 2 *tit.* de Residentia, *pag.* 351. ubi etiam limitat, quando necessaria esset persona clerici absentis ad utilitatem alicujus Ecclesiæ in Diœcesi, quo casu assignari debet illa congrua sustentatio, *ex congr. Episc in Contronen* 1592. 19. *Oct.* tunc enim non solum potest Episcopus ei denegare Dimissorias, sed etiam illum cogere ad redeundum per sequestrationem Patrimonii, *ex ead. congr. ibid* 102

1579. 15. Dec. —— Parochus extorquere non debet a nolente solvere, nec quidquam petere pro Benedictione Sponsorum, vel Mulieris post partum, sed si quis ei sponte quidquam donare voluerit, poterit recipere. *Congr. Episc apud* Nicol. *in Flosul. verb.* Gratis, *n* 2. 103

1580. 17. Jan. —— In omni eventu nullus debet cogi ad majorem solito contributionem pro subsidio Charitativo. *Congr. Episcop. apud* Barbos *de Jure Ecclesiast. lib.* 3. *cap.* 21. *num.* 7. *citatum ab* Ascan Tamburin. *de Jure Abbat. tom* 3. *disput.* 10. *quæsito* 3. *num.* 9. 104

1580. 9. Febr. —— Diaconus, qui baptizat in præsentia sacerdotis, præsertim curati, notabilem committit errorem. *Congr Episc in Alatrien. apud* 105

Ni-

Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *lib.* 3. *tit.* 42. *num.* 4.

1580. 26. Febr. —— Ubi adest consuetudo, Beneficiarius Episcopo inferior potest testari de fructibus Beneficiorum, seu de Bonis ex fructibus hujusmodi acquisitis, dummodo talia Bona comparata non sint sub nomine, & ad opus Ecclesiæ, prout hanc consuetudinem approbavit *Rota in Palentina Fructuum Archipresbyteratus de Portillo* juxta *cap præsenti*, *de offic. Ordin. in* 6. *apud* Antonell. *de regim. Eccles Episc. lib* 3. *cap.* 17. *num.*7. *ex* Garz. *de Benefic. part.*2. *cap.* 1. *n.*11. *&* 12. 106

1580. 9. Mar. —— Transactio de re Ecclesiæ propter dubium litis eventum valet, etiam non probata Ecclesiæ utilitate. *Rota in Nullius Castri Montis Portii coram* Bracco, *apud* Pascucc. *in comp. ad consult. canonic. Jac. Pignatel, part* 1. *tit.* de Alienatione rerum Ecclesiasticarum, *pag.* 17. 107

1580. 15. Mar. —— Uniri non possunt Seminario per Ordinarium Beneficia curata, sed simplicia, & eorum supportatis oneribus. *Congr. Episc. in Rossanen. apud* eund. *part.* 2. *tit.* de Seminario, *pag.* 387. *& refert etiam* Nicol. *in Flosc. verb. itid.* Seminarium, *n.*11. 108

1580. 26. Jul. —— Si Rector Pensione gravatus non potest restaurare Ecclesiam, cogendus est supplere Pensionarius, non obstante aliqua sua prætensione in contrarium. *Congr. conc. in Mediol. ad S. Carolum, apud citat.* Nicol. *verb.* Pensio, *n.*10. 109

1580. 26. Jul. —— Curati Hierosolymitani compelli possunt ab Ordinario ad executionem Decretorum Visitationis Apostolicæ, etiam in Bulla Pii V. non comprehensorum, alias ea Visitatio quoad ipsos raro haberet effectum. *Congr. conc. in Cupien. apud* eund. *verb.* Hierosolymitani, *n.* 10. 110

1580. 30. Sept. —— Dispensari non potest ab Episcopo, ut Missæ relictæ a Testatore in una capella, dicantur, vel remittantur in alia, quando satisfieri possunt in propria. *Congr. conc. in Hispalen. apud* Nicol. *in Flosecul. verb.* Missa, *n.* 8. 111

1580.

1580. 20. Oct. —— Si approbatus ad Beneficium, renuat, vel nequeat acceptare, novus concursus est indicendus. *Congr. conc. apud* eund. *verb.* concursus. 112

1580. 8. Nov. —— Provisio canonicatus valet, licet non fuerit expressum, quod habebat curam Animarum per turnum. *Congr. Episc. in comen. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* canonicus, *n.*3. 113

1580. 13. Nov. —— Beneficia collata personis contaminatis ob Genus, Hæresim, & a Fide Apostasiam, sunt reservata Papæ: *Gregorius* XIII. *apud* Cherubin. *in Bullar. tom.* 2. *constitut.*66. *quæ incipit* In Ecclesiis, *& refert etiam* Quaran. *in Sum. Bull. verb.* Beneficiorum reservatio. 114

1580. 19. Nov. —— Bona Ecclesiæ sterilia possunt concedi alicui, qui illa sua opera, & impensa reducat ad culturam, non modo si sint omnino sterilia, sed etiam si aliquam modicam afferant utilitatem. *Rota in Nullius castri Montis Portii coram* Bracco, *apud* Pascucc. *in compend. ad consult. canonic. Jac. Pignatel. part.*1. *tit.* de Alienatione rerum Ecclesiasticarum, *pag.* 17. 115

1581. 11. Jan. —— Dispensatus ad duo Beneficia incompatibilia, non potest alterum illorum permutare in aliud simile, nisi in dispensatione concedatur expresse. *Congr. Episc. in Placentina apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.*2. *lib* 3. *tit.*4. *n.*23. 116

1581. 23. Februar. —— Si Beneficium non vacans uniatur in vim concilii, & postea resignetur in favorem Tertii, ac resignatio admittatur, unio pro illa vice suspenditur. *Congr. Episc. in Ostunen. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Seminarium, *n.* 10. *ubi etiam*, maxime quia in litteris resignationis inseri solet illa clausula, *cum suspensione omnium*, *& quarumcumque unionum*, ut censuit *ead. congr. in Bellunen.* 1608. 19. *Jun.* 117

1581. 6. Mar. —— Conditio adjecta legato, ne Legatarius accedat ad Funera sub pena amissionis legati, nulla est, quia christianæ charitati adver- 118

versatur. *Congr. conc. in Januen. apud* eund. *ibid. lib.2 tit 20. num* 47.

1581. 7 Mar. —— Curato ex eo solum, quod una tantum aure surdus sit, non est dandus coadjutor. *Congregat. Episcop. in Faventina apud* Nicol *in Floscul. verb* Coadjutor, *n* 4. 119

1581. 7. Mar —— Qui habet Parochialem suæ Dignitati, seu canonicatui perpetuo unitam, non tenetur residere, sed tantum deputare Vicarium, seu substitutum perpetuum, vel temporalem. *Congr Episc in Rhegien & antea in Piscien* 1577. 12 *Jul* juxta conc. Trident *sess* 22. *cap* 3 & juxta *cap Extirpandæ* 30. §. *Qui vero, de præben apud* eund. *in Lucubrat tom.2. lib.*3. *tit* 4. *num* 10 120

1581. 9. Mar. —— Nullum est, & delendum Decretum Synodi Diœcesanæ, ubi assignatum fuerit Examinatoribus stipendium ex fructibus Parochialium Ecclesiarum, & aliorum Beneficiorum vacantium. *Congr. conc. in Salernitana, apud* Nicol. *in Floscul verb.* Examen, *n* 11 121

1581. 20. Jun. —— Prohiberi non debet a quærendis eleemosynis Ecclesia Devotionis, quæ aliter manuteneri non potest. *Congreg. Episcopor. in Maceraten. apud* eund. *ibid. verb.* Eleemosyna, *num.* 18. 122

1581. 8. Jul. —— Non licet canonicis Regularibus, etiam de licentia sui Generalis, absque permissu Summi Pontificis assumere curam etiam ad tempus, multoque minus Beneficium curatum in titulum. *Gregorius* XIII *apud* Petram *in comment. ad constit. Apostolic. tom.* 2 *constitut.* 1. *Anastasii IV. sect.* 1. *n.*37. *pag.* 11. *ubi pag.*12. *n.* 39. & 40. *dicit*, *quod* hanc Gregorianam declarationem Rota pro lege venerata est tum *in Leodien Parochialis* 1692. 4. *Jul. coram* Pio, tum etiam *in Novarien. Præbend.* 1693. 15. *Jun. coram* Manuel: Et Card. de Luca, postquam contrarium innuerat, hanc veritatem fatetur *in discept.* 64. & 65 de Benefic. & de donationib. *discept.* 25. *n* 6. 123

1581.

1581. 11. Jul. —— Parochiæ, quæ spectant ad Religionem Hierosolymitanam, exemptæ sunt à Cathedratico, sive Synodatico, & Charitativo Subsidio. *Congr. Episc. in Ausculana, apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic. Iac. Pignatel. par.1.tit.* de Equitibus, *pag.*277. *ubi etiam quod* de Jure Communi exemptæ sunt Ecclesiæ Regularium, *cap.*1. *de Monach.* 124

1581. 2. Sept. —— Quando Parochi residentiam continuam non faciunt, & Episcopus ad formam *cap.* 1 *sess.* 23. vult contra illos procedere, & mulctis ac pœnis cogere, non potest ad sequestrationem fructuum Parochiæ procedere, nisi Parocho citato: & si subtractio fieret sine citatione, nulliter ageret, & fructus restituendi essent. *Congr.Conc.in Sabinen.apud* Monacel.*in Formular. leg pract.par.2.tit.*. 6 *form.*2.*num.*8. ¶. Notandum, quod Fructus Ecclesiæ, cujus Rector non residet, pro rata temporis, debet Ordinarius applicare fabricæ Ecclesiæ Parochialis, etiamsi non egeat, quia poterit in dies indigere, prout censuit *ead. Congr. in Ravennaten. apud* Pascucc. *par.*2. *tit.* de Vicario, *pag. mihi* 419. 125

1582. 30 Januar. —— Negligentia Patronorum in præsentando ad Beneficia, non punitur in pecunia, sed Juris sui pro illa vice amissione. *Congreg. Episcopor. in Piscien. apud* eund. *par.*1. *tit.* de Jurepatronatus, *pag.*593. *& refert etiam* Nicol *in Lucubr. tom.*1. *lib.*3. *tit* 8. *num.*5. ac in *Floscul. verb.* Patronus, *num.* 10. 126

1582. 16. Maii. —— Ubi est usus, ut pro quolibet Mortuo *ab Intestato* solvatur Parocho scutum unum, tolerari potest. *Congreg. Episcopor. in Ferentina, apud* eund. *ibid. verb.* Testamentum, *num.* 7. 127

1582. 5. Jun. —— Curatus nihil petere debet pro administratione Baptismi, nec antea investigare, quid sibi donare velint. *Congregat. Episcopor. in Tropien. apud* eund. *ibid. verb.* Baptismus *num.*4. 128

1582 12 Aug. —— Observetur de sepeliendis sodalibus in societatis Oratorio privilegium illis super sepulturam concessum, ac illud, quod statuit concilium provinciale Mediolanense, ad obviandum fraudibus, an videlicet sepeliendus vero fuerit sodalis illius societatis sex mensibus ante mortem, & saltem in articulo mortis, quando elegerit sepulturam *Congr. Episc. in Bergomen. apud* Pascucc *in compend ad consult canonic Jac. Pignatel par* 2. *tit.* de sepulturæ electione, *pag.* 390 129

1582. 28 Aug —— Matrimonium coram Parocho, & Testibus celebratum, dicitur contractum in facie Ecclesiæ, licet fuerit celebratum Domi. *Congr Episcop. in una civitatis castellanæ, apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 1 *lib.* 1. *tit.* 10. de Nuptiis, *num.* 60: *vers.* Limita nono. 130

1582 3 Oct —— Missa in Festis ordinariis celebrari, & audiri potest in aliqua Ecclesia vicina, quando Parochialis nimium distat *Congregat. Episcop. in Caven. apud* eund. *in Floscul. verb.* Parochus, *n.* 35. 131

1582. 16 Oct. —— Clerici, qui Decreto concilii Tridentini *cap.* 6 *sess* 23. privilegio fori privantur, non intelliguntur privati privilegio canonis. *Congr. Immunit. apud* Pascucc. *part.* 1. *tit.* de Immunitate Ecclesiastica, *pag.* 501. 132

1582. 23. Nov. —— Sepultura in Ecclesiis Regularium non debetur illi, qui cum Habitu Regulari petit tantum sepeliri. *Congreg. Episc. apud* Gavant. *in Man. verb.* sepultura, *n.* 19. *& refert etiam* Mancin *in Pract. visitan. Infirm. in brevi tract. de Sepult dub.* 15. 133

1582. 30 Nov —— A Decretis concernentibus Divinum cultum, & curam Animarum, puta, quod Rector Parochiæ numerosæ teneat coadjutorem, vel capellanum, non datur appellatio. *Congr. Episc. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *lib.* 2. *tit* 28. *num.* 46. 134

1583. 15. Mar. —— Parochiani non audientes quotidie 135

tidie concionem in Quadragesima, non sunt ab Episcopo excommunicandi. *Congregat. Episcop. apud* Gavant. *in Man. verb.* Excommunicatio, *num.* 34.

1583. 24. Maji. —— In Mense Apostolico fieri possunt ab Episcopo Beneficiorum permutationes. *Congr. episcop. apud* eund. *ibid. verb* Beneficiorum permutatio, *num.* 5. 139

1583 5. Jul —— Societas Mortis neminem sepelire potest, neque miserabilem, non admonito Parocho. *Congr. episcopor. apud* Nicol. *in Flosc.ul. verb.* confraternitas, *n.* 20. 137

1583 22. Dec. —— Neque Hospitalia, quæ non conferuntur in titulum, nec Monasteria Monialium, nisi ratione Beneficiorum unitorum, vel Bonorum subjectorum omnibus aliis oneribus Episcopalibus, contribuunt Seminario. *Congr. episc. in Trojann, apud eund. ibid. n.* 9 *ubi etiam* nisi essent solita, quia tunc cogi debent, *ex ead. congr. in Assisien.* 1620. 28. *Jul.* 138

1584. 3. Apr. ——. Decretum, in quo habetur, quód nullus confessarius etiam approbatus ab Ordinario possit tempore Paschali confessiones alicujus audire sine licentia proprii curati, nullo modo est observandum, cum valde satisfaciat obligationi suæ pænitens deferendo ad Parochum fidem de confessione facta personæ approbatæ: & hac sufficiat in omnibus aliis locis. *Congr. episc. in Cremen. apud* Pascucc. *in compend. ad consult. canonic. Jac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Regularibus, *pag.* 304. 139

1584. 24. Apr. —— Licet a Defuncto accersiri tantum Regulares jubeantur, non tamen excluditur proprius Parochus. *Congr. episc. apud* Gavant. *in Man. verb.* Exequiæ, *n* 6. 140

1584. 28. Oct. —— Regulares, ad quos defertur Defunctus, neque Domi, neque in Via Officium facere possunt, uti Parochi. *Congr. episc. apud* eund. *ibid. numer.* 21. *citatum a* Mancin. *in*

Practic. visitand. Infirm. in addition. de Sepult. dub. 5.

1584 11. Dec. —— Regulari Parocho minus digno potest alter subrogari, & debet, si Episcopus velit, *Congregat. Episcop. apud* d. Gavant. *ibid verbor.* Beneficiorum Parochialium provisio, *num* 40. 142

1585 14 Mar. —— Abbas Nullius non potest visitare, vel aliquam jurisdictionem exercere in Beneficiis, quæ sunt extra suum Territorium, licet eorum collatio spectaret ad ipsum. *Congr. Episc. in Nullius S. Laurentii in Campo apud* Nicol *in Lucubrat tom.* 2. *lib.* 3. *tit.* 39. *num* 4 *verf.* V amplia, ead. Sac. Congr. 143

1585. 19. Mar. —— Arma, Sagittæ, & ejusmodi, ne appendantur in Ecclesiis *Congregat. Episcopor. apud* Gavant *in Manuali*, *verb.* Ecclesia, *num* 48. 144

1585. 14. Maii. —— Beneficia etiam noviter erecta, Seminario contribuere debent, deducto tamen onere, & redditibus in eleemosynis consistentibus *Congregat Episcop. in Tridentina apud* Nicol. *in Floscol. verb.* Beneficium Ecclesiasticum, *num.* 52. 145

1585. 23 Maii. —— Parochus approbatus per Concursum, censetur idoneus ad audiendas Confessiones etiam extra suam Parochialem, sed in ea tantum Civitate, & Loco, ubi sita est Parochialis, non autem passim per totam Diœcesim. *Congr. Episc. apud* eund. *ibid. verb.* Parochus, *n.* 7. & *refert etiam* Engel *in Man. Paroc hor. par.* 3. *cap.* 2. *num.* 6. ubi ipse excipit consuetudinem 146

1585. 26. Jun. —— In recuperatione rei Ecclesiæ nulliter alienatæ fructus debentur a die alienationis. *Rota in Placentina Bonorum coram* Blanchetto, *apud* Pascuce *in Compend ad Consult. Canonic. Jac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Alienatione rerum Ecclesiasticarum, *pag. mihi* 17. 147

1585. 18. Jul. —— Beneficium unitum Seminario alte- 148

alterius Diœcesis, tenetur nihilominus contribuere Seminario propriæ, quod ante unionem contribuere consueverat. *Congreg. Episcopór in Cremonen. apud* Nicol *in Lucubrat. tom. 2. lib. 3. tit. 5. num. 5. ad XVI & refert etiam* Pascucc. *par. 2. tit.* de Seminario, *pag.* 388.

1585. 23. Jul. —— Non debet Episcopus pro exercenda Cura Animarum in Ecclesiis sibi subjectis uti opera Regularium, nisi ob penuriam Presbyterorum Sæcularium idoneorum, & nonnisi ad breve tempus, ut respondit *Congr Episc. in Albiganen. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par* 1 *tit* 10 *form.* 14. *num.* 1. 149

1585. 2 Dec. —— Etiamsi Oblationes fiant in Cathedrali, spectant ad Archipresbyterum Curam Animarum exercentem, non autem ad Episcopum, ex ea ratione universali, quod cum Archipresbyter habeat dictam Curam, cujus ratione dicitur Populi apud Deum Mediator, idcirco hęc pręsumitur intentio Fidelium, ut illi acquirantur, quæ Deo offeruntur: siquidem Parocho debetur recompensatiò oneris, quod sustinet, cum Oblationes de jure eidem competant ratione administrationis Sacramentorum, ut resolvit *Rota in Beneventana Spolii coram* Orano *apud* Antonell. *de regim Eccles Episc. lib. 5 cap.* 18. *num.* 7. *& ex Sacr. congreg.* teste Barbosa *de offic. & potest. Episc. par.* 3. *alleg* 89. *num.* 24. Hoc etiam habet Petra *in commentar. ad Constitut. Apostolic. tom.* 2. *constit.* 1 *Anastasii IV. sect* 2 *num* 18. *pag.* 23. *ubi quod* idem dicendum, si Oblationes fiant in Capella existente in Cathedrali, vel in alia Ecclesia extra Parochialem, dummodo sit intra limites dictæ Parochiæ, *ex congr. conc. in Fulginaten. Oblationum* 1647. 6. *Apr* quia super hoc habet Parochus fundatam intentionem, juxta text. *in cap quia Sacerdos, & c Sanctorum* 10. *q.* 1. & notant Canonistæ *in rub. de Parocho* ubi nominatim Hostien. *num.* 1 & Abbas, *num.* 4. ac præ- 150

sertim quando Parochus præter assistentiam Juris, reperitur etiam in quasi possessione exercendi Jura Parochialia, & percipiendi Oblationes in dicta capella, sive Ecclesia, idque præcipue probetur ex depositione sacerdotum, quibus tanquam de facto proprio plurimum est deferendum, ex Gloss. *in cap. Monachus 17. dist.* Ruin. *cons.* 127. *num.* 2. & 13. *lib.* 2. Menoch. *cons.* 92. *num.* 89. & maxime si extarent Decreta facta ab Episcopo in Visitationibus, ut ait Pascucc. *in compend. ad consult. canonic. Jac. Pignatel part.* 2. *tit.* de Oblationibus Ecclesiasticis, *pag.* 30.

1586. 23. Jan. —— Regulares non possunt in die Paschatis communicare eos, qui intra tempus Paschale de manu Parochi Eucharistiam acceperunt, vel intentionem habent; priusquam labatur Octava Paschalis, de manu Parochi eam sumere: Si quis autem communicaret in Ecclesiis Regularium infra tempus Paschale (excepto die Resurrectionis) animo satisfaciendi præcepto Ecclesiæ, non satisfaceret; quia in canone *Omnis utriusque Sexus* præcipitur, a proprio Parocho Eucharistiam sumi. *Congreg. conc. apud* Mancin. *in Pract. visitan. Infirm. pract.* 8. *dub.* 9. ¶ Notandum, quod communio, quam faciunt Inquisitores Feria quinta majoris Hebdomadæ, non suffragatur Familiaribus, Officialibus, & Ministris Sancti Officii, ad se subtrahendum ab obligatione communicandi in suis Ecclesiis Parochialibus pro adimplendo præcepto Paschali, ut habet Pascucc. *part.* 1. *tit.* de Eucharistia, *pag.* 286. 151

1586 4. Febr. —— Nominatio curati in Ecclesia Regularibus subjecta spectat ad eorum Superiores, ad Episcopum autem sola approbatio. *Cong. episcopor in Mutinen. apud* Nicol *in Flosc. verb.* cura Animarum, *n.* 72. 152

1586. 10. Febr. —— In alienatione rei Ecclesiæ præ- 153

præsumitur consensus Rectoris ex antiquitate temporis. *Rota in Concben. Fructuum coram* Seraphino, *apud* Pascucc. *in compend. ad consult. canonic. Jac. Pignatel. part.* 1. *tit.* de Alienatione rerum Ecclesiasticarum, *pag.*17.

1586. 13. Mar. —— Nepoti legitimo ex Filio spurio reservari non debet pensio super Beneficio Avi. *Congreg. concil. apud* Nicol. *in Lucubrat tom.*2. *lib.*1 *tit.*17 *n.*18. 154

1586 15. Mar. —— Præsentatus ex vi Jurispatronatus potest institui etiam in Mense Apostolico. *Congreg. episcop. apud* Gavant *in Manuali*, *verb.* Juspatronatus, *n.* 60 155

1586. 6. Maji. —— Dignitates, quæ unitas habent Parochiales Ecclesias, requirunt, quod illas obtinentes resideant in Dignitate, prout juxta *cap. extirpandæ*, *de Praben.* censuit *congr conc. in Feltren. apud* Pascucc. *par.* 2. *tit.* de Vicario, *pag. mihi* 420. 156

1586. 13. Maji. —— De incertis redditibus nemo tenetur contribuere Seminario. *Congreg. episcop. apud* Gavant. *in Manuali*, *verb.* Seminarium, *num.* 46. 157

1586. 10. Jun —— Corpora Sanctorum nondum Canonizatorum non sunt ponenda sub Altari. *Congreg. episcop. apud* eund. *ibid. verb.* Reliquiæ, *num.*12. 158

1586. 10. Jun. —— Alienandi rem Ecclesiæ necessitas non dicitur, ubi ex fructibus Ecclesiæ, absque alienatione potest necessitatibus provideri. *Rota in Bononien. S. Apollinaris coram* Orano, *apud* Antonell. *de regimen. eccles. episc. lib.*1. *cap.*4. §.11. *num.*29. 159

1586 4 Sept. —— Ex Decreto Tridentini *sess.*25 *cap.*15. Filius illegitimus prohibetur obtinere Beneficium, quod ejus pater absque legitimo titulo, & minus pacifice possedit. *Congr. concil. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom* 2. *lib.* 1. *tit.*17. *n* 11 *in fine*. 160

1587. 12. Jan. —— Ecclesiis Parochialibus, aut Curatis vacantibus, quovis modo subjectis Militibus S. Joannis Hierosolymitani, tenentur ipsi præsentare ad unamquamque earum Sacerdotem idoneum Loci Ordinario, ut ab eo instituatur; & quousque non præsentaverit, constituat Ordinarius unum Vicarium, qui interea Animarum Curam agat, præfiniatque idem Ordinarius dictis Militibus brevem aliquem terminum ad præsentandum dictum Sacerdotem: alioquin, eo elapso, Ordinarius conferat Ecclesiam hujusmodi personis sibi bene visis secundum earum naturam, vel in titulum perpetuum, vel amovibilem. *Congr. Episcop. in Perusina, apud* Barbos. *in collect. ad Concil. Trident. sess. 7. cap 13. num. 17.* 161

1587. 28. Jan. —— Adversus eos, qui temporibus ab Ecclesia præscriptis ad Confessionis, & Eucharistiæ Sacramenta accedere negligunt, &c. *Omnis utriusque Sexus, de pœnit. & remiss.* pœnas contemnunt, licet Episcopis etiam ad Excommunicationem procedere, nisi forte de proprii Sacerdotis consilio ex aliqua rationabili causa ab hujusmodi perceptione ad longius tempus duxerint abstinendum. *Congr. Episc. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom 2 lib. 3 tit 41. num. 21. & in Floscul. verb.* Pascha, *num. 1.* 162

1587. 9. Apr. —— Canonicatus Curam habens Animarum annexam uniri potest cum Parochiali. *Congregat. Episcopor. in Mediolanen. apud* eund. *in d. Floscul verb.* Unio, *num 3.* 163

1587 8. Jun. —— Ecclesiarum Administratores tenentur facere Bonorum Ecclesiasticorum Archivium. *Sixtus V. in constit qua incipit* provida, *apud* Quaran. *In Sum. Bullar. verb.* Archivius. 164

1587. 27 Jun. —— Per Eunuchos, & Spadones utroque teste carentes non sunt contrahenda Conjugia cum quibusvis Mulieribus prædictum 165

defe-

defectum ignorantibus, vel scientibus, etiamsi alicubi adessent statuta, Leges municipales, & consuetudines in contrarium. *Sixtus V. apud* Cherubin. *in Bullar tom 2. constit.59. quæ incipit* cum frequenter, *& refert etiam* d. Quaran. *verb* Matrimonii Impedimenta.

1587 30. Jun. —— Qui mutat formam ordinariam Baptismi, graviter puniri debet, licet mutatio esset tantum accidentalis. *Congregat. Episc. apud* Nicol. *in Flosculo verb.* Baptismus, *num.2.* 166

1587 27. Oct. —— Pater potest ante mortem Filio impuberi sepulturam eligere ubicumque voluerit, etiam in Ecclesiis Regularium: post mortem vero secus. *Congr. Episc. in Fulginaten. apud* Pascucc. *in compend. ad consult. canonic. Jac. Pignatel. part 2. tit.* de sepulturæ electione, *pag. mihi* 394 *ubi quod* etiam Mater, cum Pater non adest, potest Filio impuberi sepulturam eligere, vivente tamen Filio, *ex ead. congr. in Avellinen* 1603. 15. *Sept.* 167

1588. 23. Jan. —— In die Paschæ non est licitum neque Tertiariis Communionem a Regularibus accipere, licet quis alias satisfecerit, vel intendat satisfacere præcepto sumendi communionem a proprio Parocho. *Congr. concil. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Regularis, *num.*30. 168

1588. 3 Mar. —— Non sunt prohibenda Matrimonia ignorantibus Doctrinam Christianam nisi comminatorie id fiat. *Congr. Episc. in Aquinen. apud* Barbos. *de potest. Parochi, par.2 cap 21. n 3. & refert etiam* Pascucc. *par.2. tit.* de Matrimonio, *pag.* 42. 169

1588. 8. Mar. —— Seminarii contributio anticipate solvenda est de quadrimestre in quadrimestre. *Congr. Episc. apud* d. Pascucc. *d part.2 tit* de seminario, *pag.* 387. 170

1588 16. Maji. —— Nemo sub alio Vexillo incedat, nisi propriæ Crucis. *Congregat. Episc.* In 171

Neri-

Neritonen. apud eund. *d. part. 2. tit.* de processionibus, *pag* 271.

1588. 26. Jun —— Non est retinenda Eucharistia in Vasibus eburneis, sed in Pixide argentea intus inaurata. *Congreg. episcop. in una Venetiar. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Eucharistia, *num.* 22. & hoc antea dixerat Gavant. *in Man. sub eod verb. num.* 5. 172

1588. 9. Aug. —— Curatus Curæ numerosæ, & pinguis, adstrictus ad tenendum coadjutorem, debet ipse illi solvere mercedem, non vero ad id cogere Parochianos. *Congr. episc. in Senogallien. apud* d Nicol. *ibid. verb.* Cura Animarum, *numer.* 7. 173

1588. 21. Oct. —— Si concurrat consuetudo immemorabilis cum fama privilegii, etiam Laicus fit capax Oblationes administrandi. *Decisum in Calaguritana Oblationum refert* pax Jordan. *de re benefic. tom. 2. lib.* 10. *tit* 13. *num.* 28. *citatus* a Petra *in commentar. ad constitut. Apostolic. tom.* 2. *constit.* 1. *Anastasii IV. sect.* 2. *num.* 51. *pag.* 31. ¶ Notandum, quod in Loco, in quo extat consuetudo diebus Dominicis, & majoribus Festis in medio Missæ invitare populum ad Oblationes, & illas per seipsos Sacerdotes recipere, dando singulis offerentibus pacem, permittendum esse censuit. *Congreg. conc. in Feretrana, apud* Pascucc. *part.* 2. *titul.* de Oblationibus, *pag.* 131. 174

1588. 8. Nov. ——— Parochus sæcularis audiens Confessiones tenetur deferre super pelliceum, & Stolam. *Congregat. Episcopor. apud* Gavant. *in Manual. verb.* Parochorum munera, *in addit. num.* 3. 175

1588. 16. Nov —— Clerici abortum animati fætus procurantes, consultantes, & quocumque modo consentientes, privantur Beneficiis, quæ Beneficia sic vacantia reservantur sedi Apostolicæ. *Sixtus V. apud* Quaran. *in Sum. Bullar. verb.* 176

Abor-

Abortus, *ubi ait*, *quod* Gregorius XIV. (*in Bullar. tom. 2. constit.* 8. *quæ incipit* sedes Apostolica) non intellexit moderari præfatam constitutionem Sixti V. quoad pænas, sed tantum quoad absolutionem.

1588. 25. Nov. ⟶ In Choro, ubi sunt canonici, non sunt interserendi Archipresbyteri, sive curati, qui non sunt de gremio. *Congr. episc. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* capitulum, *n* 3. 177

1588. 29. Nov. ⟶ Parocho non debetur Quarta de Intortitiis, quæ portantur a Locis piis ad associandum pauperes ad Sepulturam. *Congreg. Episcop. apud* Barbosa *de potest. Parochi*, *part.* 3. *cap.* 25. *num.* 40 *& refert etiam* Mancin. *in Pract. visitan. Infirm. in brevi tract.* de Quaran funer. *dub.* 16. 178

1588. 6 Dec. ⟶ Tollendus est cum omni diligentia, & pastorali solicitudine Gentilitatis abusus, quod Fæminæ in funere suorum Liberorum, parentum, aut Maritorum, capillos vellant: non tamen imponenda pæna Excommunicationis. *Congr. episc. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* sepultura, *n.* 19. 179

1588. 6. Dec. ⟶ Convivia, & prandia tolerari possunt in Anniversariis Defunctorum. *Congr. episc. apud* eund. *ibidem*, *n.* 20. 180

1589. 5. Jan. ⟶ Si Parochia esset populosa, & unus Rector, & Parochus non posset sufficere Sacramentis diligenter ministrandis, Episcopus illum cogat sibi alium, vel alios adjungere Sacerdotes, quot ad hoc munus peragendum judicaverit necessarios juxta concilii Tridentini dispositionem *cap.* 4. *sess.* 21. *de reform.* ab hac enim provisione non datur appellatio, neque aliqua inhibitio attendenda est, sed Decretum de Coajutore adjungendo exequendum venit, ut rescripsit Episcopo Abulensis. *Congreg. conc. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract part.* 2. *tit.* 13. *form.* 1. *num.* 41. 181

1589. 9. Jan. —— Beneficiatus omittens clericalem Habitum, & Tonsuram, privetur Beneficio, quod Beneficium sic vacans reservatur sedi Apostolicæ. *Sixtus V. apud* Cherub. *in Bullar tom* 2. *constit*.92. *quæ incipit* Cum sacrosancta, *& refert etiam* Quaran. *in Sum Bullar verb* Habitus clericorum. 182

1589. 18. Jan. —— Non est prohibendus Parochus, quin post denunciationes possit absque alia licentia conjungere contrahentes. *Congreg. concil. in Messanen. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract part*.2 *tit*.15. *form* 3 *num*.12. *ad* XI. 183

1589. 25. Mar —— Propter reverentiam Ecclesiæ possunt expelli Artifices prope illam obstrepentes, ac personæ infames, & sordidæ, ejus Divina Officia perturbantes: Ecclesiæ enim, ejusque presbyteri, vel Monachi sunt æque ac Doctores in hoc privilegiati, Alciat. *in l.* 1. *num*.52 *ff de sol. Matrim* ibiq. Roman. *num*.34. & alii: Sicut igitur Doctores, vel Scholares, studiorum causa id possunt, ita quoque Ecclesia ratione Divinorum Officiorum, ut desumitur *ex canon. pridem* 18. *qu* 2. & ita censuit *congr. Episc. in Interamnen. apud* Pascucc. *in compend. ad consult. canonic. Jac. Pignatel part*.1. *tit*. de Ecclesiis, & Ecclesiasticis, *pag* 242. 184

1589. 20. Maji. —— Plebani, & quicumque Ecclesiarum Rectores, qui Bannitos, & Viarum Grassatores in Regno Neapolitano recipiunt, pænam incurrant Excommunicationis latæ sententiæ, reservata Papæ absolutione *Sixtus V in constit. quæ incipit* Exponi, *apud* Quaran. *in Sum. Bullar verb* Bannitorum fautores. 185

1589 21. Maji. —— Ad Synodum admittendi sunt curati tantummodo, & Beneficiati, nisi esset consuetudo, quod interveniret totus clerus. *Congr episc. apud* Nicol *in Flosc. verb.* Synodus, *num* 2. 186

1589. 13. Jun. —— Beneficiarius absque ulla dispen- 187

pensatione potest tenere legatum celebrandi Missas in eadem Ecclesia, in qua habet Beneficium, nisi illa legata essent facta cum erectione Altarium, *Congr. Episc. in Castellaneten & antea in Gravinen* 1583 22. *Mar apud* eund *in Lucubrat tom.2. lib.3. tit.4 num* 37

1589. 17. Aug. —— Rectores curati, qui nullius Diœcesis sunt, tenentur accedere ad synodum Diœcesanam illius Episcopi, qui tanquam vicinior potest eas Ecclesias visitare: alias frustra visitarentur, nisi prius in synodo monerentur, & de agendis instruerentur. *Congr. conc. apud* eund. *in dd. Lucubrat d. tom 2. lib 5 tit.6. num.*13. 188

1589. 18. Oct. —— Habitus clericalis potest esse brevior in iter agentibus, & Ruri habitantibus *Congr. Episc. in Ulixbonen* nam hi poterunt deferre vestem per unum palmum infra genua, usque ad medias tibias protensam, ut declaravit *Sixtus V. in Conversano* 1590. 20 *Febr. apud* Nicol *ibid lib.3. tit.5. num* 8. *vers.* Quæ tamen. 189

1589 12. Dec. —— Matrimonii Denunciationes possunt fieri eo tempore, quo Nuptiæ prohibentur *Congr. episc in Callien apud* Barbos. *de potest Parochi, part. 2. cap* 21. *num.* 14. & 22. & *refert etiam* Pascucc. *in compend ad consult. canonic* Jac. *Pignatel part* 2. *tit.* de Matrimonio, *pag.*42 190

1589. 18. Dec —— Tempore Adventus, & Quadragesimæ non prohibentur sponsalia de futuro *Congr. Episc. apud* Gavant. *in Man. verb* Matrimonii celebratio, *in addit. num* 1. 191

1590. 16. Jan. —— Doctrina Christiana non est legenda inter Missarum solemnia, sed recitanda per Dialogum post prandium ante Vesperas a pueris cum sonitu Campanulæ congregandis. *Congr. Episc. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Doctrina Christiana, *num* 2. 192

1590 20. Febr. —— Mulieres Latinæ datæ Græcis in Matrimonium, ne permittantur vivere more Græcorum. *Congregat. Episcopor. apud* eund. *ibid verb.* 193

verb. Græci, *num* 3. *& refert etiam* Gavant. *in Manuali*, *verb* Græcorum Jura, *n.* 5.

1590. 22. Febr. —— Parocho causa Studiorum non est danda licentia, cum hodie per concilium non admittantur, nisi per concursum, qui magis idonei fuerint judicati. *Cong. conc apud* Pascucc. *in compend. ad consult canon. Jac. Pignatel. part.* 2 *tit* de Vicario, *pag.* 420. 194

1590. 8. Mar. —— Uni tantum seminario facienda est contributio, & quidem seminario Diæcesis, in qua situm est Beneficium, licet ejusdem Beneficii collatio spectaret ad Episcopum alterius Diœcesis. *Congr. conc. apud* eund. *d. part.* 2. *tit.* de seminario, *pag.* 384. 195

1590. 20 Mar. —— Supra Ecclesiam non possunt fieri cameræ ad habitandum; neque ad frumenta tenenda, propter honorem Altarium, quæ subter sunt sita. *Congr. Episc. in caven. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 1. *lib.* 4. *tit* 15 de Interdictis, *num.* 27 196

1590. 20. Mar. —— Uti potest Parochus Oleo veteri Sacro in casu necessitatis. *Congr. Episc apud* Gavant. *in Man. verb.* Extrema Unctio, *num.* 10. 197

1590. 15. Maji. —— Sponsis copulam habentibus ante conjunctionem sacerdotalem ne detur publica pænitentia, sed salutaris, vel pecuniaria moderata. *Congreg. Episc. apud* eund. *ibid. verb.* Matrimonii celebratio, *n.* 5 198

1590. 10. Jun. —— In procedendo contra concubinarios, utendum prius est monitionibus, & exhortationibus: secundo, præceptis pænalibus, eorumquè executione: tertio, censuris, incipiendo ab ingressu Ecclesiæ. *Congr. episc. Hostun. apud* Pascucc. *in compend. ad consult. canonic. Jac. Pignatel. part.* 1. *tit.* de concubinatu, *pag. mihi* 187. *ubi etiam quod* Si concubinarius, qui fuit mulctatus tertia parte fructuum ad præscriptum Tridentini *cap.* 14. *sess* 25. *de reform.* dimiserit postea 199

ftea Beneficium, vel eo fuerit privatus, novus provifus de hac mulcta nihil lucrabitur; *ex ead congr in Faten. Leodien. Tergeften. & Lovanien.* Dictum autem Decretum concilii non procedit in fimplici incontinentia, fed in concubinatu, *ex ead. congreg. in Mediolanen* Quod fi clericus modo cum una, modo cum alia deprehendatur, poteft Epifcopus contra eum uti hoc Decreto concilii, *ex ead congreg. in Elboren.* Appellatio autem interpofita a fententia lata juxta formam hujus Decreti non fufpendit executionem, nec ante, nec poft, nec ullo cafu, *ex ead. congr. in præcit. Mediolanen.*

1590. 15 Jun. —— Si Parochus eft aptus ad declarandum Evangelium, compelli non poteft ad aliud: & fi Univerfitas prætendit meliorem prędicatorem, debet illum eligere cum Ordinarii approbatione, ac expenfas fubminiftrare. *Cong. Epifc. in Firmana apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. lib. 1 tit. 31. num. 6. verf.* Si tamen. 200

1590. 26. Jun. —— Revocandum eft præceptum Epifcopi, vel Vicarii mandantis per totam Diœcefim Parochis, ne folemnizent Matrimonia fine ejus licentia in fcriptis, & reftringendum ad cafum, quando detegitur impedimentum. *Cong conc. in Hydruntina apud* Pafcucc. *in compend. ad confult. canon. Jac. Pignatel part. 2. tit.* de Matrimonio, *pag. 42. & refert citat.* Nicol. *d. lib 1. tit. 10. de Nuptiis, num. 60. verf.* neque prohibere. 201

1590. 26. Jun. —— Parochi non poffunt prohiberi ab Epifcopis, ne Mortuos morte violenta fepeliant fine fua licentia, nifi ex aliquo capite privandi venirent Ecclefiaftica Sepultura. *Congr. Epifc. apud* Nicol. *in Flofcul. verb.* Parochus, *num.* 12. 202

1590 26 Jun. —— Pauperes, qui diebus ferialibus, feu profeftis Ruri commorantur, poffunt diebus feftis fuos contractus facere. *Congr. Epifc.* 203

in

in Gallipolitana apud eund. *in Lucubration. tom.* 2. *lib* 2 *tit* 9. *num* 5 *vers. Limita quarto*, ubi excipiuntur Festa solemniora, & contractus Decretum Judicis requirentes, ex *congr. Episc in Cajetana* 1658. 23. *Aug.*

1590. 26 Jun. —— Reis capitali sententia damnatis, etiam mane quando exequenda est, potest administrari Eucharistia *Congreg Episcop. apud* Gavant. *in Manuali*, *verb.* Eucharistia, *num* 49. *& referunt etiam* Mancin *in Pract. visitan Infirm. pract* 8. *dub.* 33. & Sa, *verb* Eucharistia, *num* 2. ubi tenent, etiam non jejunis administrandam esse. 204

1591. 5 Febr. —— Vicarius Foraneus, vel alii Rectores non tenentur cursoribus, vel aliis Episcopi Ministris per Diœcesim discurrentibus ministrare nisi cubile, & lumen: & si victum eis præbeant, ab Episcopo repetere possunt *Congr. Episc. in Lycien. apud* Nicol. *in Flosc verb.* Vicarius Foraneus, *num.* 84. 205

1591 18 Febr. —— Non est impediendum ædificium Ecclesiæ sufficienter dotatæ sine rationabili causa. *Rota coram* Mantica, *prout refert* Gavant. *in Manuali Episc. verb.* Ecclesia, *num.* 9 206

1591. 2. Jul. —— Parochi Defuncti locus in Funere erit a sinistris superioris illius Ecclesiæ, ad quem defertur. *Congr Episc. apud* eund. *ibid. verb.* Exequiæ, *num* 19 207

1591. 16. Jul. —— Post concilium Tridentinum receptio Juramenti de residendo in Ecclesiis Parochialibus (de quibus loquitur dicta synodus) non est in usu, prout de hoc sciscitanti Episcopo Feretrano respondit. *Congr. Episc apud* Monacel *in Formul. leg pract part.* 1. *tit.* 7 *form* 4. *n* 4 208

1591. 6. Aug —— In Feria quinta, & sexta majoris Hebdomadæ ne deferatur sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum extra Ecclesiam. *Congr. Episc. apud eund.* Gavant. *in d. Manuali*, *verb.* Eucharistia, *num* 19. 209

1591. 20. Aug. —— Non est recipiendum Juramentum a sponsis, ne ante Benedictionem se carnaliter cognoscant. *Congr. concil. in Hydruntina*, *apud* Pascucc. *in compend. ad consult. canonic. Jac. Pignatel. part.* 2 *tit.* de Matrimonio, *pag.* 42 210

1591. 20. Aug. —— Vicariis Foraneis, & Archipresbyteris concedenda est ab Episcopo facultas, ut de consilio Medicorum impertiri possint indigentibus licentiam vescendi cibis vetitis in Quadragesima: quæ quidem licentia detur gratis, ita ut nec pro scriptura quidquam accipere liceat. *Congreg. Episc. apud* Nicol. *in Flosc. verb* Quadragesima, *num.* 1. 211

1591. 26. Aug. —— Curati non possunt prohiberi ab Episcopo, ne accedant ad concursum aliarum Parochialium. *Congreg. Episc. apud* Barbos. *de pot. Parochi, part.* 1. *cap.* 2 *num.* 48. *& referunt etiam* Antonell. *de regimen. Eccles. Episc. lib.* 3 *cap.* 5. *§.* 2. *n.* 15. ac Leuren. *in Foro Benefic. part.* 1. *cap.* 3. § 3 *quæst.* 182. *num.* 2. ex Lamber. *part.* *lib.* 2 *qu.* 7. *annot.* 5. 212

1591 12 Dec. —— Non possunt Parochi radere Ossa sanctorum, daturi cum potu rasuram Infirmis. *Congreg. Episc. apud* Gavant. *in Manuali*, *verb.* Reliquiæ, *num.* 34. 213

1592 25 Jan. —— Ubi cura Animarum exercetur per turnum, non debet fieri per Hebdomadas, sed per trimestria, ut melius sciatur, quis debeat vocari: & si committatur error, contra quem in particulari procedi. *Congregat. Episc. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* cura Animarum, *num* 1. 214

1592 18. Febr. —— Quotidie, ubi sufficiens numerus sacerdotum in Ecclesia aderit; ubi vero duo ad minus, saltem in Dominicis, & Festis de præcepto Missa una in Aurora celebretur per Hebdomadam pro pauperum, & Rusticorum commoditate, sicut & Viduarum, ac Nobilium condignis vestibus carentium: in qua celebrans 215

partes essentiales Doctrinæ Christianæ omnino explicet, & Missam ante ortum Solis incipiat *Congregat. Episcopor in Vestana apud* eund *ibid. verb* Missa, *num.* 31. *& in Lucubrationib. tom.* 2. *lib.* 3. *tit.* 41. *num* 6.

1592. 21. Febr. —— Remitti possunt ab Episcopo Denunciationes, non solum quando subest suspicio Matrimonium malitiose posse impediri, verum etiam alia ex causa rationabili ejus arbitrio: Potest item Ordinarius secundum suam prudentiam, & judicium remittere aliquas Denunciationes ob vicinitatem temporis, quo Nuptiæ prohibentur, sed non potest jubere fieri in diebus non festis: Quando autem Contrahentes sunt diversarum Parochiarum, Denunciationes faciendæ sunt in ambabus Parochiis. *Congr. conc. apud* Pascucc. *in compend. ad consultat. canonic Jac. Pignatel par* 2 *tit.* de Matrimonio, *pag.* 42. ¶ Notandum, quod non valet Matrimonium contractum coram Parocho ejus Loci, ubi Contrahentes reperiuntur, non animo ibi domicilium constituendi, sed recreationis causa, prout habet Nicol *in Lucubrationib. tom.* 1. *lib.* 1. *tit.* 10. de Nuptiis, *num.* 60. *vers.* Amplia VII. *ex congreg. concil. in Abulen.* 216

1592. 16 Mar —— Clausula illa, quæ poni solet in dispensatione impedimenti publicę honestatis, *Antonia ejus Sponsa intacta, & in nullo penitus attentata remanente*, intelligitur de actibus carnalem copulam importantibus: quare si constet de Virginitate sponsæ, vel quod nunquam sola cum Sponso fuerit in loco apto, nihil obstat, quo minus dicta dispensatio possit, & debeat executioni demandari. *Congregat Episcopor. in Mileten. apud* d. Nicol. *in dd Lucubrationib. eod. tit. n.* 54. *in fine*. 217

1592. 9. Jun. —— Clericis Curam Animarum habentibus licet publice prædicare, quamvis Sacerdotes non sint. *Congregat Episcopor. in Caven. apud* eund. 218

eund. *in Flofcul. verb.* Prædicator, *num.* 8.

1592. 30 Iun. —— Regulares non tenentur expectare tempus Miffæ Parochialis, ut celebrent in fuis Ecclefiis. *Congregat Epifcopor.apud* Gavant. *in Manuali, verb.* Regularium Iura fub Epifcopo, *num* 30. *& refert etiam* Barbofa *de poteft Parochi, par.* 1. *cap.* 11. *num.* 21. 219

1592. 10. Aug. —— Nundinæ, quæ fiunt qualibet Hebdomada, fi occurrerint in die fefto, fiant in præcedenti feria; quæ vero fiunt femel in Anno, tolerari poffunt poft celebratam Miffam majorem. *Congregat.Epifcopor.apud eund.* Gavant *ibid. verb* Fefti dies, *num.* 20. 220

1592. 14. Sept —— Teftes, qui adfunt Matrimonio, debent a Parocho adnotari in Libro nominatim, licet Matrimonium celebratum fuerit in frequentia Populi: quod tamen non eft de effentia Matrimonii, fed fit ad faciliorem probationem. *Congregat.Epifcopor.in Tropien.apud* Nic. *in Lucubrationib. tom.* 1. *lib.* 1. *tit.* 10. de Nuptiis, *num.* 60. *verf.* Amplia V. ¶ Notandum primo, quod in privatis Domibus Matrimonia celebrari poffunt, dummodo præfens fit proprius Parochus: inducendi tamen funt Contrahentes, ut in Ecclefia celebrent, prout cenfuit *Congr. conc. in Segobien. apud* Pafcucc. *in compend. ad confult. canonic. Jac Pignatel.par.*2. *tit.* de Matrimonio, *pag* 41. ¶ Notandum fecundo, quod ad validitatem Matrimonii fufficit præfentia folius Parochi proprii Sponfæ, quando Matrimonium in Parochia Sponfæ contrahitur, & fic e contra, *ex ead. congreg. in Faventina, apud d.* Pafcucc. *ibid.* 221

1592. 17 Oct. —— Nepos legitimus ex Filio illegitimo poteft immediate Avi Beneficium obtinere. *Congregat. concil. in Bracharen & antea in ead* 1589. 11. *Mar. apud citat.* Nicol. *in dd. Lucubrat. tom.*2. *lib.*1 *tit.*17 *num.*23. 222

1592. 22. Nov. —— Poffunt Parochi per viam 223

præcepti pænalis, non autem sub pæna peccati mortalis obstringi ab Episcopo ad docendum Doctrinam Christianam. *Congregat. Episcopor. in Bergomen. apud* Barbos. *de potest. Parochi, par.* 1. *cap* 15. *num.* 3.

1592. 14. Dec. —— Quartarum locatio sive affictus inhibendus est sub gravibus pænis. *Congreg. Episcopor. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Canonica portio, *num.* 4. 224

1593. 1. Febr. —— Pro Sacramentorum administratione nihil est accipiendum hoc titulo, etiam a sponte dantibus: quod autem offertur sponte pro eleemosyna, accipi potest. *Congregat. conc. apud* Gavant. *in Manuali, verb.* Sacramenta, *num.* 4. 225

1593. 4. Febr. —— Seminario contribuere tenentur Ecclesiæ Sæculares, quæ non sunt de mensa Monasteriorum, tametsi ad earum institutionem, & collationem pertineant: imo etiam Beneficiati Beneficiorum collationis Monachorum; si intra fines Diœcesis sunt. *Congregat. concil. in caputaquen. apud* Pascucc *in compend. ad consult. can. Jac. Pignatel. par.* 2 *tit.* de Seminario, *pag.* 387. 226

1593. 13. Febr. —— Non contrahitur cognatio spiritualis ab eo, qui defert Infantem ad Baptismum, nisi etiam illum teneat, vel suscipiat, cum baptizatur: & contrariam consuetudinem esse abusum declaravit *Congregat. Episcopor. in una S Marci, ac etiam congregat concil. apud* Nicol. *in Lucubrationib lib.* 1. *tom.* 1. *tit.* de Nuptiis 10. *num.* 37. *vers.* Et Sacra. 227

1593. 15. Febr. —— Privatus per sententiam altero ex Beneficiis, quorum utrumque est sufficiens per se ad victum, potest valide illud appellatione pendente resignare ad favorem alterius. *Rota in Legionen. canonicatus coram* Arigonio, *apud* Antonell. *de regimen. Eccles. Episc. lib.* 3. *cap.* 4. §. 4. *num.* 24. ubi rationem reddit, scilicet, tum quia Beneficiatus non est privatus in tali casu ipso jure, 228

re, tum quia pendente judicio nullitatis, & injustitiæ, adhuc jus manet in eo, qui est privatus, ex Put. *dec.* 30. *num.* 3. *lib.* 1.

1593. 22. Febr. —— In Tabernaculo, ubi asservatur Sanctissimum Sacramentum, non sunt retinendæ Reliquiæ, nec Vasa sacrorum Oleorum, nec aliud. *Congregat. Rit. apud* Gavant. *in Manuali, verb.* Eucharistia, *& num* 9. *& refert etiam* Nicol. *in Floscul. sub. eod. verb. num.* 20. 229

1593. 22. Febr. —— Eucharistia in Festo Sacratissimi Corporis Christi non est deferenda per vias Hebræorum. *Congregat. Episcopor. apud eund.* Gavant. *ibid. num* 17. *& refert etiam* Barbosa *de potest. Parochi, par.* 2. *cap.* 20. *num.* 32. 230

1593. 9. Mar. —— Prohibitio pernoctandi extra Parochiam facta Curatis, intelligi non debet de casu, quo quis aliquo improviso accidenti detentus esset. *Congregat. Episcopor. in Trevicen apud* Nicol. *in Lucubrationib. tom.* 2. *lib.* 3. *tit.* 4. *num.* 39. 231

1593. 9. Mar. —— Si quis Missam uno die omissam remittat in sequenti, nullam debet incurrere pænam, modo non sit Missa Conventualis *Congr. Episcopor. apud* eund. *in Floscul. verb.* Missa, *num.* 12. 232

1593. 12 Mar. —— Valet Matrimonium coram Parocho non promoto infra annum *Congr. conc apud* Gavant. *in Manuali, verb.* Matrimonii celebratio, *in additione ; num.* 5. & refert etiam Pascucc. *par.* 2. *tit.* de Matrimonio, *pag.* 37. ubi recentior Decisio in Marianen 1653. 24. Mar. 233

1593. 16. Mar. —— Parochiani hortandi sunt, non vero cogendi ad Missam audiendam in Parochiali. *Congregat. concil. in Salernitana., & antea in Catiaten.* 1592. 14. *Dec. ac in Compsana* 1581. 10. *Oct. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Parochus, *n.* 11. *ubi etiam quod* Non potest Parochus prohibere suis Parochianis, ne tali Sacerdoti ab Ordinario approbato confiteantur, nisi aliud habeat consuetudo, vel approbatio sit data cum conditione 234

consensus proprii Parochi, ex Bonac *de Sacram. disp.5.qu.5.sect.2. punct.5.num.35*

1593. 14. Maii. —— Plures Beneficiati alicujus Ecclesiæ Parochialis non faciunt proprie nec Capitulum, nec Collegium, quamvis ad instar Capituli congregentur, quia possunt ibi esse uti singuli, non uti universi, & dicerentur facere non unum Collegium, sed Congregationem. *Rota in Calaguritana capellania de Nagera coram* Orano, *apud* Corrad.*in Prax. Benefic. lib 2.c.9. num.21.* 235

1593. 18. Iun. —— In nullo casu Pensio reservata ab Episcopo transit ad successorem, sed tantum tenetur ad eam primus oneratus, quia non Ecclesia, seu Beneficium, sed Persona tantum onerari potest ab Episcopo: & ideo onus Pensionis, mortuo Beneficiario, seu amoto a Beneficio, extinguitur.*Rota in Calaguritana Beneficii coram* Gypsio, *& antea in ead.* 1583. 28 *Mar. coram* Lancelloto, *apud* Antonell. *de regim. Eccles Episcopal lib.3.cap.11.num.19* ex Bonac. *in tract.de Simon. disp.1. quæst. 4.§.15. num* 9. 236

1593. 30. Iun. —— Regularibus nullibi præscribi potest ab Episcopo hora cantandi, vel privatim celebrandi Missam *Congregat Episcopor. in concordien* nisi ex auctoritate Sacræ Congregationis, alternative, ut vel expectent post Missam Parochialem, vel publicent Festa, Vigilias, Excommunicationes, & Matrimonia, prout instabit, seu significabit Parochus, *ex ead. congr in una Minimorum Mantuæ, & in altera S. Ambrosii* 1642. *9. Maii*, *apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Missa,*n.*30. 237

1593. 26. Iul. —— Quando Beneficium Rurale, quod non habet onera Missarum, transfertur ad aliquod Altare, Rector Beneficii translati non tenetur providere de Paramentis. *Congr. Episcop. apud* eund. *ibid verb.* Beneficium Ecclesiasticum, *num.* 53. 238

1593. 9. Aug. —— Si inter loca Diœcesis visitanda, 239

da, esset contentio quis eorum videatur esse major, & quisnam debeat ab Episcopo primo loco visitari, sorte ex bussulo loca extrahantur *Congregat. Episcopor. in Interamnen. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 5. form. 2. n. 19.*

1593. 28. Aug. —— Testimoniales Ordinum, & Bullæ Beneficiorum collatorum possunt ab Episcopo in prima Visitatione exequiri, non obstante regula de triennali possessore, ut respondit Archiepiscopo Aven. *Congregat. Episcopor. apud* eund. *loc. cit. num. 28.* 240

1593. 6. Sept. —— Cadavera ne reponantur sub Altaribus, neque sub gradibus eorum. *Congreg. Episcopor. apud* Gavant. *in Manuali, verb.* Sepultura, *num 6. & refert etiam* Barbosa *de potest. Parochi, par. 3. cap. 26. num. 16.* 241

1593. 10. Dec. —— Si res Ecclesiæ sit talis conditionis. ut ex ea quolibet triennio unicus tantum fructus percipiatur, poterit in novem annos locari, quia primum triennium æquivalet primo anno, ita secundum, & tertium: & si alternativ f uctificat, poteritsper sex annos locari. *Reta in Veliterna Afflictus coram* Litta, *apud* Antonell. *de regim. Eccles. Episcopal. lib. 1. cap. 5. §. 1. num. 6.* 242

1594. 3. Jan. —— Parochus non est denuo examinandus ab Episcopo, a quo jam fuit examinatus, nisi suspicio probabilis existat, quod propter infirmitatem, vel aliud accidens non sit amplius idoneus: Parochus autem approbatus ab Antecessoribus tempore Provisionis Parochialium potest ab Episcopo iterum examinari tam in Visitatione, quam extra. *Congregat. Concil. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Parochus, *num. 23.* ubi ait, sic eandem postea decrevisse *in una Placentinæ* 1628. 28. *Aug.* 243

1594. 4. Jan. —— Ad Parochum spectat decernere viam, per quam exportandus est Defunctus usque ad portam Ecclesiæ Regularium, in qua est sepeliendus. *Congregat. Episcopor. in Castellanen.* 244

apud Barbos. *de potest. Parochi*, *cap.* 26. *num.* 74.

1594. 10 Jan — Confraternitates, & alia Loca pia, quæ non habent Beneficia annexa, non contribuunt Seminario. *Congregat. Episcopor in Recanaten & antea in Panormitana* 1586. 23. *Sept.* *apud* eund. *ibid. verb* Seminarium, *num* 9 245

1594. 26. Jan. — Examinato, & approbato in Urbe ad curam Animarum non possunt ab Episcopo Ordines denegari sub prætextu insufficientis litteraturæ, *Congregat. Episcopor. apud* Nicol. *in Floscul. verb* Examen, *num.* 4. 246

1594. 7. Mar. — Salarium Organistarum non datur Fratribus, si ipsi pulsent, sed conventui. *Congregat. Episcopor. in Beneventana Dominicanorum*, *apud* eund *ibid. verb.* Pauper, *num.* 2. 247

1594. 21. Mar. — Monaci Olivetani alicujus Monasterii, cui reperitur annexa quædam Ecclesia Sæcularis simplex, nec tenentur ad Synodum accedere, nec aliquem eorum nomine mittere: sed si Ecclesia est Parochialis, ille accedere tenetur, qui curam exercet. *Congregat concil. in Bituntina*, *apud* Pascucc. *in compend. ad consult. canonic. Jac. Pignatel. par.* 1 *tit.* de Equitibus, *pag.* 277. 248

1594. 26. Mar. — In Oratoriis confratrum non est retinendum Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum. *Congregat. Episcopor. apud* Gavant. *in Manuali*, *verb.* confraternitates, *num* 21. 249

1594. 27. Mar. — Ubi adest Vicarius perpetuus onera Parochialia spectant ad illum, nulla ex parte ad Ecclesiam, Monasterium, seu Locum pium, quibus unita est Parochialis. *Congregat. concil. apud* eund. *ibid. verb.* Vicarius perpetuus *num.* 9 *& refert etiam* Piton. *disceptat. Ecclesiastic. par.* 2. *disceptat* 50. *num.* 37. 250

1594. 20. Maii. — Sufficit in aliena Diœcesi obtinere Beneficium etiam simplex ad hoc, ut quis ab ejus Episcopo possit ordinari. *Congregat concil. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Ordo, *numer.* 3. 251

1594.

1594. 18. Jul. —— Parochus non poteſt dare licentiam 252
operum in die feſto, niſi conſentiente Epiſcopo. *Congregat. Epiſcopor. apud* Gavant. *in Manuali*, *verb.* Feſti dies, *num* 46.

1594. 26. Jul —— Promoti ab Epiſcopo ad Ordi- 253
nes prævio examine, ſi conſequi debeant Titulos, qui requirant ſolum illos Ordines, non debent iterum examinari, niſi Tituli eſſent Preſbyterales reſpectu Curæ Animarum, & adminiſtrationis Sacramentorum. *Congregat. Epiſcopor in una Venetiar.* juxta *c. fin. de præſumpt. apud* Nicol. *in Floſcul. verb.* Examen, *num.* 7.

1594. 2. Aug —— Revelationes de aliquo impedi- 254
mento Matrimoniali debent a Curatis recipi in ſcriptis cum ſubſcriptione revelantis: vel ſi ſcribere non noverit, duorum Teſtium. *Congregat. Epiſcopor. apud* eund *in Lucubrationib. tom.* 1. *lib.* 1. *tit.* 10. de Nuptiis, *num.* 30. *in fine*.

1594. 20. Sept. —— Ad hoc, ut reſidentiæ fiat 255
per Parochum ſatis, ſufficit, quod pernoctet continuo in Domo ſuæ Parochiæ, & mane reſideat in Eccleſia quouſque ſint finitæ Miſſæ, nam poſtea poterit alio ire, niſi in Parochia habeat Infirmos, vel alias functiones Parochiales. quia tunc reſidere debebit etiam de die. *Congreg. Epiſcopor apud* eund. *in dd. Lucubrationib. tom* 2 *lib.* 3. *tit.* 4. *num.* 11. ¶ Notandum, quod Parochi non poſſunt Decreto Tridentini *in cap* 1. *ſeſſ.* 23 *de reform.* annis ſingulis per aliquod tempus a ſuis Parochialibus abeſſe, niſi cauſa cognita & licentia ab Epiſcopo in ſcriptis: & quamvis dictis Parochis abeſſe liceat per bimeſtre, hanc tamen auctoritatem ſibi arrogare non poſſunt, ſed licentiam, ut ſupra, ab Epiſcopo obtinere debent, prout declaravit *Congregat. concil. in Toletana*, *apud* Paſcucc *in compend. ad conſult. canonic. Jac. Pignatel. par.* 2. *tit* de Vicario, *pag.* 419.

1594. 7 Nov. —— Quarta Funeralis non debetur 256
Capellano Oratorii, ſeu Confraternitatum, ſi for-

forte Defunctum ibi sepeliri contingat, sed debetur tantum Ecclesiæ Parochiali. *Rota in Bergomen. Funeralium coram* Mantica, *apud* Antonell *de regim. Eccles. Episcopal. lib.* 1 *cap.* 13. §. 1. *num* 6

1594 28. Nov. —— Pro licentia operandi in die festo nihil est imponendum titulo eleemosynæ, nisi hortando. *Congreg. Episc apud* Gavant. *in Manuali*, *verb.* Festi dies, *num.* 45. 257

1594. 28. Nov. —— Tabernaculum sanctissimi Sacramenti in Ecclesiis Parochialibus regulariter debet esse in Altari majori tanquam digniori. *Congregat. Episcop in Casertana*, *& in Aquilana* 29. *Aug. ejusd. anni*, *ac antea in Lucen* 1579. 10 *Febr. apud* Pascucc *in compend. ad consult. canonic. Jac. Pignatel. part.* 1 *tit.* de Eucharistia, *pag.* 283. 258

1595. 16. Febr. —— Valet Matrimonium celebratum coram sacerdote de licentia Parochi Viri in Parochia Mulieris, etiamsi in diversis Diœcesibus ipsæ Parochiæ constitutæ sint. *Congreg conc apud eund. part.* 2 *tit* de Matrimonio, *pag.* 29. 259

1595. 16. Febr. —— Qui tempore Paschatis confitetur pænitentiario, satisfacit præcepto Ecclesiæ. *Congreg. concil. apud* Gavant. *in Manuali*, *verb* pænitentiarius, *num* 35. 260

1595. 2. Mar. —— Matrimonium contractum servata forma concilii est validum, etiamsi antea Episcopus inhibuisset Parocho; licet hic puniri valeat ob inobedientiam. *Congr conc in Savonen apud* Monacel. *in Formul. leg. pract. part.* 2. *tit.* 16 *form.* 2. *num* 17. 261

1595 2. Maji. —— Ecclesiæ Parochiales Monasterio canonicorum Regularium unitæ, possunt ab Episcopo tanquam sedis Apostolicæ Delegato visitari, licet Generalis habeat in eo loco sedem ordinariam. *Decisum refert* Barbos. *de Jure Eccl. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 21. 262

1595. 10. Maji. —— Translatio canonis, seu affran- 263

francatio non requirit solemnitates requisitas in alienatione rei Ecclesiæ. *Rota in Romana pratensa devolutionis apud* Pascucc *in compend. ad consult. canonic. Jac. Pignatel. part.* 1 *tit.* de Alienatione, *pag.* 16 *ubi tamen ait*, *quod* in impositione census super re Ecclesiæ requiritur solemnitas, & justa causa, prout in alienatione, *ex ead. Rota in Romana invaliditatis census coram Corduba* 1591. 24 *Maji*.

1595 10. Maji. —— Societates sæculares privilegium habentes sepeliendi in earum Oratoriis, neminem sepelire possunt, nisi saltem in articulo mortis ibi elegerit sepulturam. *Congr. Episc apud* eund *part* 2. *tit.* de sepulturæ electione, *pag* 395. 264

1595. 21. Jun. —— Curati Regulares debent habere socium Regularem in Domo Parochiali. *Congregat. Episc. apud* Gavant. *in Manuali*, *verb.* Parochorum munera, *num.* 30. *& refert etiam* Engel *in Manual. Parochor. part.* 2. *cap* 3 *num* 7. *ad* II. 265

1595. 21. Jun. —— In Beneficiis curatis assequendis, ubi Ritus Latinus promiscue servatur cum Græco, regulariter Latini præferuntur. *Congreg Episc. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Græci, *num* 16. 266

1595. 24. Jun. —— Qui non confitentur, & non communicant in Paschate, non tamen sunt ipso jure interdicti, sed interdicendi sunt per sententiam, unde si ante declarationem moriantur, non sunt privandi Ecclesiastica sepultura, dummodo obierint cum signis contritionis. *Congreg Episc. in Cajetana*, *apud* eund. *in Lucubrat. tom.* 2. *lib.* 5. *tit.* 38. *num.* 2. 267

1595. 31. Aug. —— Presbyteri Græci Baptizatos Chrismate in fronte non consignent, & ideo ab ipsis in ordine Baptismi apud eorum Euchologium prætermittantur, quæ sequuntur post illa verba, *& post Orationem*, *&c* (ubi habetur for- 268

ma

ma hujus consignationis) usque ad verba, *postea facit Sacerdos figuram circuli, &c.* prout constituit *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. tom. 3. constitut. 34. quæ incipit* Sanctissimus, *& refert etiam* Quarant. *in Sum. Bullar. verb.* Græcorum Ritus, *pag. mihi* 261.

1595. 31. Aug. —— Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, quod pro Infirmis asservatur, singulis octo diebus, aut saltem quindecim presbyteri Græci renovent: nec asservent toto anno: si tamen asservatum fuerit, saltem in fine anni sumatur: tollatur tamen abusus tundendi, vel etiam miscendi sacro Oleo, ac iterum coquendi vel alias exsiccandi species Sacramenti sacræ Eucharistiæ Feria quinta in cæna Domini, ut deinde illud asservent. *Clemens VIII. apud eosd. ibid.* 269

1595. 31. Aug. —— Si Græci velint accipere Altaria portatilia ab Episcopis Latinis consecrata, bene erit, sin minus, tolerentur eorum thioni, sive throni super Altaria lapidea ponendi, cum celebrant: corporalia vero uti Latini habeant, nisi thionis etiam pro corporalibus utantur. *Clemens VIII. apud eosd. ibid.* 270

1595. 31. Aug —— Aqua ex Ritu Græco in die Epiphaniæ, vel primo die Mensis benedicta conservetur in Ecclesia, ut illa Fideles aspergantur. *Clemens VIII. apud eosd. ibid.* 271

1595. 31. Aug. —— Non sunt cogendi presbyteri Græci Olea sancta, præter Chrisma, ab Episcopis Latinis Diœcesanis accipere, cum hujusmodi Olea ab eis in ipsa Oleorum, & Sacramentorum exhibitione ex veteri Ritu conficiantur, seu benedicantur; Chrisma autem, quod non nisi ab Episcopo, etiam juxta eorum Ritum, benedici potest, cogantur accipere: Prohibeantur vero ab Episcopis Græcis externis scismaticis, seu sanctæ Romanæ Ecclesiæ communionem non habentibus illud accipere, vel eo uti. *Clemens VIII. apud eosd. ibid.* 272

1595.

1595. 31. Aug. —— Matrimonia inter conjuges Græcos dirimi, seu divortia quoad vinculum fieri nullo modo permittant, aut patiantur Ordinarii Locorum: Maritus Latinus, Uxoris Græcæ Ritum non sequatur: Latina Uxor non sequatur Ritum Mariti Græci: Græca vero Uxor sequitur Ritum Mariti Latini: Quod si id fieri non possit, quisque conjugum in suo Ritu, Catholico tamen, manere permittatur: Proles denique sequatur Patris Ritum, nisi prævaluerit Mater Latina. *Clemens VIII. apud eosd. ibid.* 272

1595. 31. Aug. —— Presbyter Græcus conjugatus, ante sacrum sacrificium, seu sanctam Missam celebrandam, vel per hebdomadam, vel per triduum abstineat ab Uxore. *Clemens VIII. apud eosd. ibid.* 273

1595. 31. Aug. —— Nunquam Monachis Græcis, seu calogeris Animarum cura committatur, nisi ex necessitate, vel alia justa causa: Presbyteri vero sæculares Græci, abjuratis schismate, & erroribus, atque in Fide Catholica bene instructi, in Parochialibus, seu curatis Ecclesiis Græcorum institui possunt. *Clemens VIII. apud eosd. ibid.* 274

1595. 31. Aug. —— Græci existentes inter Latinos, Dies Festos de præcepto ejusdem Latinæ Ecclesiæ servare teneantur. *Clemens VIII. apud eosd. ibid.* 275

1595. 12. Dec. —— Curati Regulares tenentur adesse Benedictioni Fontis Baptismalis in Sabbato sancto, si alii teneantur. *Congregat. Episcop. apud* Gavant *in Manuali*, *verb.* Parochorum munera, *num.*29. 276

1596. 15. Jan. —— Qui duas habet Ecclesias Parochiales, unam in civitate, & alteram extra mænia, debet residere in civitate, provisa tamen Ecclesia extra Urbem, juxta dispositionem concilii Tridentini sess.21. c.4. *Congr. conc. in Aquilana, apud* Ascan. Tamb. *tit.*1. *disp.*14 *q.*1. *n.* 10. 277

1596. 22 Mar. —— In Feria sexta in Parasceve non est deferenda noctu Eucharistia *Congregat Episc. apud* Gavant *in Thesaur. Sacror. Rit. tom. 1. part. 4. tit. 9 num. 26. & in Manuali, verb* Eucharistia, *num. 20.* 278

1596. 13. Maji. —— Non est necessaria Beneficii publicatio, quando provisus non cepit possessionem ex resignatione, sed ex alia vacatione, propter clausulas appositas in litteris, *sive præmisso, sive alio quovis modo vacaverit*, ut fuit dictum a Rota *in Virdunen. canonicatus coram* Pamphilio, *& antea in Tudertina commendæ* 1590. 8 *Jun. coram eod. apud* Ventrigl. *in Prax. rer. notabil t. 2. annot. 4. §. 2. num. 83.* 279

1596. 6. Oct. —— Post signatam supplicationem renunciationis, non debet quis cogi ad residendum, dummodo si Beneficium habet Curam Animarum, remaneat idoneus substitutus. *Congr. Episc. in Aretina, apud* Nicol. *in Lucubr tom 2. lib. 3. tit 4 num. 38.* 280

1596. 4. Dec. —— Presbyteri pro debitis civilibus non cogantur per censuras, nisi in casibus a Jure permissis, puta, cum Bona stabilia eo loci non possident, & sunt de fuga suspecti. *Congr. Episc. in Arianen.* juxta *cap. Odoardus, apud* eund. *ibid. tit. 23. num 3 ubi quod* in criminalibus carcerari debent ex causa levi, puta, ex eo solo, quod non interfuerunt congregationibus, *ex ead. congreg.* 1603. 18. *Mar.* 281

1597 17. Mar. —— Quamvis obtinens capellaniam requirentem Ordinem sacerdotalem teneatur infra annum promoveri, si tamen intra dictum tempus promotus non fuerit, non privatur Beneficio ipso jure, sed per sententiam, & præmissa monitione superioris. *Rota in Tullen. Monasterii S. Mansueti coram* Penia, juxta *cap. 1 de ætat. & qual apud* Antonell. *de regimen. Eccl. episc. lib. 3. cap 5. §. 5. num. 42. ubi tamen ait, quod* si in fundatione dicatur, quod præsentetur sacerdos, 282

seu

ſeu Capellanus, qui Miſſas celebret, tunc non datur annus ad ſuſcipiendum ſacerdotium, ſed requiritur, quod præſentatus de eo tempore ſit actu ſacerdos, quia qualitas juncta verbo, intelligitur ſecundum tempus verbi, *leg. in delictis*, *§. 1. ff. de Noxal. leg. Titius*; Bart *ff. de milit. teſt.* & tenet Rota *in Romana capellaniæ* 1586 19 *Mar. coram* Pamphilio, *ac itidem in Romana etiam capellaniæ de capizucchis* 1563 20 *Nov. coram* Cotta.

1597. 19 Maji. —— Licet Animarum cura ſit communis totius capituli, ad Archipresbyterum tamen uti caput Eccleſiæ, & curatorum ſpectat publicare Monitoria, ac Feſta, legere Matriculam, monere populum, & docere Doctrinam Chriſtianam, ac per conſequens ad ipſum ſolum ſpectant emolumenta, quæ proveniunt ex ſupradictis, niſi uſus habeat, quod dividantur. *Congr. Epiſc. apud* Nicol. *in Floſcul. verb.* Cura Animarum, *num.* 3. 283

1597 10. Sept. —— Proviſus Apoſtolicus mittendus eſt in poſſeſſionem, ſi ei nihil aliud obſtet, niſi Breve Sixti V. ſuper deſcendentia a novis Chriſtianis. *Congr. Epiſc. in Ulixbonen. & antea in Lamacen.* 1596 6. *Aug. apud* eund. *ibid verb.* Beneficium Eccleſiaſticum, *num.* 43. 284

1597. 18. Nov. —— Ad Vicarium potius Foraneum in Diœceſi, non autem ad Archipresbyterum ſpectat dare licentiam operandi in die feſto. *Congreg Epiſc. in Materana*, *apud* eund. *ibid. verb.* Feſtum, *num.* 11 *& refert etiam* Gavant. *in Manuali*, *verb.* Feſti dies, *in addit num.* 1. 285

1598. 9 Mar. —— Societas Mortis non debet impediri, ne ſepeliendis pauperibus ſacerdotem cum ſtola ducat. *Congr. Epiſc. in Cajetana*, *apud* Nicol. *in Floſcul. verb.* Sepultura, *num.* 11. 286

1598 18 Mar. —— Curati Religionis Hieroſolymitanæ tenentur accedere ad Congregationem Caſuum Conſcientiæ. *Congr. concil. apud* Gavant. *in Manuali*, *verb.* Parochor. munera, *n.* 32 287

1598.

1598. 4. Maji. —— Tunc dicitur Beneficium electivum, quando in eo proceditur per electionem, quæ exigit confirmationem superioris: secus autem si ipsa confirmatio non esset necessaria, ut ait Gloss. *in clement. quia contingit*, verbo *electionem*, *de Relig. Domib.* Hæc tamen electio recipit in se restrictionem, nam debet fieri per capitulum Ecclesiæ Cathedralis, seu collegiatæ, non autem per Beneficiatos Ecclesiarum Parochialium: taliter enim electi non egent confirmatione superioris, quia hoc modo dicuntur Beneficia collativa, & talis electio dicitur provisio. *Rota in Vercellen. canonicatus coram* Corduba, *apud* Corrad. *in Prax. disp. Apostolic. lib. 2. cap 6. n. 26.* 288

1598. 17. Maji. —— Non potest dici, satisfecisse canoni Ecclesiæ de pænitent. & Remiss. *Omnis utriusque sexus*, qui a Dominica palmarum per totam Octavam Paschatis extra Parochiam propriam sine sui Parochi licentia communicavit. *Congr. conc. in Brixien. apud* Pascucc. *in compend. ad consult. canonic. Jac. Pignatel. part. 2. tit.* de præcepto Paschali, *pag.* 258. 289

1598. 26. Jun. —— In Locis Hæreticorum, in quibus non fuerit publicatum Decretum concilii Tridentini *de reform. Matrim. cap.* 1 Matrimonium etsi Ritu Hæretico celebratum, validum est. *Congregat. concil. in Bisuntina*, *apud* eund. *ibid. tit.* de Matrimonio, *pag.* 40. *ubi quod* proinde Pastores Catholici poterunt admittere ad Sacramenta alterum conjugem conversum ad Fidem, dummodo vivant in Matrimonio absque contumelia Creatoris. Ubi vero fuerit publicatum prædictum concilii Decretum, & ejus forma non fuerit servata, Matrimonia sunt nulla, & ideo conjux conversus non potest admitti ad sacramenta, nisi prius separetur, cum vivat in assiduo concubinatu. 290

1598. 14. Oct. ——— Licet Archipresbyter teneatur habere coadjutorem, non ideo remanet de obli- 291

obligatus in aliquo circa Curam Animarum: imo ipse principaliter eam exercere tenetur: in specie ministrando Ss. Sacramenta, visitando Infirmos, faciendo Officium super Defunctos, & similia, nisi infirmitate, vel alio legitimo impedimento teneatur. *Congreg. Episc. in Ceneten. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.2. lib.1. tit.24. num.2.*

1598. 14. Oct —— Liceat Hæredi mittere cum Defuncto Candelas, vel Intortitia extincta, donanda Confraternitatibus, dummodo duplum earum deferantur accensæ. *Congregat. Episcopor. in d. Ceneten. apud* eund. *in Floscul. verb.* Sepultura, *num* 22. 292

1598. 11. Dec. —— Archipresbyter potest quidem in executionem Concilii Tridentini sumere informationes super Matrimoniis a Forensibus contrahendis indistincte: & ulterius intelligendo de informatione assumenda extrajudicialiter, & non in figura judicii, nec cum receptione Testium formaliter, cum ista fieri non possint absque jurisdictione, quam Archipresbyter ipse non habet, cum ejus officium sit omnia referre ad Episcopum, nec aliquid contra ejus Decreta ordinare, ut dicit text. *in cap. hic*, ubi expresse Abbas, *num.1. vers. Quaero, an Archipresbyter*: non tamen potest procedere contra quemquam in figura judicii: & facit, quia Archipresbyter non habet jurisdictionem fori contentiosi in Parochianos, sed tantum fori Pænitentialis, ut tenet Petrus de Perus. *in tract. de union Eccles. cap 7. n. 3.* Card. *in Clemen.* 1. *qu.2. &* 7. *de praeben.* ubi etiam Imol *num* 7. hoc notat *apud* Rotam *in Materan. Officii Archipresbyteratus coram* Litta, *relatam* a Nicol. *in Lucubrationib. tom.2. lib.1. tit.24. num* 3. *ex* Barbosa *de Canon. & Dignit. cap.* 6. *num.* 32. *& seqq.* 293

1598. 11. Dec. —— Non potest Archipresbyter inobedientes in ejus officio coercere, nec pœnam eis injungere, cum corrigere, & imponere pæ- 294

E nas

nas absque jurisdictione esse non possit, quam Archipresbyter non habet: licet habeat facultatem eos admonendi, ut munera eis injungenda præstent, & facienda suo loco & tempore faciant, prout decet: in casu vero inobedientiæ habet facultatem referendi omnia ad Episcopum, qui contra eosdem, prout illi visum fuerit expedire, procedet, ut notat Ancharan *in Clemen* 1. *in fine*, & alii Canonistæ *in c.* 1. *&* 2. *de offic. Archipresb.* *apud* Rotam *in d. Materanen. coram* eod. *ibid.*

1598 11. Dec. —— Potest Archipresbyter amicabiliter, & prout decet bonum Religiosum, jurgia inter Sacerdotes & Clericos orta in sua Ecclesia componere, sed non per viam Juris: excitantes autem clamorem, vel discordias seminantes in Choro, vel Sacrario, potest quidem admonere, ut a prædictis desistant, sed non propterea eos punire potest, cum (ut dictum est) jus coercendi, & puniendi præsupponat jurisdictionem fori contentiosi, quam non habere Archipresbyterum ex supradictis liquet, ut prosequitur *Rota in d. Materanen. coram* eod. *ibid.* 295

1598 11. Dec. —— Nec obstat, quod Archipresbyter minora, seu minima per seipsum determinare possit absque eo quod referat ad Episcopum, ut dicit Gloss. *in cap. fin. verb. referre*, *in fine*, *de offic. Archipresb.* cujus dictum sequitur Abbas *in verb. Obliv.* quia intelligi debet de his minoribus, seu minimis, quæ determinare possit absque figura judicii: vel in figura judicii, sed secundum ordinem ipsius Episcopi, ut declaravit Adden. *ad d. Gloss.* & probant dicta verba finalia d text. ibi: *cuncta tamen referant ad Episcopum*, *nec aliquid contra ejus Decreta ordinare præsumant*, prout habet Rota *in d. Materanen coram* eod. *ibid.* 296

1599 28. Apr. —— Curati Religionis Hierosolymitanæ tenentur ad omnes Functiones, ad quas cæteri Curati. *Congregat. Episc. in Cæsenaten.* *& postea in Faventina* 1646. 20. *Maji*, *apud* Nicol. 297

in

in Flofcul. verb. Hierofolymitani, *num.* 9. *& refert etiam* Gavant. *in Manuali, verb.* Parochorum munera, *num.* 31

1599. 8 Jun. —— Si Epifcopus olim refidere folebat in aliquo Diœcefis Oppido, poteft cogere Clerum illius ad fubminiftrandam procurationem, non obftante, quòd in præteritum non folverit. *Congregat. epifc.* & antea fæpius *congr. concil. apud* Fagnan. *in cap Venerabili, de censib. num.* 14. *& feqq* ut refert Nicol. *in Lucubr. tom.* 2. *lib.* 3 *tit* 39. *num.* 8. 298

1599. 1. Oct —— Provifi de Beneficiis Seminario unitis unione effectuanda, cum primum vacaverint, cogi non poffunt ad contributionem Seminarii. *Congregat. concil. apud* Pafcucc. *in comp ad confu t. canonic. Jac. Pignatel. part.* 2. *tit.* de Seminario, *pag.* 387. 299

1599. 10. Nov. —— In eo Altari, fub cujus Bradella jacent humana Corpora Defunctorum, non eft celebranda Miffa, donec alio transferantur. *Congregat. epifc. in Tranen. apud* Barbof *de poteft. Parochi, part* 3. *cap* 26. *num.* 10. & refert etiam Mancin. *in Pract. vifitan. Infirm. in brevi tract de Sepult. dub* 30 ac habet Lantufca *in Theatro Regul. verb.* Altare, *num.* 3. 300

1600 11 Jan. —— Vifitator Apoftolicus poteft edicere, ut qui celebrat Miffam Parochialem in Aurora, recitet vernacula lingua Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, Symbolum, & Præcepta. *Congregat epifcopor. apud* Nicol. *in Flofcul verb.* Doctrina Chriftiana, *num.* 3. 301

1600. 17. Jan. —— Pro Animabus extra Oppidum exiftentibus conftituenda eft nova Parochialis, vel addendus fæcularis Coadjutor, qui de nocte potiffimum extra degat. *Congregat. epifc. & antea* 1581. 8. *Nov. apud* eund. *ibid. verb.* Cura Animarum, *num.* 14. 302

1600. 31. Jan. —— Penfionarius non lucratur red- 303

ditus Pensionis pro tempore, quo fuit excommunicatus, nec tenetur Titularis pro eo tempore eam solvere, & si solveret ignoranter, posset repetere, ut dixit *Rota in Valentina Pensionis coram* Litta, *apud* Antonell. *de regim. Eccl episc. lib.*3. *cap.*15. *num.*2. ex Garz. *de benefic. part.*1. *c.*5. *num.* 132. *& seqq.* ubi subdit, hoc non procedere in Pensione alicui uti laico reservata in stipendium pro servitio temporali.

1600. 9. Nov. —— Non est necessaria Beneficii publicatio in simplici resignatione, seu dimissione facta in manibus Papæ, & in omni alia, quæ non est facta ad favorem, in ejusdem manibus. *Rota in Feltren. Parochialis coram* Lancell. *apud* Ventrigl. *in Prax. rer. notabil. tom.*2. *annot.*4. §.2. *num.*83. 304

1600. 10. Dec —— Milites Regulares Militiæ S. Jacobi, & Spathæ, aliique hujusmodi non emittentes omnia tria vota substantialia, videlicet Paupertatis, Castitatis, & Obedientiæ, sunt capaces Beneficiorum Sæcularium, sive simplicium, sive Curatorum, ac etiam Pensionum: *Congregat. concil. apud* Pascucc *in compend ad consult. canonic. Jac. Pignatel. part.*1. *tit.* de Equitibus, *pag.* 278. 305

1600. 18. Dec. —— Educandis declarantibus se Matrimonium contrahere velle, permitti debet liber exitus a Monasterio. *Congreg. episc. in Bononien. apud* Nicol *in Floscul. verb.* Matrimonium, *num.* 9. 306

1601. 9 Jan. —— Parochorum licet exemptorum examen spectat ad Episcopum. *Congregat. episc. in Acosten. apud* eund. *ibid. verb.* Examen, *num.* 11 *& verb* Parochus, *num* 25. 307

1601. 12. Jan. —— Regulariter non sunt cogendi Canonici ad audiendas Confessiones, nisi habeant Curam Animarum per turnum, vel suæ Præbendæ annexam, & excepto Pænitentiario. *Congregat. Episcopor. in Anconitana, apud* eund. *ibid.* 308

Ibid verb. Canonicus, *num* 28 ¶ Notandum, quod canonici supranumerarii possunt obtinere Parochialem sine dispensatione, & gestare habitum ab ipsis Canonicis gestari solitum, modo resideant in Parochiali, prout decisum refert *in Ferrarien* d. Nicol. *in Lucubrat. tom.2. lib. 3. tit.4. num* 7.

1601. 5. Febr. —— Quoad Defunctorum Officia, & præcedentiam Episcopus cogere debet etiam Regulares ad observandum solitum. *Congregat. Episc. in Potentina*, *apud* eund. *in Flosc. verb.* Sepultura, *num.*16. ¶ Notandum, quod inter Parochos ille præcedere debet, qui prior fuit assumptus ad regimen suæ Parochialis; de jure enim is præcedit, qui in labore est antiquior, instar Militiæ, *l.2 c. de offic. Magistr. l. fin C. de tyron. num.*3. & resolvit *Congreg. Rit. in Maceraten.apud* Pascucc. *in compend. ad consult. canonic. Jac. Pignatel. part.2. tit.* de Præcedentia, *pag.*255. 309

1601. 5. Febr. —— Curato infirmo, vel mente capto datur Coadjutor. *Congreg. episc. in una Spoletana*, *apud eund* Nicol. *in dd. Floscul. verb.* Coadjutor, *num.* 3. 310

1601. 8. Febr. —— Parochus per seipsum, ubi legitime non fuerit impeditus, tenetur baptizare, non obstante contraria consuetudine, ut respondit *Congreg. concil. apud* Monacel. *in Formul. leg. pract. part.2. tit.13. form.1. num.*40. 311

1601. 10. Febr. —— Parochus Regularis degens extra Claustra in Parochiali unita suæ Religioni, si deliquerit, non punitur ab Episcopo *ex cap. sess.*6. prout resolvit *Congreg. concil. apud* Nicol *in Lucubrat. tom.2. lib.1. tit.29. num. 9. vers. Quando vero*: sed bene *ex cap.11. sess.25. de Regular.* 312

1601. 20. Febr. —— Non possunt prohiberi in Parochiali Conciones Quadragesimales, eo titulo, ut frequentior sit Populus in Cathedrali. *Congr. Episc. apud* Gavant. *in Manuali*, *verb.* Concio Sacra, *num.*54. 313

1601. 20. Febr. —— Possunt deferri Cadavera ad Ecclesiam pro beneplacito suorum, non tamen sepeliri, nisi post competens temporis spatium. *Congreg. episc. apud* Lantusca *in Theatro Reg. verb.* Cadavera, *num.* 1. 314

1601 20. Febr. —— Pro exercenda Cura Animarum assignandæ sunt Personæ certæ. *Congregat. episc. in Aliffana, apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Cura Animarum, *num.* 1. ¶ Pro exercitio vero Curæ Capitulo Canonicorum incumbentis hoc potissimum decrevit *ead. Congreg. in una Civitatis Castellana* 1629. 12. *Jan. apud* eund. *ibid. verb.* Capitulum, *num* 15. 315

1601 20. Febr. —— Parochus prohiberi non potest ab Episcopo, ne Campanas pulsare faciat pro Funeribus sine licentia ipsius Episcopi. *Congreg. episc. in d. Aliffana, apud* eund. *ibid. verb.* Parochus, *num.* 13. 316

1601. 2 Apr —— Si Parochus, vel qui tenetur, omittat in die Purificationis Beatissimæ Virginis Mariæ distributionem Candelarum, earum prætium erogari debet in Paramenta, & alia necessaria pro Ecclesia. *Congregat. episc in Nullius Fasanellæ, apud* eund. *ibid. verb.* Candelæ, *num.* 4 317

1601 2. Maji. —— Nullius etiam Loca contribuere debent Seminario, si proprium Seminarium non habent. *Congregat. concil. in Caputaquen. apud* Pascucc. *in compend. ad consult. canonic. Jac. Pignatel. part.* 2. *tit.* de Seminario, *pag.* 387. 318

1601. 2. Maji. —— Contributiones pro Fabrica Ecclesiarum etiam Parochialium procurari potius debent amicabiliter, quam per vim. *Congr. concil. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Contributio, *num.* 2. 319

1601. 22. Maji. —— Sub collectores in eo, quod concernit curam Animarum, & administrationem Sacramentorum, nec servientes sunt exempti ab Ordinarii jurisdictione. *Congregat. episc. in Triventina, apud* eund. *ibid. verb.* Sub collector, *n.* 5. 320

1601.

1601. 22 Maii. —— Cum Sacra Congregatio Concilii censuerit, neque Constitutionem supra positam, & editam 1467. 1. Maii, neque Concilii Tridentini Decretum dispositioni *cap. Terrulas* 12.*q*.2. derogasse, ex Quaranta *in Sum Bul. verb. Alien rer. Eccles. num.* 41. prædictum *cap. Terrulas* intelligendum est de valore scutorum vigintiquinque auri: *Congregat. Episcopor apud* Gav. *in Manuali*, *verb* Alienatio rerum Ecclesiasticarum, *num.* 22. & 24. 321

1601. 25. Maii. —— Excommunicati paulo ante Pascha, non sunt molestandi, si non communicent in Paschate. *Congreg. episcop. apud eund.* Gavant. *ibid verb.* Excommunicatio, *num.* 49. 322

1601. 29. Maii. —— Cura Ecclesiarum unitarum, si sint pingues, exercenda est per Vicarium perpetuum: si vero tenues, per Vicarium amovibilem. *Congregat. Episcopor. in Lucana*, *apud* Nicol*in Flosculverb.* Cura Animarum, *num.* 6. 323

1601. 9. Jun. —— Beneficiatus exul, soluta, vel assecurata mercede Substituti, non amittit reliquos fructus Beneficii. *Congregat. episcopor. in Viterbien. apud* eund. *ibid. verb.* Exilium, *num* 4. 324

1601. 19 Jun. —— Archipresbyter non potest concedere licentiam audiendi Confessiones, nec alloquendi Moniales. *Congregat. episcopor in Aquilana*, *apud* eund. *in Lucubrationib. tom. 2. lib.* 1 *tit.* 24 *num.* 4 325

1601. 6 Aug. —— Non potest profanari Ecclesia diruta, ut ibi fiat Domus pro Curato, sine licentia Sedis Apostolicæ. *Congregat. episcopor. apud* Gavant. *in Manuali*, *verb.* Ecclesia, *num* 20. 326

1601. 6. Aug —— Commendatarius potest visitare Monasterium sibi commendatum in iis, quæ pertinent ad Curam Animarum, & administratione Sacramentorum. *Congregat. episcopor. in Senogallien. seu Nullius*, *apud* Nicol. *in Lucubrationib tom. 2. lib* 3. *tit.* 39 *num.* 8. 327

1601 20. Aug. —— Quo tempore docetur Doctri- 328

na Christiana, Regulares non debent Officia cantare. *Congregat. Episcopor. in Patavina*, *apud* eund. *in Floscul. verb.* Doctrina Christiana, *n.* 8

1601. 20 Aug. —— Parochus debet vocare ad Funus Clericos destinatos ab Hæredibus, non alios. *Congregat. Rit. in Lauden. apud* Barbos. *de potest. Parochi*, *par* 3. *cap* 26. *num* 58 *& refert etiam* Mancin. *in Pract. visitan. Infirm. in brevi tract. de Sepult dub.* 29. 329

1601 20. Aug. —— In Oratoriis Confratrum non est exponenda Oratio quadraginta Horarum sine licentia Episcopi. *Congregat. Episcopor. apud* Gavant. *in Manuali*, *verb* Confraternitates, *n.* 23. ¶ Nisi adsit consuetudo in contrarium. 330

1601 27. Sept —— Commater suscipiens Puerum de manibus Compatris, non contrahit cognationem spiritualem, quia non dicitur eum tenere, vel suscipere de Sacro Fonte. *Congregat. conc apud* Nicol *in Lucubrationib tom.* 1. *lib.* 1. *tit.* 10. de Nuptiis, *num.* 37. *ad IV.* ubi etiam citatur Bonac. *quæst.* 3 *punct* 5 § 2. *num.* 17. *verb.* Certe. 331

1601. 1. Oct. —— Exemptio a Decimis non est concedenda ab Episcopo in præjudicium Curati. *Congregat. Episcopor. apud* eund. *in Floscul. verb.* Episcopus, *num.* 45. 332

1601. 1. Oct. —— Prohiberi non debet Presbyteris Sæcularibus etiam Curatis, ne ludum aperiant. *Congregat Episcopor. in Cæsenaten. apud* eund. *ibid. verb.* Schola, *num.* 2. 333

1601. 5. Oct. —— Non possunt Conservatores suspendere Parochum. *Congregat Episcopor. in Potentina*, *apud* Nicol *in Lucubrationib. tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 29. *num.* 13 *ad* XI. 334

1601. 11. Oct. —— Sacerdoti Missam novam celebranti licet Oblationes accipere, modo non discedat ab Altari. *Congregat. Episcopor. in Januen. apud* Petram *in Commentar. ad constit. Apostolic. tom* 2. *Constitut.* 1 *Anastasii IV. sect.* 2 *num* 60. *pag.* 32. ¶ Notandum primo, quod Oblationes, 335

quæ

quæ fiunt novis Sacerdotibus, dum celebrant primam Missam, non quæruntur Parocho, sed ipsismet Sacerdotibus, ex generali ubique Gentium consuetudine. Calder. *conf.* 15. *tit de Paroch* & Soccin. *libel.* 18 *num* 3 & 16. stante enim consuetudine ex verisimili mente offerentium, res censentur oblatæ contemplatione ipsius Presbyteri, Bartol. *in l. haredes mei*, *§. cum ita*, *ff. de Trebel. apud* Pascucc *in Compend. ad consult. canonic. Jac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Oblationibus Ecclesiasticis, *pag.* 131. ¶ Notandum secundo pro Parochis, quod in loco, in quo extat Consuetudo diebus Dominicis, & majoribus Festis in medio Missæ invitare Populum ad Oblationes, & illas per seipsos Sacerdotes recipere, dando singulis offerentibus Pacem, permittendum esse censuit *Congregat. concil. in Feretrana*, *apud* eund. *ibid.* ¶ Notandum tertio, quod si sit Episcopus, qui Missam celebret, tunc Oblationes sunt ipsius Episcopi, etiamsi celebret in Ecclesia Parochiali, & ei offerantur a Parochiano, Hostien. *in Sum. tit de Paroch. §. in quibus*, & Archidiac. *in can. Omnis Christianus*, *de consecr. dec.* 1. *apud* eund. *ibid.*

1601. 7. Nov. —— Rector etiam Beneficii simplicis contribuere tenetur ad victualia pro Visitatione, licet esset membrum dependens ab Abbatia exempta. *Congregat. Episcopor. in Camplen.* & *antea in Spoletana* 1600. 12 *Dec.* Et etiam Beneficiati Parochialis, prout censuit *ead Congregat. in Policastren* 1597. 17. *Febr. apud* Nicol *in Lucubration. tom.* 2. *lib.* 3. *tit.* 39. *num.* 21. *vers.* VI. amplia. 336

1601. 27. Nov. —— Etiam Parochi Locorum exemptorum examinari debent ab Episcopo, *Congr. Episcopor. in Massanen.*: Et si sint Nullius, ab Episcopo viciniori, *Congregat. Concil. in Urbinaten.* 1610. 13 *Jun.* Qui si Curam exerceant cum sola approbatione sui Prælati, debent suspen- 337

pendi, *ead. Congregat.* 1602 17. *Dec. apud* eund. *in Floscul.verb.* Parochus, *num* 25

1601. 27. Nov. —— Cum Educandis in Monasterio possunt absente sponso contrahi sine licentia Sponsalia de futuro, non vero de præsenti. *Cong. Episcopor. in Januen apud* eund. *ibid. verb.* Matrimonium, *num.* 9. 338

1601. 5. Dec —— OEconomus Beneficii vacantis, cæteris paribus, præferendus est in assecutione illius Beneficii, *Congregation Episcopor. in Marsion. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* OEconomus, *num.* 9. 339

1601. 18. Dec. —— Meliorationes, quas fecerunt Clerici in rebus Beneficii sui, erunt eorum quamdiu vivunt, licet Beneficium amittant, vel dimittant, sed in morte erunt Ecclesiæ. *Congreg. Episcopor in Parmen. apud* eund *ibid. verb* Melioratio. 340

1602 15 Jan. —— Non sunt imponenda ab Episcopo nova Missarum onera Beneficiis, vel Rectoribus, *Congregat. Episcopor. in Tropien. apud* eund. *ibid. verb* Episcopus, *num* 36. 341

1602. 25. Jan. —— Eleemosyna occasione Benedictiionis Nuptialis recipi debet a Parocho, & non ab alio *Congregat. Rituum apud* Gavant. *in Manuali, verb.* Matrimonii celebratio, *in additione, num.* 14. 342

1602 5 Febr. —— Bona Ecclesiæ non incorporata possunt alienari sine solemnitate ad solvendum æs alienum Testatoris *Congregat. Episcopor. in Imolen apud* del Bene *in addit. verb.* Alienatio, *vers.* signanter, *citatum a* Petra *in commentar. ad constitut. Apostolic tom.* 1. *constitut.* 1. *Leonis I. sect.* 4. *num.* 46 *pag.* 102 343

1602. 5. Febr. —— Regulares non tenentur Oleorum consecrationi intervenire nisi habeant Curam Animarum. *Congregat. Episcopor. in Feltren apud* Nicol. *in Lucubrationib. tom* 2. *lib.* 1 *tit.* 15. *num.* 4. *in fine.* 344

1602

1602. 25. Febr. —— Pro Seminario taxa quatuor procentum super Beneficiis approbatur a *congr. Episcop. in Georgentina*: quæ si non sufficiat pro tenendo saltem Magistro Grammaticæ, & cantus Gregoriani cum Domo, & aliis necessariis, debet augeri, *ead. Congregat. in Recatanen. apud* eund *in Floscul. verb.* seminarium, *num.* 3. 345

1602. 5. Mar. —— In concursu sub quovis nomine Parochus admissus, debet esse perpetuus. *Congr. Episc in Sarzanen.apud* eund. *ib.verb.* Parochus, *n* 7. 346

1602 8. Mar. —— Virgo data in Matrimonium Viro, qui aliam habuit Uxorem, potest benedici, si ita vigeat consuetudo. *Congregat. Episcop apud* Gavant. *in Manuali*, *verb* Matrimonii celebratio, *num.* 49. 347

1602. 12. Mar. —— Altaria demolienda non debent esse Jurispatronatus, neque habere onera Missarum. *Congregat. Episcopor. in Antuerpien. apud* Nicol *in Floscul. verb.* Altare, *num.* 8. 348

1602 13. Mar. —— Consensus Apostolicus in alienatione Bonorum Ecclesiasticorum non censetur intervenisse ex lapsu minoris temporis, quam triginta annorum. *Rota in Nullius coram* Ludovisio, *apud* eund. *ibid verb.* Bona, *num* 2. 349

1602. 17. Mar. —— Quando qui Curam habent Animarum, per se prædicare vel nolunt, vel nequeunt, nec circa faciendas expensas adest aliqua consuetudo, puta quia antea non consueverant Concionatores habere, vel prædicaverunt Parochi, tunc consuetudine cessante, dare Prædicatoribus eleemosynam in Parochialibus spectat ad Parochos. *Congregat. Episcopor. in Faventina*, *apud* Nicol. *in Lucubrationib. tom.* 2 *lib.* 1. *tit.* 31. *num* 6. *vers* Amplia V. 350

1602. 5. Apr. —— Possunt Regulares juberi ab Ordinariis, ne sæcularium Confessiones audiant, antequam Locorum Parochis Patentes suæ approbationis ostenderint. *Congregat. Episcopor. apud* eund. *ibid lib.* 5. *tit.* 38. *num.* 11. 351

1602.

1602. 17 Apr. —— Parochus, qui renunciavit per metum cadentem in constantem virum, si re adhuc integra cesset causa metus, est restituendus. *Congregat. episcopor. in Alben. apud* Nicol. *in Flosecul verb* Parochus, *num.* 40. 352

1602. 17. Apr. —— Non est impedienda Devotio ad Imagines Sanctas. *Congregat. episcopor. in Savonen. apud* eund. *ibid verb* Devotio, *num.* 2. ¶ Hoc postea decrevit eadem Congregatio *in Taurinen.* 1620 30. *Jun. apud* eund *ibid. verb.* Imago, *n.* 4. ¶ Notandum, quod Imago, sive picta, sive sculpta Christi, vel Sanctorum potest benedici etiam a Parocho, ut habet Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic. Jac. Pignatel par.* 2 *tit.* de Ritibus, *pag.* 375. 353

1602. 23. Apr. —— Impetratio Parochialis sub nomine Beneficii simplicis est nulla. *Congregat. episcopor. in Mariana*: unde debet præfigi terminus ad obtinendam novam collationem, alioquin Ecclesia illa declaretur vacans, *ead. Congregat. in Interamnen.* 1619 12 *Mar apud* eund. *ibid. verb.* Parochus, *num.* 4. 354

1602 26. Apr. —— Sacrum Concilium Tridentinum *cap.* 8. *&c.* non prohibet transferri Pensiones super Beneficiis Seminario unitis. *Congr. Conc. in Æsina, apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic. Jac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Seminario, *pag.* 389. 355

1602. 8 Maii. —— Parochus Ruralis non habetur pro residente, si in Civitate habitet, Dominicis tantum, & Festivis diebus accedens ad Ecclesiam suam, licet non distet amplius, quam tribus, aut quatuor passuum milibus. *Congreg. episcopor. in Vulterrana, apud* Nicol. *in Lucubrat. tom* 2. *lib.* 3 *tit.* 4 *num* 12. 356

1602. 8. Maii. —— Licentia celebrandi Matrimonium Domi, existente justa causa, concedenda est ab Episcopo, alias ad Ecclesiam eos accedere æquum est. *Congregat. episcopor. in Sarzanen &* 357

an-

antea in Sutrina 1580. 31. *Maii*, *ac in Fulginaten.* 1586. 6. *Jun apud* eund *ibid. tom.* 1. *lib* 1. *tit* 10. de Nuptiis, *num* 60 *in fine*

1602. 18 Maii. —— Delationes Processionales Sanctissimi Sacramenti fiant ab Archipresbytero, sive Curato; vel a prima Dignitate. *Congr episcopor. apud* Nicol. *in Floscul. verbor.* Eucharistia, *num.* 26. 358

1602 31. Maii. —— Quando erigitur nova Ecclesia de fructibus antiquæ ad præscriptum. *c. ad audientiam*, *de Eccles adific.* novus Parochus recognoscere, ac reverentiam exhibere debet Plebano *Congregat. episcopor. in Sarzanen. apud* eund *ibid. verb.* Parochus, *num.* 2. & *in Lucubration. tom.* 2. *lib.* 3. *tit.* 4 *num.* 11. 359

1602. 31. Maii. —— Parochus non potest abesse sub prætextu, quod velit renunciare. *Congreg. episcopor. in Ripatransf apud* Nicol. *in Floscul verb.* itid. Parochus, *num.* 31. 360

1602. 4. Jun —— Renunciari non potest Parochialis annexa Canonicatui, retento Canonicatu. *Congregat episcopor in Nolana*, *apud* eund *ibid. num* 39. 361

1602 10. Jun. —— Parochus non est cogendus ab Episcopo, ut subministret necessaria Presbyteris volentibus celebrare in Parochiali. *Congreg. Rit. apud* Gavant *in Manuali*, *verb* Parochorum munera, *in addit. num.* 6 & habent etiam Barbosa *de potest Parochi*, *par.* 1. *cap* 11 *num.* 52. ac Monacel *in Formular. leg pract. part* 1 *tit.* 10. *form.* 18 *n.* 6. ubi nova Decisio edita *ab ead Congregat.* 1698. 31. *Maii*, ac recentior a *Congr. episcopor. in Montis alti* 1699. 15. *Maii*. 362

1602. 4. Jul. —— Matrimonium contrahi potest valide non solum coram Sacerdote habente facultatem a Vicario Generali, sed coram Vicario Generali met, perinde ac coram Parocho. *Congr. Concil. apud* d. Monacel. *par.* 2. *tit.* 16. *form* 2. *n* 34. juxta Sanchez *de Matrim. disput.* 29 *num.* 18. *lib* 3. 363

1602.

1602. 18 Jul. —— Ad validitatem Permutationis requiritur, quod Permutantes, aut aliquis eorum non sit ordinatus ad titulum Beneficii permutati, nam tunc non valet permutatio, nisi facta mentione hujus tituli. *Congregat. concil. apud* Ventrigl. *in Prax.rer.notabil.tom.2 annotat.4. §.2. num.* 45. 364

1602. 23. Jul. —— Non potest Parochus prohibere Personis infamibus, seu Meretricibus auditionem Missæ, aut Divinorum Officiorum *Congr. Episcopor. apud* Gavant. *in Manuali. verb* Personæ infames, *num.* 7. 365

1602 20. Aug. —— Parochus, seclusa Episcopi reservatione, potest dare simplici Sacerdoti licentiam administrandi Sacramenta, excepto Pænitentiæ, neque sine causa prohibendus est ab Episcopo *Congregat. Episcopor. in Castellanet. apud* eund. *ibid.verb.* Parochorum munera *num.* 4. & 5. & *referunt etiam* Barbosa *de potest. Parochi, par* 2. *cap.* 17. *num.* 37 & Victorell. *ad Possevin. de Offic. Curati, cap.* 8 *appendic* 3. *verb.* Simplex Sacerdos. 366

1602. 20. Aug.—— Privatio Beneficii non potest imponi ab Ordinario ex eo, quod quis non expedivit Bullas infra mensem. *Congregat Episcop in d. Castellaneten apud* Nicol. *in Floscul verb* Privatio, *num* 2. 367

1602. 1. Oct. —— Si fides Approbationis fuisset Parocho minus canonice concessa, tunc ad examen iterum vocatur sub pæna privationis *Congr. Episcopor. in Ternen. apud* eund. *ibid. verb.* Parochus, *num* 23. 368

1602. 7. Oct. —— Prohibetur alienari Domus Parochorum, & alia prædia Ecclesiæ vicina, præsertim in Rectorum Consanguineos, vel Affines ex copula licita inter gradus prohibitos in materia Matrimonii. *Congregat. Episcopor. in Parmen. apud* Nicol *in Lucubrationib. tom.* 1. *lib.* 2. *tit.* 1. *n.* 20. *in fine.* 369

1602.

1602. 16. Oct. —— Cadavera alicubi deposita ad tempus, tranferri possunt ad proprium Sepulchrum absque alia licentia: secus vero, si tradita fuerint perpetuæ sepulturæ *Congregat. Episcopor. in Sagonen.* juxta Rituale Romanum *apud* eund. *in Floscul. verb* Cadavera, *num.2. & refert etiam* Lantusca *in Theatro Regular. sub eod. verb. num. itid. 2.* 370

1602. 25. Oct. —— Confraternitati prohiberi non potest, ne fabricet suum Oratorium sub prætextu, quod sit nimis amplum, sine tamen præjudicio jurium Parochialium, *Congregat. Episcopor. in Nullius*, *apud eund.* Nicol. *in dd. Flosculi. verb.* Oratorium, *num. 1.* 371

1602. 26. Nov. —— Episcopus in Ecclesiis exemptis sese non debet in aliud ingerere, nisi in approbandis Sacerdotibus ad Curam Animarum. *Congregat. Episcopor in Massanen.*, *apud* eund *ibid. verb.* Episcopus, *num. 53.* 372

1602. 26. Nov —— Dum Parochiales sunt tenues, paucarum Animarum, & sine Domo; tunc Parochus habitare poterit in Oppido, donec Domus in Parochia construatur. *Congreg. Episcopor. in una Castelli - Durantis, & antea in Ariminen.* 1579. 28. *Apr. apud* eund. *in Lucubrationib. tom. 2. lib. 3 tit. 4. num. 12.* 373

1602. 3. Dec. —— Vicarius Foraneus non potest licentias concedere alloquendi Moniales, vel earum Monasteria ingrediendi sine facultate speciali. *Congregat. Episcopor. in Pistorien. apud* Nicol. *in Flosc ul. verb* Clausura, *num. 18.* 374

1602. 10. Dec. —— Possunt ab Episcopo visitari Parochiæ subjectæ Commendatoribus, nec ab ipsis valet Episcopus allegari suspectus. *Congr episcopor. in Portugallien. apud* eund *ibid. verb.* Episcopus, *num 56.* 375

1602. 17. Dec —— Parochus Nullius, qui Curam exercet cum sola Approbatione sui Prælati, est suspendendus. *Congr. episcopor. in Reatina apud*, eund. 376

eund *ibidem*, *verb.* Parochus, *numer* 25.

1603. 7. Jan. —— In Sepultura Monialium nullum jus competit Parocho, sed tantum earum Confessario *Congr. Episcop. apud* Gavant. *in Manuali*, *verb* Monialium cura spiritualis, *n.* 31 & egomet retuli in mea Collectione de Confessariis utriusque Cleri, *sub numer. margin.* 523. *pagin.* 164. *juxta tertiam editionem Paternam de Anno* 1715. 377

1603. 7. Jan. —— Qui expedierunt dispensationem Matrimonialem simpliciter sine expressione copulæ, si ante litterarum præsentationem, ac dispensationis impetrationem, sive executionem contrahant, & consummant Matrimonium, seu aliter se carnaliter cognoscunt, nova indigent dispensatione *Congr Episcopor. in Cajetana*, & *antea in Savonen.* 1580. 8. *Apud* Nicol. *in Lucubrationib. tom.* 1. *lib.* 1. *tit* 10. de Nuptiis, *n.* 78. 378

1603. 14 Jan. —— Si reparanda est Ecclesia, primo loco debent expendi redditus pro Fabrica assignati, antequam compellantur particulares *Congr. Episcop. in Aquilana apud* eund *ibid. tom.* 2. *lib* 3. *tit.* 48 *num.* 2. *ubi quod* si Ecclesia redditus proprios pro Fabrica non habet, tenentur Rectores, & Beneficiati pro rata reddituum, *ex ead Congr. in Firmana* 1618. 25 *Maii*, & *in Neapolitana* 1604. 1. *Jun. ac in Senogalliensi* 1598. 19. *Aug.* 379

1603 19 Jan. —— Quando fit unio Beneficiorum non comprehenduntur Beneficia Jurispatronatus, præsertim laicalis *Congr. episcopor. in una Civitatis Ducalis*, *apud* eund *ibid. d. tom.* 2. *lib* 3. *tit.* 38. *num.* 1 *in fine*. 380

1603. 19. —— Generaliter esse Parochum, & Vicarium Generalem Episcopi, sunt officia male compatibilia in eadem Persona *Congr. Episcopor.* in *Massanen. apud* Nicol *in Floscul. verb.* Vicarius Generalis, *num.* 37. 381

1603. 25. Febr. —— Confraternitates Laicorum non tenentur contribuere Seminario. *Congr. episcop. in* 382

in Georgentina, *apud* eund. *ibid. verb.* Confraternitas, *num.* 5.

1603. 13. Mar. —— Ecclesiæ Regularium habent omnes ex privilegio jus Sepulturæ, licet non sint Conventus formati, *Congr. Episcopor. in Mediol* etsi sint nuper erectæ, *ead. congr.* 1593 17. *Nov* Dummodo tali juri, sive privilegio non fuerit renunciatum, prout renunciare possunt omnes Ecclesiæ, quæ non sunt Parochiales, juxta *c. 1. de pactis*, *in 6. apud* Nicol. *in Lucubrationib. tom.* 1. *lib.* 4. *tit.* de Interdictis, *num.* 20. 383

1603. 18. Mar. —— Si Decimæ nullæ, vel exiguæ solvantur, debent Parochiani, qui percipiunt Sacramenta, Congruam subministrare, vel supplere. *Congr. Episcopor. in una Interamnen.* & *antea sæpe*, *apud* Pascucc. *in Compend. ad cons. can. Jac. Pignatel. par.* 1 *tit.* de Congrua, *pag.* 204 *ubi quod* Congrua debetur de Decimis, quæ tam Jure Divino, quam positivo speciatim destinatæ sunt ad usum Rectoris sustinentis Curam Animarum, *cap. cum contingat*, *cap. cum in tua*, *cap. Parochianos*, *de Decimis*, *can revertimini* 16 *q.* 1. *can. omnes decimæ* 16. *quæst.* 7. & *cap. fin de Paroch.* & hoc procedit etiamsi ex privilegio Apostolico Decimæ percipiantur ab aliis, quia intelligitur cum onere, ut Congrua remaneat Rectori. 384

1603. 8. Apr. —— Approbatio Prædicatorum spectat ad Episcopum, licet electio spectaret ad alios. *Congregat. Episcopor. apud* Nicol. *in Floscul. verb* Prædicator, *num.* 15. 385

1603. 8 Apr. —— Nihil accipiendum ab Episcopo pro beneficiorum provisione. *Congregat. Episcopor. in Campanien. apud* eund. *ibid. verb.* Episcopus, *num.* 71. 386

1603. 13. Maii. —— Abusus antiqui in Processionibus tollendi sunt cum magna cautela, ne majora scandala sequantur. *Congr. episcopor. in Nucerina Paganor.*, *apud* eund. *ibid. verb.* Processio, *n* 11. 387

1603. 23. Maii. —— In Dominicis, & Festis 388

F con-

conceditur Missa solemnis pro Defunctis, insepulto, & in Ecclesia præsente Corpore. *Congregat. Rit apud* Barbos. *de potest Parochi, par.* 1. *cap.* 11. *numer* 25 & refert etiam Gavant. *in Manuali; verb.* Missa, *num* 27.

1603. 23 Maii. —— Cineres distribuendi in Feria quarta post Dominicam Quinquagesimæ debent esse aridi, non vero in modum luti. *Congregat. Rit apud eund.* Gavant *in Thesaur. Sacror Rit. tom.* 1. *par.* 4. *tit.* 6. *littera a.* 389

1603. 10. Jun. —— Parochus non est prohibendus ab Episcopo, ne celebret Officium Mortuorum sine interventu Vicarii Foranei. *Congregat Episcopor. in Cremen. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Parochus, *num* 13. 390

1603. 25. Jun. —— Parochus, qui diu Parochiam possedit, non est compellendus ad ostendendum, se fuisse examinatum ad præscriptum Concilii. *Congregat. Concilii in Vintimillien. apud* eund. *ibid num.* 24. 391

1603. 15. Jul. —— Delegatus ad deputandum Capellanum, seu Parochum in loco exempto, non potest alterare solitum salarii. *Congreg. Episc. in una Nullius, apud* eund. *ibid verb.* Delegatus, *num* 2. 392

1603. 23. Jul. —— Non præbet sufficientem causam erectionis novæ Parochialis Inventio novæ Imaginis etiam miraculosæ, quæ debet transferri ad aliquam Ecclesiam commodiorem, nisi erigere novam Ecclesiam a fundamentis cederet in majorem satisfactionem Populi. *Congregat Concil. in Feretrana, apud* Pascucc. *in Compend. ad consult. Canonic. Jac. Pignatel. par.* 2. *tit de* Parocho, *pag.* 203. 393

1603. 23. Jul. —— Turcæ, aut Mancipia ne permittantur in Ecclesiis tempore Divinorum Officiorum. *Congregat. Episcopor. apud* Gavant. *in Manuali, verb.* Ecclesiarum reverentia, *num.* 23. 394

1603. 27. Aug. —— Nulla Procurationis necessitas occurrit, quando Episcopus visitat in Civitate, 395

te, vel loco, ubi residere vel tenetur, vel solet. *Congregat. Episcopor. & antea* 1595. 15. *Nov* & 1592. 26 *Maii*, *ac* 1590 16 *Jun. apud* Nicol. *in Lucubrationib tom.2.lib.3.tit.* 39.*num.* 21.

1603. 2. Sept —— Ex redditibus Parochiarum, quæ apud Indos *Doctrinæ* vocantur, fit contributio Seminario, deducta congrua Parochorum sustentatione. *Congreg concil.coram Clemente VIII. apud* eund. *ibid lib.* 5 *tit.* 5 *num.*5. *ad* IX. & *refert etiam* Pascucc. *in Compend ad consult. canonic. Iac: Pignatel.par.2.tit.*de Seminario, *pag* 386. 396

1603. 27. Oct. —— Non sunt magis gravanda Beneficia simplicia, quam Curata ad Contribuendum Seminario. *Congregat. episcopor. in Tropien. apud* eund. Pascucc *ibid. pag.* 387. 397

1603. 27. Oct. —— Parochi non possunt prætendere majorem eleemosynam pro sepultis in Ecclesiis Regularium, quam in propriis, vel aliorum Clericorum. *Congreg. episcopor. in una Observantium, apud* Nicol. *in Floscul verb.* Parochus, *n.*16. 398

1603. 27. Oct. —— Nullus Regularis absque dispensatione Papæ potest obtinere Sæculare Beneficium, licet Curatum. *Congregat Episcopor. in Taurinen. apud* eund. *ibid. verb.* Regularis, *num.* 24. 399

1603. 14. Nov. —— Prohibitio innovandi contra Parochum non impedit, quod non teneatur ostendere Bullas Beneficii, vel litteras testimoniales Ordinum, & obedire ordinationibus generalibus. *Congregat.episcopor.in una Montis alti, apud* eund.*ibid.* 400

1603. 14. Nov. —— Curatus Cathedralis, nisi eligatur a Capitulo intra octo dies, deputandus est ab Episcopo. *Congregat. Episcopor. in Assisien. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Cura Animarum, *num.* 2. 401

1603. 18. Nov. —— Non potest prohiberi sub pæna suspensionis ipso facto incurrenda, ne in Jejuniis Quadragesimalibus cantentur Vesperæ post 402

prandium. *Congregat. Episcopor. in Cremen. apud* eund. *ibid. verb.* Vesperæ.

1603. 20. Nov —— Parochus locum habet in funeribus a Canonicis sine propria Cruce, & sine consensu Capituli incedentibus. *Congr. Rit. in Sutrina apud* Gavant. *in Manuali, verb.* Præcedentia, *in addit. num.* 10. *& refert etiam* Barbosa *de Canonic. & Dignitatib. cap.* 18 *num.* 63. ¶ Notandum, quod si in Funeribus adsit Episcopus cum Capitulo, Parochus venit solum uti simplex Sacerdos; & unus de Clero, nec potest deferre Stolam, prout tenet Pignatell. *tom.* 3. *consult.* 48. *in principio*, ex Gratiano. 403

1603. 21. Nov. —— Si Beneficiatus fecit melioramenta, & nullos percepit fructus, Successor adstringi debet ad dandum aliquid hæredibus pro rata fructuum, sicuti etiam Dataria solet Annatam restituere hæredibus Beneficiati, qui nullos fructus percepit. *Congregat episcopor. in Camerinen. apud* Nicol *in Lucubrationib. tom.* 2. *lib.* 3. *tit.* 5. *num* 34. 404

1603. 15. Dec. —— Non censetur negotiatio illicita mittere ad vendendum frumentum, vinum, oleum, & similia collecta in proprio Patrimonio, vel Beneficio. *Congregat: episcopor. in Melphitana., apud* Pascucc. *in compend. ad consult canonic. Jac. Pignatel. par* 1. *tit.* de Immunitate Ecclesiastica, *pag.* 376. ¶ Sciendum, quod Clerici possunt animi causa scribere Libros, illosque etiam vendere, prout resolvit *ead. congr. in Tarvisina, & in Palien. anno* 1616. & facit *cap. nunquam* 33. *de consecr. dist.* 5. *ac Clem. VIII. Constitut.* 72 *apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Clericus, *num.* 8. 405

1603. 15 Dec. —— Parochus secundum consuetudinem universalem tenetur in die Purificationis Beatissimæ Virginis Mariæ distribuere Candelas suis Parochianis. *Congregat Episcopor & antea in Militen.* 1597. 10. *Mar. ac in Bisignanen.* 1593 27. *Oct.* 406

27. *Oct. apud eund.* Nicol. *in dd. Floscul. verb.* Candelæ, *num.* 3

1603. 20. Dec. —— Vicarius Foraneus sedeat primus in illis, quas ipse facit, Congregationibus *Congregat. Rit. apud* Gavant. *in Manuali, verb.* Vicarius Foraneus, *num.* 6. 407

1603. 23. Dec. —— Missam diebus Dominicis, & Festivis de præcepto celebrare tenetur Parochus, etiam in Parochiis unitis: & si non potest habere Capellanum, alternatim. *Congregat. episcopor. in una Nullius, apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Parochus, *num.* 34. 408

1604. 12. Jan. —— Neque Fratribus Mendicantibus, neque non Mendicantibus, neque quibusvis quorumcunque Ordinum Regularibus licet, etiam specialis alicujus consuetudinis prætextu, Parochias cum Cruce, aut alias ad efferenda, & levanda Defunctorum Funera intrare, nisi vocato, & expectato Defuncti Parocho, eoque ibidem præsente, si tamen ipse aliter fieri non consentiat, vel nisi requisitus, venire expresse recuset, firmis remanentibus, quæ super Quarta Funerum, canonica portione, aliisque juribus ad Sepulturam pertinentibus hactenus sancita sunt, vel quæ alias ex particulari consuetudine, vel alio jure observantur. *Congr. episcopor. apud* Quaranta *in Sum. Bullar. verb.* Privilegia Regularium, *pag. mihi* 405. *& referunt etiam* Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Exequiæ, *numer.* 5. *ac* Pascucc. *in compend. ad consult. canonic. Jac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Funeribus, *pagin.* 305. 409

1604. 12. Jan. —— Cum ex *cap.* 5. *ad decorem*, quilibet Clericus litteratus, & alias idoneus, possit ubique obtinere Beneficium, licet non sit Originarius ejus Loci, vel Diæcesis, aut Provinciæ, ubi Beneficium situm est, tenetur tamen, antequam vadat ad residentiam ab Episcopo proprio licentiam petere, quam ipse de- 410

negare non potest. *Congr. Episcopor. in Ferrarien. apud* Nicol. *in Lucubrationib. tom. 2. lib. 3 tit. 7 num. 1. & 2.* ¶ Sciendum; quod licet illiterati sint Ministri, non tamen fructuosi esse possunt, sed potius perniciosi; ut habetur *in Concil. Tolet. 4. cap 25.* ideoque Ignorantia Mater cunctorum Errorum maxime in Sacerdotibus Dei vitanda est, qui docendi officium in Populis susceperunt, & refertur *in cap. ignorantia, dist 38.* quod si in Laicis vix tolerabilis videtur Inscitia; quanto magis in iis; qui præsunt; nec excusatione digna est; nec venia, *cap. si in Laicis; ead. dist.*

1604. 16. Jan. —— OEconomus constitutus ab Episcopo in Ecclesiis vacantibus; non est impediendus ab illis, qui prætendunt Juspatronatum in eis. *Congr. episcopor. in Massana; apud* eund. *in Floscul. verb.* OEconomus; *num* 10 411

1604. 16 Jan. —— Altaria de Jurepatronatus sine dote, Paramentis, & aliis necessariis, statuto brevi tempore dotentur, ornenturque a Patronis, alioquin jure suo priventur; & ea demoliantu. *Congr. episcopor. apud* Gavant *in Manuali, verb* Altare, *in additione, num.* 1. 412

1604. 10. Febr —— Quando Patroni Parochialis sunt in quasi possessione nominandi Prædicatores, turbari non debent. *Congr. episcopor. in Ferrarien. apud* Nicol *in Lucubrationib. tom. 2 lib. 1. tit 31. num 6 vers.* Unde. 413

1604. 10. Febr. —— Arma ejus, qui Capellam ornavit, non sunt amovenda, prout resolvit *Congr. episcopor. in Ananien. apud* eund. *in Floscul. verb.* Insignia, *num 2 ubi consequenter quod* Arma ejus, qui nihil contulit, vel cui fuit erogata pecunia restituta, debent amoveri; *ex ead. congr. in Amalphitana. 60. 15. Oct.* 414

1604. 16 Mar. —— Potest Parochus in eodem loco ludum aperire, & multo magis deputari Magister Seminarii; præsertim si Parochia est tenuis; 415

nuis. *Congr. episcopor. in Navarrien. & antea in Cæsenaten.* 1601 1. *Oct. apud* eund. *in Lucubrationib. tom. 2. lib* 3 *tit.* 4. *num.* 13

1604. 23. Mar. —— Illa Beneficia, quæ ob tenuitatem Decimis Papalibus non contribuunt, neque Seminario contribuere tenentur. *Congregat. concil. & antea* 1602 21. *Mar. apud* Pascucc. *in compend. ad consult. canon Jac Pignatel. par.* 2. *tit.* de Seminario, *pag.* 388. 416

1604. 31. Mar. —— Consuetudo Urbis, etiam alibi merito servata est, quod Matrimonio assistat Parochus Mulieris: & Parochus Viri transmittat fidem continentem, fuisse habitas Denunciationes, nullumque detectum canonicum impedimentum. *Congregat. Episcopor. in Beneventana, & antea in Theanen.* 1602 12. *Mar. apud* Nicol. *in Lucubrationib. tom.* 1 *lib* 1. *tit.* 10 de Nuptiis, *num.* 60. *vers* Consuetudo. 417

1604 31. Mar. —— Cuilibet Parocho præsertim seni permittendus est Coadjutor, modo ipse quoque resideat: nec Ordinarius in approbandis hujusmodi Coadjutoribus admodum difficilem se exhibeat. *Congr. Episcopor. in Torton. apud* eund *in Floscul. verb* Coadjutor, *num.* 5. 418

1604. 1. Jun —— Ecclesia Jurispatronatus erigi non potest in Parochialem sine consensu Patronorum, *Congregat. Episcopor. in Mantuana, apud* eund. *ibid. verb.* Parochus, *num* 1 419

1604. 1 Jun. —— Non sunt exhumanda Cadavera pro capienda informatione, absque licentia Sacræ *Congregat Episcopor. in Sutrina, apud* eund. *ibid. verb.* Cadavera *numer.* 3. *& refert etiam* Lantusca *in Theatro Regular. sub eod. verb num itid.* 3. 420

1604. 27. Jul. —— Si Matrimonium contractum fuit cum debitis Denunciationibus, & postea detegatur impedimentum dirimens, Sponsi non sunt puniendi, sed separandi, donec obtineatur dispensatio. *Congr. Episcopor apud* Nicol. *in* 421

negare non potest. *Congr. Episcopor. in Ferrarien. apud* Nicol. *in Lucubrationib. tom. 2. lib. 3 tit. 7 num. 1. & 2.* ¶ Sciendum, quod licet illiterati sint Ministri, non tamen fructuosi esse possunt, sed potius perniciosi, ut habetur *in Concil. Tolet. 4. cap* 25. ideoque Ignorantia Mater cunctorum Errorum maxime in Sacerdotibus Dei vitanda est, qui docendi officium in Populis susceperunt, & refertur *in cap. ignorantia, dist* 38. quod si in Laicis vix tolerabilis videtur Inscitia; quanto magis in iis, qui præsunt, nec excusatione digna est, nec venia, *cap. si in Laicis; ead. dist.*

1604. 16. Jan. —— OEconomus constitutus ab Episcopo in Ecclesiis vacantibus, non est impediendus ab illis, qui prætendunt Juspatronatum in eis. *Congr. episcopor. in Massana, apud* eund. *in Floscul. verb.* OEconomus, *num* 10 411

1604. 16 Jan. —— Altaria de Jurepatronatus sine dote, Paramentis, & aliis necessariis, statuto brevi tempore dotentur, ornenturque a Patronis, alioquin jure suo priventur, & ea demoliantu. *Congr. episcopor. apud* Gavant *in Manuali, verb* Altare, *in additione, num.* 1. 412

1604. 10. Febr —— Quando Patroni Parochialis sunt in quasi possessione nominandi Prædicatores, turbari non debent. *Congr. episcopor. in Ferrarien. apud* Nicol *in Lucubrationib. tom. 2 lib. 1. tit* 31. *num* 6 *vers.* Unde. 413

1604. 10. Febr. —— Arma ejus, qui Capellam ornavit, non sunt amovenda, prout resolvit *Congr. episcopor. in Ananien. apud* eund. *in Floscul. verb.* Insignia, *num* 2 *ubi consequenter quod* Arma ejus, qui nihil contulit, vel cui fuit erogata pecunia restituta, debent amoveri; *ex ead. congr. in Amalphitana* 60. 15. *Oct.* 414

1604. 16 Mar. —— Potest Parochus in eodem loco ludum aperire, & multo magis deputari Magister Seminarii, præsertim si Parochia est tenuis;

nuis. *Congr. episcopor. in Navarrien. & antea in Cesenaten.* 1601 1. *Oct. apud* eund. *in Lucubrationib. tom. 2. lib 3 tit. 4. num.* 13

1604. 23. Mar. —— Illa Beneficia, quæ ob tenuitatem Decimis Papalibus non contribuunt, neque Seminario contribuere tenentur. *Congregat. concil. & antea* 1602 21. *Mar. apud* Pascucc. *in compend. ad consult. canon Jac Pignatel. par. 2. tit.* de Seminario, *pag.* 388. 416

1604. 31. Mar. —— Consuetudo Urbis, etiam alibi merito servata est, quod Matrimonio assistat Parochus Mulieris: & Parochus Viri transmittat fidem continentem, fuisse habitas Denunciationes, nullumque detectum canonicum impedimentum. *Congregat. Episcopor. in Beneventana, & antea in Theanen.* 1602 12. *Mar. apud* Nicol. *in Lucubrationib. tom. 1 lib 1. tit.* 10 de Nuptiis, *num.* 60. *vers* Consuetudo. 417

1604 31. Mar. —— Cuilibet Parocho præsertim seni permittendus est Coadjutor, modo ipse quoque resideat: nec Ordinarius in approbandis hujusmodi Coadjutoribus admodum difficilem se exhibeat. *Congr. Episcopor. in Torton. apud* eund *in Floscul. verb* Coadjutor, *num.* 5. 418

1604. 1. Jun —— Ecclesia Jurispatronatus erigi non potest in Parochialem sine consensu Patronorum, *Congregat. Episcopor. in Mantuana, apud* eund. *ibid. verb.* Parochus, *num* 1 419

1604. 1 Jun. —— Non sunt exhumanda Cadavera pro capienda informatione, absque licentia Sacræ *Congregat Episcopor. in Sutrina, apud* eund. *ibid. verb.* Cadavera *numer.* 3. *& refert etiam* Lantusca *in Theatro Regular. sub eod. verb num itid.* 3. 420

1604. 27. Jul. —— Si Matrimonium contractum fuit cum debitis Denunciationibus, & postea detegatur impedimentum dirimens, Sponsi non sunt puniendi, sed separandi, donec obtineatur dispensatio. *Congr. Episcopor apud* Nicol. *in* 421

Lucubrat. tom. 1. *lib.* 1. *tit.* 10. de Nuptiis, *num* 64. *in fine*.

1604. 27. Jul. —— Beneficiis liberis, vel de Jurepatronatus imponi non potest ab Ordinario, ut doceant in aliqua Schola, vel Universitate. *Congreg. Episc. in Lauden. apud* eund. *in Flo∫cul. verb.* Beneficium Ecclesiasticum, *num* 48. 422

1604. 27. Jul. —— Curati Religionis Hierosolymitanæ non tenentur ad Subsidium Charitativum, vel Cathedraticum, vel contributionem Seminarii, vel ad procurationem pro Visitatione; nisi in concessione Ecclesiæ sibi eam Ordinarius reservasset *Congreg. concil. in Elnen. apud* eund *ibid. verb.* Hierosolymitani, *num.* 9 423

1604. 17. Sept. —— Non debet Ordinarius sine causa valde gravi, & relevanti auferre a propriis Curatis celebrationem Baptismorum, ac Matrimoniorum, eaque ipse ministrare, vel aliis delegare. *Congr. episc. in Neapolitana, apud* Nicol. *in Flo∫cul. verb.* Parochus, *num.* 27. 424

1604. 5. Oct —— Mortuus casualiter extra Parochiam, etiam extra Diæcesim, deferri potest ad suam Parochiam sepeliendus. *Congregag. episc. in Cajetana, apud* eund. *in Lucubrat. tom.* 1 *lib.* 4 *tit.* de Interdictis, *num.* 18. 425

1604. 26. Oct. —— Titulus antiquus Ecclesiæ mutari non potest a Confraternitate. *Congreg. episc. apud* Nicol *in Flo∫cul. verb.* Titulus, *num.* 1. 42

1604 26. Oct —— Cura Parochialis tenuis, dum Rector est inhabilis, commendetur alicui Rectori vicino, cum solis emolumentis incertis. *Congr episc. in Nullius Mercatelli, apud* eund. *ibid. verb.* Cura Animarum, *num.* 8. 427

1604. 15 Nov —— Qui medio juramento coram Episcopo asserit, se vidisse Titium mortuum, dicitur certus nuncius de morte *Henric in c. In præsentia, ad fin de Sponsal. ex Congreg. concil. apud* eund *ibid. verb.* Mors, *num.* 9. 428

1605. 18. April. —— Nullum est Matrimonium etiam 429

etiam coram Sacerdote, cui Parochus, vel Ordinarius dedit licentiam in genere, vel in ſpecie, ſed Sacerdos adſtitit ante notitiam hujuſmodi licentiæ; ideoque debent ſeparari, quouſque iterum contrahant, ſervata forma Concilii. *Congr. concil in Marſicana*, *apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 1. *lib.* 1. *tit.* 10. de Nuptiis, *num* 60. *verſ.* Et etiam.

1605. 20. Aug. —— Monaſteria ædificata a quadraginta annis citra, non tenentur ad ſolutionem Quartæ Funeralium, ſi modo ſint ejus Religionis, cui a Sede Apoſtolica ante quadraginta annos indultum ſit, ut eandem Quartam non teneantur ſolvere Epiſcopo, & ſic declaratur concilium Tridentinum *ſeſſ.* 25. *cap.* 13. ideoque Fratres de Monte Carmelo eximuntur ab hujuſmodi ſolutione, nec poſſunt moleſtari ab Epiſcopis, nec a Parochialium Eccleſiarum Rectoribus. *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bull. tom.* 3. *conſtit.* 4. *quæ incipit* Decet. 430

1605. 15. Nov. —— Anticipata celebratio pro incerto elemoſynam oblaturo eſt probibita. *Congr. concil. apud* Gavant. *in Manuali*, *verb.* Miſſa, *num.* 53. *& refert etiam* Cordeirus *de perfect. Parocho*, *part.* 1. *tract.* 5. *de ritib Miſſar. quæſt* 46. *n.* 3. 431

1605. 2. Dec. —— Licet in cauſa Decimarum non detur appellatio, *cap. tua*, *de Decim.* hoc tamen limitatur, quando agitur inter duas Eccleſias contendentes de Jure decimandi. *Rota in Cordub. Decimarum coram* Pamphilio *apud* Antonell. *de regim. Eccleſ Epiſc lib.* 3. *cap. ult.* §. 7. *num.* 27. *ex* Barboſa *in d. cap. tua* 2. *num* 9.

1605. 16 Dec. —— Quiſque in ſua, cui ſubeſt, Eccleſia eſt baptizandus, niſi conſuetudine ſit obtentum, ut Infantes poſſint baptizari a quibuſcumque Presbyteris, vel Canonicis Civitatis, quia illa ſervanda erit, dummodo id fiat de licentia Ordinarii, & ſine præjudicio jurium, & emolumentorum Parochi. *Congr. Rit. in Orielen. apud* 433

Bar-

Barbosa *de potest. Parochi*, *part.* 2. *cap.* 18. *num.* 7.

1605. 20. Dec. —— Eleemosynæ pro Fabrica Ecclesiæ deponendæ sunt, donec incipiatur; & quidem in Sacro Monte, quatenus adsit. *Congreg. Episc. in Brixien. & antea in una Civitatis Plebis* 1603. 18. *Nov. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Fabrica, *num.* 2. 434

1606. 16 Jan. —— Capellani ad nutum amovibiles, cum non habeant titulum, non possunt juvari quasi possessione Prædecessorum, neque ex ea prætendere manutentionem in possessione stipendii, prout neque potest considerari aliqua possessio respectu ipsarum Capellaniarum, quia cum sint manuales, non sunt Tituli Beneficiales, ut fuit dictum *a Rota in Salamantina stipendiorum*, *& antea in ead.* 1603. 6 *Jun coram* Lancellotto *apud* Corrad. *in Prax. Benefic lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 5. 435

1606. 28. Jan. —— Missæ ad satisfaciendum eleemosynis traditis alicui Ecclesiæ non sunt celebrandæ per exteros, ubi commode satisfieri possunt per Sacerdotes ejusdem Ecclesiæ; *Congreg. Episc. apud* Nicol. *in Floscul verb.* Missa, *n.* 21. 436

1606. 2 Febr. —— Beneficium fundatum a Patrono certa lege de consensu Episcopi apposita, ut ad nulla onera teneatur, dummodo Fundatio post Concilium facta fuerit, non tenetur contribuere Seminario: & multo minus, si id etiam expresse caveatur in Fundatione, ut neque ad Seminarium contribuere debeat. *Cong. conc in Senogall. apud* eund. *in Lucubrat. tom.* 2. *lib.* 3. *tit.* 5. *n.* 5 *ad* XVII. *& refert etiam* Pascucc. *in comp ad consult. canonic.* Jac. Pignatel. *part.* 2. *tit.* de Seminario, *pag. mihi* 387. 437

1606. 1. Jul —— Ne efferantur Cadavera a quoquam, nec etiam a Regularibus quibuscumque sub quovis prætextu, non vocato, & expectato Parocho Defuncti, eoque præsente, nisi ipse aliud permiserit, vel adesse recuset, non obstante quacumque speciali consuetudine. *Congr. episc. apud* 438

apud Gavant. *in Manuali, verb.* Exequiæ, *n.* 9 & 10.

1606. 1. Jul. —— Debent Parochi certiores fieri a Regularibus de audita Ægrotorum Confessione. *Congr. episc. apud* eund. *ibid. verb.* Confessarius, *num* 27. 439

1606. 1. Jul. —— Non est cogendus Populus ad audiendam Missam in Parochiali; cum possit eam audire in Ecclesiis Regularium ad libitum. *Cong. Episc. apud* eund. *ibid. verb* Missa Parochialis, *num.* 10. & 11. & *referunt etiam* Barbosa *de potest. Parochi, part.* 1. *cap.* 11. *num.* 16 *ac* Lantusca *in Theatro Regularium, verb. itid.* Missa Parochialis. 440

1606. 15 Jul. —— Curatus, præsertim in Dignitate constitutus, potest docere Doctrinam Christianam per alium idoneum. *Congregat. concil. in Vintimillien. apud* Nicol *in Flos cul verb.* Doctrina Christiana *num.* 6. & *refert etiam* Monacel. *in Formular leg. pract. part.* 2. *tit* 13 *form.* 1. *num.* 39. 441

1606. 25. Jul —— Pro Sepultis in Ecclesia nova Confraternitatis Curatus debet idem recipere, ac si sepelirentur in sua Parochiali. *Congr. episc in Mileten. apud* Pascucc. *in compend. ad consult canonic. Jac. Pignatelli, part.* 2. *tit.* de Sepulturæ electione, *pag.* 395. 442

1606. 17. Aug. —— Si non constet Oratorem fuisse specifice approbatum, potest nunc approbari, vel reprobari, quamvis approbatus fuerit ad Curam Animarum in genere. *Congreg. concil. in Camerinen. apud* Nicol. *in Flosculverb.* Parochus, *num.* 23. 443

1606. 4 Dec. —— Non potest aliquis appellare quoad effectum suspensivum a judicio Examinatorum. *Rota coram Ludovisio, apud* eund. *ibid. verb.* Beneficium Ecclesiasticum, *num.* 23. ex Barbosa *de potest. episc. allegat.* 60. *num.* 103. 444

1606. 6 Dec —— Si Parochus obtinuit licentiam ad duos menses, & postea, quia non tam cito potuit expediri, demoratus est aliquot dies infra mensem; non debet puniri per sequestra. *Congr. episc.* 445

episc. in Vintimillien. apud eund. *in Lucubrat. tom.* 2. *lib.* 3. *tit.* 4. *num.* 35.

1607. 10. Jan. —— Quando quis habet æquale domicilium in duabus Parochiis, & in tertia Ecclesia Sepulturam eligit, ad auferendas occasiones litium, & controversiarum quoad Quartam Funeralium, expedit super hoc aliquam inire alternativam, vel concordiam. *Congregat. episc. in Januen. apud* Nicol. *in dd. Lucubrationib. tom.* 1. *lib.* 4. *tit.* 15. de Interdictis, *num.* 26. *vers.* Amplia I. 446

1607. 25. Jan —— Pueri ab Hæreticis baptizati fasciis involuti, ut raro possit aliquod eorum membrum aqua attingi, baptizandi sunt a Catholicis sub conditione: quia quando dubitatur an Baptismus sit male collatus, reiteratur sub conditione, ut declaravit *Congr. S. Offic. apud* Pascucc. *in compend. ad consult. canonic. Jac. Pignatel. part.* 1 *tit.* de Baptismo, *pag.* 34. *ubi etiam* Hinc *cap. de quibus* præcipitur baptizari eos sub conditione, de quibus dubium est, an sint baptizati, quia conditio tollit, quod iteretur Sacramentum, & excluditur irreverentia. 447

1607. 5 Febr. —— Ecclesiasticis præcipi non debet ab Episcopo sine causis multum urgentibus ut mutent habitum; vel Rectoribus, ut diverso modo induantur ab aliis. *Congregat. Episc. in Ferrarien. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Habitus *num.* 1. 448

1607. 7. Febr. —— Licet unica ejusdem Instituti Confraternitas in qualibet Civitate sit instituenda ex Constitutione Clementis VIII edita anno 1604. 24 Decembris, Societas tamen Ss. Sacramenti; & Doctrinæ Christianæ in qualibet Parochia potest, & deberet institui *Congr. Indulgentiar. apud* Lantusca *in Theatro Regular. verb* Confraternitas, *num* 9. *citatum* a Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom* 1. *cap.* 16. *num.* 3. 449

1607. 4. April. —— Subditi Abbatis Monasterii 450

Ca-

Cavensis contribuere debent Seminario Caputaquensi *Congreg. concil apud* Pascucc. *in compend. ad consult. canonic. Jac. Pignatel. part.* 2. *tit.* de Seminario, *pag. mihi* 387

1607. 18 Apr. —— Quando contingit associare funus alicujus Defuncti ad aliquam Ecclesiam Parochialem, in quam simul Capitulum Ecclesiæ Collegiatæ cum Parochis aliarum Ecclesiarum conveniant, præcedentia danda est Archipresbytero, & canonicis Ecclesiæ Collegiatæ, etiam supra proprium Parochum, cui tamen jus facienda officium in propria Ecclesia reservetur. *Congr. Rit. in Ostien. apud* eund. *part.* 1. *tit.* de Funeribus, *pag* 303. ¶ Notandum, quod Archidiaconus prima Dignitas, alias non canonicus debet deferre Viaticum Episcopo ægrotanti, & peragere Officium in ejus funere, cum ita disponat Cæremoniale *lib.* 2. *cap.* 38 prout habetur *apud* eund. *ibid. tit.* de Dignitatibus, *pag.* 215. 451

1607. 19. Maji. —— Cereus Paschalis regulariter accendendus est ad Missas, & Vesperas solemnes in triduo Paschatis, in Sabbato in Albis, & in Dominicis usque ad Ascensionem: in aliis servanda est Locorum consuetudo. *Congr. Rit. apud* Gavant. *in Thesauro Sacror. Rit. tom.* 1. *par* 4. *tit.* 10. *num.* 47. 452

1607. 5. Jun. —— Si Communitas consueverit solvere procurationem Episcopo visitanti, hujusmodi consuetudo est observanda. *Congr. concil. in Nucerina, & antea in Vintimillien. ubi fuit dictum, quod* si Episcopus a communitate exigit victualia, nihil a Clericis exigat, prout habet Pascucc. *in compend ad consult. canonic Jac. Pignat. part.* 2. *tit.* de Visitatione, *pag.* 425. 453

1607. 26. Jun. —— Quando Testator voluit, quod deputetur Sacerdos, qui celebret, tunc ista qualitas Sacerdotii tanquam juncta verbo *deputetur*, id operatur, ut de necessitate illius verificatio conveniat de tempore verbi, nempe quod tunc 454

sit

sit actu Sacerdos, non autem habitu tantum, prout tenet *Rota in Tarvisina Jurispatronatus*, & *antea in Vicentina itid Jurispatronatus* 1589. 20. *Mar. coram Orano*: Secus dicendum, si onus non sit expresse impositum capellano, quod per alium expleri non possit, nam tunc Capellania non est Sacerdotalis, quia ex verbis Fundationis non adstringitur Capellanus ad serviendum Capellæ in Divinis, & ad Missas celebrandas per seipsum, ut dixit *Rota in Romana Capellania* 1589 23. *Jan. coram* Pamphilio seniore *apud* Corrad. *in Prax. Benefic lib.* 2. *cap.* 10. *num* 116.

1607. 14. Aug. —— Parochus residere debet in loco, ubi sita est Ecclesia Parochialis, licet ei datus sit Coadjutor ratione infirmitatis: etiam in anno sibi de jure concesso ad suscipiendos Sacros Ordines, *Congr. concil. in Casertana*: non obstante contradictione Parochianorum, dum amotionis legitima causa non adest, *ead. congreg. in Assisien. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Parochus, *num.* 31 & *in Lucubrat. tom.* 2. *lib* 3. *tit.* 4. *n* 11. 455

1607. 21. Aug. —— Servanda est pia consuetudo pulsandi campanam aliquot ictibus tam de sero, quam de mane, quando dicendum est Officium Defunctorum. *Congr. episc. in Lycien. apud* eund. *in dd. Floscul. verb.* Mors, *num.* 7. 456

1607. 1. Sept. —— Clerici Seminarii debent in publicis Processionibus primi incedere ante Clerum sæcularem, & relinquere locum digniorem curatis. *Congr. concil. in Capuana apud cit.* Pascucc. *d. part.* 2. *tit.* de Seminario, *pag. mihi* 386. 457

1607. 1. Oct —— Non potest ab Episcopo in præjudicium Parochi de jure concedi exemptio a Decimis, vel privilegium minus solvendi. *Congr. episc. in Reatina*, & *antea in Spoletana* 160. 16 *Jul. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *lib.* 3. *tit.* 30. *num.* 4. 458

1607. 22. Nov. —— Provisus de Parochiali in forma *Dignum*, si fuerit rejectus a primo executore, 459

non

non potest adire secundum: & si adeat, examen, possessio, & omnia secuta, sunt ipso jure nulla *Congr. conc in Terpien. apud* eund. *ibid. lib. 2. tit. 28. num. 54 ubi etiam*, si prætendat gravamen, appellare debet ad Sedem Apostolicam.

1608. 9. Febr. — Ecclesia Parochialis in Diæcesi venit sub nomine Matricis, ante quam idcirco neque Regulares, neque Confratriæ possunt campanas pulsare in Sabbato sancto. *Congr. Rot. apud* Gavant *in Manuali, verb* Campana, *n* 4. *& refert etiam* Lantusca *in Theatro Regular sub eod. verb. num.* 3. ¶ Notandum, quod ubi Religiosi ex immemorabili consuetudine semper, & continuo consuevissent ad libitum in dicto Sabbato Sancto pulsare Campanas, nulla habita ratione, an prius fuerint pulsatæ in Cathedrali, vel Matrice, hujusmodi immemorabilis non est sublata a Constitutione Leonis X. supra posita, & *edita* 1519. 19. *Dec* neque a Cæremoniali Romano auctoritate Clementis VIII. publicato *leg* 2 *cap.* 27. prout dixit *Rota in Calaguritana Juris pulsandi Campanas* 1619. 11. *Mar. coram* Dunozetto, *ubi quod*, ita declaravit Sacra Rituum congregatio, *& iterum ead. causa* 1620. 17. *Febr. coram* Verospio, *& postea* 1624. 29. *Apr. coram* Merlino *apud* Ascan. Tambur. *de Jure Abbat. tom. 1. disp.* 15 *quæsito* 7 *num* 28. 460

1608 22. Aug. — Administratio Oblationum Imagini factarum intus aliquam Parochiam etiam Regularium existenti spectat ad Ordinarium, qui eas erogabit in Ecclesia inibi ædificanda, & ad alios pios usus. *Congr. Episc. in Brixien. apud* Nicol *in Floscul. verb.* Imago, *n* 6 461

1608. 27. Sept. — Anniversaria, & aliæ Missæ pro Defunctis, quæ occurrunt in die Festo, possunt transferri in diem sequentem. *Congreg. Rit apud* Gavant *in Thesauro Sacror Rit. tom. 1. part. 1 tit. 5. littera y. ubi ait, sic postea decisum fuisse ab ead. Congreg.* 1614. 19. *Maji.* 462

1608. 19. Dec. —— Confraternitates, quæ habent jus Sepulturæ, debent ſepelire ſine præjudicio Quartæ Funeralis, aliorumque emolumentorum, quæ ſpectant ad Capitulum, vel Parochum *Congreg. Episc. in Anconitana*, *apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Confraternitas, *num.* 22. & *refert etiam* Paſcucc. *in compend. ad consult. canonic.* *Jac. Pignatel part.* 2. *tit.* de Sepulturæ electione, *pag.* 390. 463

1609. 25 Febr. —— Si impoſterum quibuſvis Perſonis de aliquibus Beneficiis Eccleſiaſticis tunc vacantibus, ſeu vacaturis, per ſummum Pontificem, aut ejus auctoritate provideri, ipſoſque Proviſos, ſeu providendos intra vacationis, & proviſionis, ſeu aſſecutionis eorumdem Beneficiorum tempora, quæcumque alia cum illis incompatibilia Beneficia Eccleſiaſtica Sæcularia, vel Regularia per eos tunc obtenta, nulla ſpeciali, & expreſſa de eiſdem in Proviſionibus prædictis facta mentione, ſimpliciter, vel cauſa permutationis, aut alias quomodolibet, ſive Romani Pontificis, aut Legatorum, ſive Ordinariorum manibus reſignare, dimittere, aut juribus cedere contigerit, omnes & ſingulæ conceſſiones, collationes, proviſiones, & quævis aliæ diſpoſitiones de Beneficiis, ſeu juribus ſic reſignandis, dimittendis, & cedendis pro tempore faciendæ, cum inde ſecutis quibuſcumque, caſſæ, & irritæ exiſtant, Beneficia vacent, & ſint reſervata Papæ, qui ſolus poſſit diſponere de illis in omnibus, & per omnia, perinde ac ſi per pacificam aſſecutionem aliorum Beneficiorum hujuſmodi vere, & realiter vacaviſſent. *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullario, tom* 3. *constit.* 62. *quæ incipit* Sanctiſſimus. 464

1609. 21 Mar. —— Inter plures Parochos ſive Regulares, ſive Sæculares attendatur prærogativa Eccleſiarum, non vero Regulæ quoad præcedentiam. *Congreg. Rit. relata a* Gavant. *in Manuali* 465

nuali Episcopor. verb. Præcedentia, *in additione, num* 31.

1609 21. Mar —— in Festo Ss. Corporis Christi non sunt canendæ Cantiones vulgari sermone. *Congregat Rit. in Abulen. apud* Nicol. *in Floscul verb.* Cantus, *num* 1. *ubi etiam*, imo nec aliæ in Divinis Officiis, aut Missarum celebratione, *Extr. Joan.* XXII *in comm. de vita, & honest. Cler.* si quid tamen lascivum, vel impurum in eis misceretur, sive quæ fiunt cum gestibus, aut motius indecentibus, quæ prohibentur etiam a Tridentino *sess.* 22. *Decr. de observ. & evitan. in eelebr. Missæ*. 466

1609. 13 Apr. —— Jesuitæ non debent impediri, ne docere possint Doctrinam Christianam, etiam in Ecclesiis Ordinario subjectis, modo in eis prædicare nolint. *Congregat. Episcopor. apud* eund. *ibid. verb.* Doctrina Christiana, *num* 9. 467

1609. 7. Aug. —— In Choro teneri non debent aliæ Imagines, quam Sanctorum. *Congregat. episcopor. in Monopolitana, prout habet* Nicol. *in Floscul. verb.* Chorus, *num* 4. 468

1609. 10. Nov. —— Milites Regulares Militiæ S. Jacobi de Spatha, aliique hujusmodi non emittentes tria vota substantialia, videlicet, Castitatis, Paupertatis, & Obedientiæ, non sunt incapaces Beneficiorum sæcularium, sive simplicium, sive Curatorum, neque etiam Pensionum *Decisum refert* Barbosa *in collect. ad concil. Trident sess.* 14. *cap* 11. *num.* 8. ex Garc. *in addit. ad tract. de Benefic. par.* 1 *cap.* 4. *num.* 23. 469

1610. 15. Jan. —— Extra Parochiales Ecclesias non conceditur retineri assidue Eucharistia. *Congregat. episcopor. relata a* Gavant. *in Manuali, verb.* Eucharistia, *num.* 1. 470

1610 23. Apr. —— Seclusis Privilegiis, in unione Beneficiorum, seu Ecclesiarum, quæ sunt Jurispatronatus, requiritur vocatio, & consensus Patroni sive Ecclesiastici, sive Laici, ac inferio- 471

G ris

ris, *ut ex Clem. unic. §. ad hae de stat Monach. cap. Suggestum, de Jurepatr cap. Monasteriorum* 16. q. 1. & ex Concil. Trident *sess* 24. *de reform. cap.* 15. dixit *Rota in Vercell. Unionis coram* Lancelloto juniori, *apud* Ascan. Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 3 *disput.* 15. *quaesito* 1. *num.* 9.

1610. 13. Jun. —— Etiam Parochi exempti approbari debent ab Episcopo: & si sint nullius Diaecesis, a viciniori: alias sunt suspendendi. *Congregat. concil. in Urbinaten. Lamularum*, *apud* Nicol. *in Lucubrationib. tom* 2 *lib* 3. *tit.* 5 *num* 17. *ubi etiam* nisi inferior Episcopo habeat Jurisdictionem Episcopalem, &c. 472

1610. 2 Oct. —— Filius etiam legitimus eget dispensatione Pontificia ad obtinendum Beneficium paternum, etiam per renunciationem in favorem ipsius Filii, & inter Graecos. *Congregat. concil. in Hydruntina*, *apud* eund. *ibid. lib.* 1. *tit.* 17. *num.* 14. 473

1610. 2 Oct. —— Augmentum attributum novae Parochiali, cum Matrix Ecclesia vacaret, nullo ei dato defensore, irritum, ac nullum est. *Congregat. concil. in Veronen. apud* Pascucc. *in compend. ad consult. canonic. Jac Pignatel. par.* 2. *tit.* de Parocho, *pag. mihi* 202. 474

1611. 14 Apr. —— Ubi Decreto Concilii *cap.* 1. *sess.* 24. *de reform Matr* observari consueverit, nulla sunt Matrimonia, in quibus contrahendis proprius Parochus non fuerit adhibitus. *Congregat. concil. in Bossonen. apud* eund. *ibid. tit.* de Matrimonio, *pag.* 27. 475

1611. 9 Maii. —— Si constiterit, quod via sit montuosa, aspera, lutosa, ac ita ardua, ut Parochiani sine magno incommodo, imo etiam periculo pro recipiendis Sacramentis, & audiendis Divinis Officiis ad Parochialem accedere nequant, praesertim tempore hyemali propter imbres, ac pluvias, non solum reputatur necessaria deputatio Vicarii, verum etiam dismembratio, 476

sive

ſive erectio novæ Parochiæ. *Rota in Lucana Diſmembrationis coram Ottembergo:* ac etiamſi non ſit magna diſtantia, ob Fluminis tamen alicujus inundationem reddi poteſt via difficilis, ut in ſpecie reſpondit *ead. Rota in Calaguritana erectionis in Parochialem* 1619. 11 *Jan. coram Veroſpio, apud* Paſcucc. *par.* 2. *tit.* de Parocho, *pag.* 203.

1611. 10. Jun. —— Succeſſor in Beneficio tenetur ſolvere Penſionem, etiam in ſubſidium pro Terminis decurſis in vita anteceſſoris, maxime ſi fuerit per Penſionarium adhibita diligentia ad exigendum. *Rota in Neritonen Penſionis coram* Ludoviſio, *apud* Nicol. *in Floſcul. verb.* Penſio, *numer.* 7. 477

1611. 25. Jun. —— Parochus Defuncti, vel Parochus Eccleſiæ, ad quam Corpus Defuncti defertur, digniorem locum obtinere debet; & præcedere quibuſcumque aliis Presbyteris, non autem Eccleſiæ Cathedralis. *Congr. Rit. in Viterbien. apud* Barboſ. *de canonic. & Dignitatib. cap.* 18 *num* 61. *& refert etiam* Paſcucc. *in compend. ad conſult. canonic* Iac. Pignatt. *par.* 2 *tit.* de Præcedentia, *pag. mihi* 254. 478

1611. 22. Aug. —— Non ſufficit, quod Maritus procedat in habitu Clericali, nec quod recipiat Ordines Sacros, ſed eſt neceſſarium, quod ipſe, & ejus Uxor ingrediantur aliquam Religionem, & faciant Profeſſionem eodem tempore, prout reſpondit *Congr. epiſcopor. in Mutinen. apud* d. Paſcucc. *par.* 1. *tit.* de Adulterio, *ad II. pag ubi alias refert etiam poſteriores Deciſiones, addens, quod* hoc deſumptum eſt ex *cap ſane* 6. *& cap. cum ſis prœditus* 4. *de converſ. conjug.* 479

1612. 14. Jan. —— Non poſſunt Confraternitates in ſuis Eccleſiis per ſuos Capellanos facere ſolemniter celebrare, Confeſſiones audire, Communicare, ſepelire Mortuos, Prædicare, Sacramenta miniſtrare, in die Cœnæ Domini Sepulchum facere, Sanctiſſimum Sacramentum aſ- 480

servare, & alia hujusmodi exercere, sine expressa licentia Ordinarii, & Parochi. *Congregat. Rit in Cæsaraugustana*, *apud* eund. *par*. 2. *tit*. de Parocho, *pag*. 206. & *referunt etiam* Gavant. *in Manuali*, *verb*. Confraternitas, *in addit. num*. 3. & Nicol *in Floscul. sub eod. verb. num*. 19.

1612. 12. Maii. —— Canonici, & Præbendati; qui utuntur Almutio, non possunt illud deferre, cum uti singuli invitantur ad associandum Funera, atque adeo non possunt præcedere Parochis: Parochus enim præcedit Canonicis saltem uti singulis; cum Cura sit dignior Canonicatu, *arg. cap. cum in illis*, *de Præben*. Jo: de Sylv. *de Benefic. quæst*. 61. *num* 2. Molan. *tract. de Canon. lib*. 2. *cap*. 12. Repugnat autem juri, & honestati, quod Parochus in officio suo; Sacerdotali habitu indutus alios sequatur, qui Funeri extra suum officium, & sic, ut privati intersunt, nam minor præferretur majori. Abb *cons*. 21 *n*. 4 *lib*. 1. Rocch de Curt *in tract. de consuetud num*. 100 & sic censuit *Congregat. Rit. in Nullius*; *apud* Pascucc. *in compend. ad consult. canonic. Jac: Pignatel. par*. 1 *tit* de Funeribus, *pag*. 303 481

1612. 1. Jun. —— Doctrina Christiana doceri debet in eo loco, qui magis Episcopo videbitur expediens, licet Confratres contradicant, quia ita disponit Constitutio Pii V. la 137. quæ incipit *Ex debito*, & sic respondit *Congr. Episcopor. in Papien. apud* Nicol. *in Floscul. verb*. Doctrina Christiana, *num* 6. *ubi etiam* & in Oratorio Confratrum, ipsis etiam invitis; *ex ead. Congr. in Regien*. 1618. 3 *Maii*. quoad tamen fieri poterit, curare debebit omnibus satisfacere; prout *ead. Congr. in d. Papien. eod anno*, 28. *Aug*. 482

1612 4 Jul. —— Parochi habent fundatam intentionem quoad omnes Decimas cujuscunque Fundi decimalis existentis intra limites propriæ Parochiæ; ut ex *cap. Quoniam nobilis*, & *cap. Cum contingat*, *de Decim*. dixit *Rota in Hispalen. Iuris nomi-* 483

nominandi, *antea in Comen. Decimarum* 1606 17. *Oct. coram* Damasceno, *apud* Pascucc.*par.*1. *tit.*de Decimis, *pag. mihi* 219.

1613. 29. Jan —— Servari debet Decretum, ne in Oratoriis Confraternitatum celebretur in Festis ante Parochialem, dummodo Parochus celebret hora competenti. *Congr. episcopor in Senogallien & antea in Crotonen.* 1587 9 *Jan. apud* eund.*par.*2 *tit.* de Parocho, *pag.* 208. 484

1613. 30. Apr. —— Qui fuerunt interdicti declarati ex eo, quod tempore Paschatis non communicaverunt in Parochia, si postea ibi communicent, absolvendi sunt, & cedulones amovendi *Congr. Episc. in Trojana, apud* Nicol *in Floscul verb.* Pascha *num.* 2. 485

1613. 4. Maii —— Si de eadem Cathedrali concurrerent in Funeribus Archidiaconus qui est prima Dignitas, & Archipresbyter qui est secunda, & cui incumbit Cura Animarum & defert Stolam; sicut in Ecclesia, dum fuit Officium, praecedit, sic etiam in via danda est Praecedentia eidem Archipresbytero ratione Stolae. *Congr. Rit. in Trojana, apud* Barbos.*de canonic. & Dignitatib. cap.* 5. *num.* 49. 486

1613. 11 Iun —— Possunt Parochi eodem tempore concionari, quo concionatur Episcopus. *Congr. Concil apud* eund.*de offi. & potest Parochi, par.* 1 *cap.*14.*num.*3. *& refert etiam* Gavant. *in Manuali, verb* Concio Sacra, *in additione num.* 2. 487

1613 23. Iul. —— Erectio de Beneficio simplici si facta fuerit non citato Capitulo, cui Cura Animarum incumbit, nullius momenti existit, ac de hujusmodi nullitate opponere potest etiam tertius, cujus interest, cum Capitulum expresse ratam non habeat erectionem, sed simpliciter taceat, & non contradicat. *Congr. Concil. in Ceneten. apud* Pascucc *in compend. ad consult. canonic. Jac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Parocho, *pag.* 202. 488

1613. 30 Jul. —— Non sunt facienda Convivia, neque horum loco aliquid solvendum ab iis, qui de novo recipiunt Beneficia *Congr. Episcopor. in Pollicastren & antea in ead* 1604 3. *Febr. ac in Venusina*, *apud* Nicol. *in Floscul verb.* Convivia, *num* 1. *ubi tamen* si quod solvitur; convertatur in usum Sacristiæ, *Paulus V.* talem consuetudinem benigne permisit *anno* 1612. 6. *Jul.* ex sententia Sacræ Congregationis Concilii, sicut permiserat etiam *Gregorius XIII. anno* 1584 15. *Nov* 489

1613. 7. Sept. —— Si Hæredes Defuncti non destinaverint Clericos ad Funus; poterit Parochus vocare quos maluerit, omissis etiam viciniori-bus. *Congr. Rit. in Ferrarien apud* Barbos *de potest. Parochi*, *par.* 3 *cap.* 26. *n.* 60. *& refert etiam* Gavant *in Manuali*; *verb.* Exequiæ, *in additione*, *n.* 2. ¶ Sic postea decisum fuit à Rota anno 1630. 1. Jul. apud Mancin *in Pract. visitand. Infirm. in brevi tract. de Sepultura*, *dub.* 29. 490

1613. 24. Sept —— Curatus non excusatur a Residentia ex eo, quod Fructus sint tenues, & Antecessores non resederint. *Congr. Episcopor. apud* Nicol *in Floscul. verb.* Cura Animarum, *n* 10. 491

1614 15. Febr. —— Absque causa non potest Communicationis in Paschate præceptum adimpleri, anticipando a tertia Dominica Quadragesimæ, vel prorogando ad tertiam Dominicam post Pascha. *Congr. Rit. in Granaten apud* Barbos. *de offic. & potest. Parochi*, *par.* 2. *cap.* 20. *num* 14. 492

1614 6. Mar. —— Quarta; ubi est solitum, debetur etiam delegatis, prout censuit *Congr. episcopor. in una Observantium*, *& antea in Nolana* 1600. 21 *Nov. ac in Savonen.* 1579. 31. *Mar.* & 1585 17. *Sept. apud* Nicol. *in Lucubrationib. tom.* 1. *lib.* 4 *tit* 15. de Interdictis; *num.* 26. *vers.* Limita Septimo. 493

1614. 14. Mar —— Eucharistia omnino asservanda est in qualibet Parochiali: quod si redditus; & Societas non sufficianti, nstituantur Quæstor, 494

vel

vel eleemosynarum Collector. *Congr. Episcopor. in Assisen. apud* eund. *in Floscul. verb.* Parochus, *num.* 19.

1614. 21. Mar. —— Consuetudo, quæ viget in toto fere Regno Neapolitano, per quam morientibus *ab intestato* potest fieri Testamentum ad pias causas a Rectoribus, Curatis, vel Vicariis Foraneis, juxta devotionem, qualitatem, & quantitatem Patrimonii, ac personæ ipsius Defuncti, quo relinquatur aliquid modicum iis Ecclesiis, vel Lociis Piis, quibus Defunctus devictus, vel affectus erat, est laudabilis, & ubi viget, manuteneri debet etiam cum Censuris *Congr. episcopor. in Salernitana*, *& antea in Tricar.* 1603. 5 *Sept. apud* eund. *ibid. verb.* Testamentum, *num.* 7. *ubi tamen aliquas refert conditiones ibidem videndas, ab eadem congregatione approbatas.* 495

1614 23 Maii. —— Curam, vel aliud servitium Ecclesiarum personalem residentiam requirens obtinentes, non debent deputari in Subcollectores: & si deputentur, non sunt exempti quoad onera Beneficii. *Congr. Episcopor. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Subcollector, *num.* 2. *ubi alia ad hanc rem præcedentes Decisiones.* 496

1614. 23 Maii. —— Cum Ordinarius visitat Parochiales Religionis Hierosolymitanæ, debet declarare, se id facere tanquam Delegatum Apostolicum. *Congr. concil. in Messanen. apud* eund *ibid. verb.* Hierosolymitani, *num.* 10 *ubi ait, quod* dum visitat alias Regularium Parochiales præter Hierosolymitanas, non tenetur ad hujusmodi declarationem, *ex ead. Congr. in Portugalien.* 1617 1. *Nov.* 497

1614, 6. Jun. —— Ubi adest consuetudo, quod Tertiariæ sepeliri non possint extra suorum Fratrum Ecclesias, si aliqua petat alibi sepeliri, conceditur sub conditione, quod id fiat sine præjudicio Ecclesiæ suorum Fratrum, cui prius integre solvi debent omnia emolumenta, & jura fu- 498

neralia, ac si ibi sepeliretur *Congr. episcopor. in Panormitana*, *apud* Nicol *in Lucubrationib. tom.* 1. *lib* 4. *tit.* 15 de Interdictis, *num.* 26. *vers* Ubi tamen.

1614 13. Iun. —— Adepta pacifica possessione Canonicatus, vacat Parochialis, & illius Rector desinit talis esse ipso jure, ut post Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancellar gloss* 15. *num* 15 & 16 tenet *Rota in Mutinen. Canonicatus coram* Ubaldo sen. *apud* Barbos *in collect. ad Concil. Trident. sess* 7. *de reform. cap.* 4. *num.* 3. *ubi quod* Episcopus potest habenti Canonicatum, aut Beneficium simplex, quod ad vitam ejus sufficit, Parochialem Ecclesiam conferre, sed adepta pacifica possessione Parochialis, vacat Canonicatus, seu Beneficium simplex, ex Garc. *de Benefic. par.* 11. *cap.* 5. *n* 84. *in* 3. *declar.* & ex Armendar. *in addit. ad recup leg.* ac ex Navar. *lib.* 4. *tit.* 6 *de pluralit. Benefic. num* 14. & 15. 499

1614. 17 Iun. —— Rituale Romanum in administratione Sacramentorum, aliisque Ecclesiasticis Functionibus inviolate servandum, prout servari mandavit *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullario*, *tom* 3. *Constitut.* 85. *quæ incipit* Apostolicæ. 500

1614. 26 Iul. —— In Ecclesia Parochiali unita sufficit deputare Vicarium amovibilem ab Ordinario approbatum, nisi tamen subsit spes, quod brevi Populus, & Animæ revertantur ad primam Parochialem, habitusque reducatur ad actum. *Congr. concil apud* Nicol. *in Lucubrationib. tom* 2. *lib.* 3. *tit* 4. *num.* 23. 501

1614. 12. Sept. —— Convivia fieri solita per Confratres in suis Festis, conniventer tolerari possunt, modo non Feria sexta in Parasceve, nec cum redditibus Loci pii, nec intra, aut prope Ecclesiam fiant. *Congr. episcopor in Anagnina*: vel saltem, si secundum consuetudinem fiant ante Ecclesiam, tempore Convictus omnino claudantur januæ ejusdem Ecclesiæ, *ead. Congr. in Verulana* 502

lana 1606. 10 *Ian apud* Pascucc.*in compend.ad consult canonic. Jac. Pignatel.par.*1. *tit.* de Ecclesiis, & Ecclesiasticis, *pag. mihi* 242.

1614. 27. Sept. —— Obligatio amobilis celebrandi Missas, & audiendi Confessiones, non est incompatibilis cum Parochiali. *Congr. conc. apud* Nicol *in Lucubrationib. tom.*2 *lib.* 3.*tit* 4. *n.*37 503

1614. 27 Oct.——Cadavera Scholarium, Clericorum, & Convictorum decedentium in Collegiis Congregationis Somaschæ Diœcesis Ameri nensis,& Galii Comensis, & Burgi Lugani Comensis Diœcesis, nec non Oppidi Trivultii Mediolanensis Diœcesis, ac in Seminariis Ravennatensi, & Patriarchali Venetiarum, nec non in Accademis Terrę Salodii Brixiensis Diœcesis,& Sancti Spiritus prope, & extra Portam Cumanam Mediolanensis, ac Sancti Majoli Papiensis possunt sepeliri in eorum Regularium Ecclesiis absque Parochorum interventu, sine tamen quorumcumque Parochialium jurium præjudicio, & antequam Sepulturæ tradantur prædicta Cadavera, certiores fiant Parochi. *Paolus V. cujus litteras confirmavit Alexander VII. in Bullar. tom.*5. *Const* 175. *quæ incipit* Dudum, *ubi etiam* idem conceditur Collegio Seminarii Ducalis S. Antonii Venetiarum, & Collegiis S. Mariæ Scholarium Veronensis, S.Bartholomæi Brixiensis, S.Leonardi Bergomensis, S Mariæ Laudensis, S. Angeli Custodis Taurinensis, & S.Mariæ Angelorum Fossanensis Civitatum, nec non S Georgii Oppidi Novarum Derthonensis, & S. Bortholomæi Oppidi Merati Mediolanensis Diœcesis. 504

1614. 5. Dec. —— Quando constat per fidem Parochi de morte alterius Conjugis, & statu libero superstitis, qui semper in eadem Parochia post mortem prioris habitavit, non sunt gravandæ partes expensis processuum pro transitu ad secundas Nuptias. *Congr. Episcopor. apud* Nicol. *in Lucubrationib.t.*1.*lib.*1.*tit.*de Nuptiis,*n.*53 *in fine.* 505

1614.

neralia, ac si ibi sepeliretur *Congr. episcopor. in Panormitana*, *apud* Nicol *in Lucubrationib tom.* 1. *lib* 4. *tit.* 15 de Interdictis, *num.* 26. *vers* Ubi tamen.

1614 13. Iun. —— Adepta pacifica possessione Canonicatus, vacat Parochialis, & illius Rector desinit talis esse ipso jure, ut post Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancellar gloss* 15. *num* 15 & 16 tenet *Rota in Mutinen. Canonicatus coram* Ubaldo sen. *apud* Barbos *in collect. ad Concil. Trident. sess* 7. *de reform. cap.* 4. *num.* 3. *ubi quod* Episcopus potest habenti Canonicatum, aut Beneficium simplex, quod ad vitam ejus sufficit, Parochialem Ecclesiam conferre, sed adepta pacifica possessione Parochialis, vacat Canonicatus, seu Beneficium simplex, ex Garc. *de Benefic. par.* 11. *cap.* 5. *n.* 84. *in* 3. *declar.* & ex Armendar. *in addit. ad recup leg.* ac ex Navar. *lib.* 4. *tit.* 6 *de pluralit. Benefic. num* 14. & 15. 499

1614. 17 Iun. —— Rituale Romanum in administratione Sacramentorum, aliisque Ecclesiasticis Functionibus inviolate servandum, prout servari mandavit *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullario*, *tom* 3. *Constitut.* 85. *quæ incipit* Apostolicæ. 500

1614. 26 Iul. —— In Ecclesia Parochiali unita sufficit deputare Vicarium amovibilem ab Ordinario approbatum, nisi tamen subsit spes, quod brevi Populus, & Animæ revertantur ad primam Parochialem, habitusque reducatur ad actum. *Congr. concil apud* Nicol. *in Lucubrationib. tom* 2. *lib.* 3. *tit* 4. *num.* 23. 501

1614. 12. Sept. —— Convivia fieri solita per Confratres in suis Festis, conniventer tolerari possunt, modo non Feria sexta in Parasceve, nec cum redditibus Loci pii, nec intra, aut prope Ecclesiam fiant. *Congr. episcopor in Anagnina*: vel saltem, si secundum consuetudinem fiant ante Ecclesiam, tempore Convictus omnino claudantur januæ ejusdem Ecclesiæ, *ead. Congr. in Verulana* 502

lana 1606. 10 *Ian apud* Pascucc. *in compend. ad consult canonic. Jac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Ecclesiis, & Ecclesiasticis, *pag mihi* 242.

1614. 27. Sept. —— Obligatio amobilis celebrandi Missas, & audiendi Confessiones, non est incompatibilis cum Parochiali. *Congr. conc. apud* Nicol *in Lucubrationib. tom.* 2 *lib.* 3. *tit* 4. *n.* 37 503

1614. 27 Oct. —— Cadavera Scholarium, Clericorum, & Convictorum decedentium in Collegiis Congregationis Somaschæ Diœcesis Ameri nensis, & Galii Comensis, & Burgi Lugani Comensis Diœcesis, nec non Oppidi Trivultii Mediolanensis Diœcesis, ac in Seminariis Ravennatensi, & Patriarchali Venetiarum, nec non in Accademis Terrę Salodii Brixiensis Diœcesis, & Sancti Spiritus prope, & extra Portam Cumanam Mediolanensis, ac Sancti Majoli Papiensis possunt sepeliri in eorum Regularium Ecclesiis absque Parochorum interventu, sine tamen quorumcumque Parochialium jurium præjudicio, & antequam Sepulturæ tradantur prædicta Cadavera, certiores fiant Parochi. *Paulus V. cujus litteras confirmavit Alexander VII. in Bullar. tom.* 5. *Const* 175. *quæ incipit* Dudum, *ubi etiam* idem conceditur Collegio Seminarii Ducalis S. Antonii Venetiarum, & Collegiis S. Mariæ Scholarium Veronensis, S. Bartholomæi Brixiensis, S. Leonardi Bergomensis, S Mariæ Laudensis, S. Angeli Custodis Taurinensis, & S. Mariæ Angelorum Fossanensis Civitatum, nec non S Georgii Oppidi Novarum Derthonensis, & S. Bortholomæi Oppidi Merati Mediolanensis Diœcesis. 504

1614. 5. Dec. —— Quando constat per fidem Parochi de morte alterius Conjugis, & statu libero superstitis, qui semper in eadem Parochia post mortem prioris habitavit, non sunt gravandæ partes expensis processuum pro transitu ad secundas Nuptias. *Congr. Episcopor. apud* Nicol. *in Lucubrationib. t.* 1. *lib.* 1. *tit.* de Nuptiis, *n.* 53 *in fine* 505

1614.

1614. 5. Dec. —— Qui plures habet Substitutos in Cura, non ideo censetur liber ab onore residentiæ, & etiam administrandi per seipsum Sacramenta. *Congreg. episc. apud* eund. *in Flos cul. verb.* Cura Animarum, *num* 5 ¶ Engel *in Manuali Parochor. part* 2. *cap* 5. *num.* 9 *ait, quod* Parochus tenetur saltem aliquoties, & maxime si Parochiani ipsum in specie petierint, per seipsum curam, & Sacramenta administrare, *ex c relatum* 4. *de Cleric non residen. c. extirpandæ* 30. *§. quia vero, de Præben* 506

1614. 18 Dec. —— Rutheni Matrimonia contrahentes in Russia coram Prædicantibus schismaticis, & deinde pænitentia ducti, agnoscentes, id esse contra formam Concilii Tridentini ibi publicati, post longam conversationem faciunt divortia: Propterea Archiepiscopus Leopolensis consuluit, quid facere debeat? Sanctissimus ordinavit sciri, an hujusmodi Prædicantes sint Parochi: *Sic apud* Pascucc. *in compend. ad consult. canonic.* J *ac Pignatel. part* 2. *tit.* de Matrimonio, *pag.* 35. ubi desumit ex hac declaratione S. Officii, non obstare, quod Matrimonium sit celebratum coram Parocho Schismatico, nam donec non fuerit privatus officio, sive titulo, valide assistit etiamsi sit excommunicatus non toleratus, ex Sanchez *de Matrim. lib.* 3. *disput.* 21. *a num* 1. & ex Ponc. *ibid. de Matrim. lib.* 5 *cap.* 17. *§. un. num.* 6 507

1615. 16. Jan. —— Non est imponenda Excommunicatio ob Festorum violationem, nec sibi debet Episcopus reservare absolutionem illorum, qui violant dies Festos. *Congreg. episc. apud* Gavant *in Manuali, verb* Excommunicatio, *num* 33. & *verb.* Casus reservati, *num* 14. 508

1615 30. Jan. —— Non potest Parochus solitam eleemosynam prætendere, nec titulo paupertatis, quando per seipsum in sua Ecclesia, in qua prædicari solet, vellet Conciones habere, quia hic proprium munus adimplet: nisi in casu, quo 509

Uni-

Universitas, vel alius Nominator, Parochum deputasset, aut sponte solvere vellet. *Congreg. episc. in Ravellen. apud* Monacel *in Formular. leg. pract. part.* 1. *tit.* 12. *form.* 7. *num.* 7.

1615. 13. Mar. —— Cum Cura sit penes Capitulum; exercitium vero nudum penes Decanum, sive Archidiaconum, habebit Capitulum onus expensarum Prædicatoris, Vini, & Particularum pro Communione. *Congregat. episc. in Cenet. apud* Nicol. *in Lucubrationib. tom.* 2 *lib.* 1. *tit.* 23. *num.* 7 510

1615. 14. Mar. —— Parochus amovibilis residere debet, ac si esset perpetuus. *Congregat. concil. in Elboren. apud* eund. *ibid. lib.* 3 *tit.* 4. *num.* 11. *& in Floscul. verb.* Parochus, *num* 31. *ubi etiam quod* habitatio Parochi debet vel esse intra limites Parochiæ, vel prope in modica distantia; ut *ex ead. Congr.* tenet Diana 3. *tr.* 4. *resol.* 156. *in fin.* & Bonac *t.* 1. *de oblig. resid. punct.* 1. 511

1615. 14. Mar. —— Qui satisfecit in Paschate in Parochiali, non tamen potest in ipso die Paschatis Eucharistiam sumere in Ecclesia Regularium curam Animarum non habentium. *Congr. concil. apud* Gavant. *in Manuali*, *verb.* Eucharistia, *num* 23. 512

1615. 10. April. —— Habentes curam Animarum non sunt eligendi ad ordinariam Monialium Confessionem. *Congregat. episc. apud* eund. *ibid. verb.* Monialium cura spiritualis, *n* 10 ¶ Hoc antea decreverat præfata Congregatio 1592. 17. Mar. in responsione ad Venetiarum Patriarcham, mandans, ut Plebani Monialium Confessarii redirent ad curam. Cum vero supplicarent Plebani prædicti, ut Sacra congregatio dignaretur licentiam concedere audiendi hujusmodi confessiones, ut antea fecerunt sine præjudicio Animarum, & Ecclesiarum, Congregatio 1593. 22. Febr. totum remisit arbitrio Patriarchæ. His igitur acceptis litteris, decretum fuit in Synodo 513

Prio-

Prioli prima, quod in posterum Plebani non exerceant munus Confessariorum Monialium, nisi Monasterium sit Parochiæ contiguum, vel parvus numerus Monialium, & Parochianorum, & hoc arbitrio Patriarchæ. *Hac apud* Ascan. Tamburin. *de Iure Abbatiss. disput.* 16 *quæsito* 2. *num.* 5. ¶ Vide tamen infra 1652. 2 Aug.

1615. 10. Apr. —— OEconomus debet de fructibus Archipresbyteratus, deducta sua congrua, facere solitam distributionem Candelarum in Purificatione, Panis & Ovorum in Paschate. *Congr Episcopor. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* OEconomus, *num.* 11. 514

1615. 14 Apr. —— Quarta Funeralis, non est solvenda ab Hæredibus Defuncti, qui pro hac non gravantur, sed causa inter Parochum, & Ecclesiam tumulantem terminatur, ut respondit *Congr Episcopor. in una Civitatis Castelli*, *apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 2. *tit* 14. *form.* 1. *num.* 14. 515

1615. 22. Maii. —— Regulares extra Claustra decedentes, non debent solvere jus Sepulturæ. *Congr. Episcopor. in Puteolana*, *apud* Barbos. *de potest. Parochi*, *cap.* 26 *num.* 68. *citatum* a Gavant. *in Manuali*, *verb.* Regularium Iura sub Episcopis, *in additione*, *num.* 11. & referunt etiam Mancin. *in Pract. visitan. Infirm. in brevi tract. de Sepultura*, *dub.* 9. ac Pascucc. *in Compend. ad consult. canonic. Iac. Pignatel par.* 1. *tit.* de Funeribus, *pag. mihi* 305. 516

1615. 5. Iun —— Si Cadaver deferatur ad Ecclesiam Monialium, Parochus Officium faciat usque ad Portam Ecclesiæ, & non ultra. *Congr. Episcop. in una Observantium*, *apud* Nicol *in Floscul. verb.* Sepultura, *num* 5. 517

1615. 22. Iun —— Si lis non tangat statum personæ ipsius, vel Beneficii, sed sit super alia re, vel etiam super alio Beneficio, causa non reputatur justa pro absentia ab Ecclesia, vel Beneficio residen- 518

dentiam exigente. *Rota in Calaguritana coram* Ubaldo sen. *& antea in Action. fructuum* 1613. 15. *Mar. coram* Mancanedo, *apud* Barbos. *de Canonic. & Dignitatib. cap.* 24. *num.* 27.

1615. 26. Jun. —— Tertiariæ possunt extra Pascha sumere Sacramenta in aliis Ecclesiis, ubi voluerint. *Congr. Episcopor apud* Gavant. *in Manuali*, *verb* Tertiarii, *num.* 7. 519

1615. 3 Jul —— Parochus Regularis, qui exercet Curam Animarum in Ecclesiis Regularium, non debet in sublevamen Curæ sibi commissæ accersere Sacerdotes Sæculares, quando non desunt Regulares ab Ordinario approbati: & ad hujusmodi Parochum, non ad Regulares pertinet Dominis, & Festivis diebus Confessiones audire, Matrimonia, Excommunicationes publicare, Pauperes & egenos Piorum eleemosynis commendare, Quarta Funeralis, & similia. *Congr. Episcopor. in Firmana*, *apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Parochus, *num.* 8. 520

1615. 3. Jul. —— In Ecclesiis Regularium, in quibus exerceri consuevit Cura Animarum, Benedictio Cinerum, eorumque distributio pertinet ad Regulares, non ad Parochum. *Congr. episcop in d. Firmana*, *apud* eund. *ibid. verb.* Benedictio, *num* 1. 521

1615. 7. Jul. —— Capellanus semel examinatus, & approbatus quoad scientiam ab Ordinario, nulli examini deinde de scientia subiici debet. *Congr. Episcopor. apud* Gavant. *in Manuali*, *verb.* Capellanus, *num.* 1. 522

1615. 31. Jul. —— Cadaveribus interfectorum, quamvis spatium confitendi non habuerint, neque aliquod signum pænitentiæ dederint, adhuc Sepultura Ecclesiastica deneganda non est, dummodo non sint publici Peccatores, puta, decedentes in Duello, &c. vel notorie excommunicati, prout respondit, & ordinavit Abbati Montis Cassini *Congregat. episcopor. apud* Monacel. *in Form.* 523

Form leg. pract. part. 1 tit 10 form. 12. num. 1.

1615 21. Aug. —— Licentia laborandi in die Festo a solo Episcopo concedi debet: Judex tamen laicus potest procedere contra non habentes licentiam. *Congreg. episc apud* Gavant. *in Manuali, verb.* Licentia, *num 1.* 524

1615. 31. Aug. —— Parochus, si sit in quasi possesione faciendi Officium supra Defunctos suæ Parochiæ in quacumque Ecclesia civitatis, sive Regularium, sive Sæcularium, sive Abbatialium, manutenendus est. *Congreg. episc. in Ravennaten. apud* Pascucc. *in compend. ad consultat. canonic Jac. Pignatel. part. 1. tit.* de Funeribus, *pag.* 300. 525

1615 11. Sept. —— Fenestræ prohibentur in Ecclesia, per quas in eam prospectus haberi possit. *Congreg. episc. apud* Barbosa *de Jure Ecclesiast l. 1. cap. 11. num. 28. citatum* a Gavant. *in Manual. verb.* Ecclesia, *in additione, num. 1.* 526

1615 11. Sept. —— Beneficia, quæ summam Ducatorum centum non excedunt, nulla graventur Pensione: in emolumentis autem non comprehendantur ea, quæ proveniunt ab exercitio curæ Animarum, si forte Funeralia assignantur alicui. *Congr. episc. apud* eund. *in d Manual. verb.* Beneficiorum Parochialium provisio, *n.* 57 527

1615. 16. Oct. —— Non conceditur licentia faciendi Cameras supra Ecclesiam, nisi ex urgentissima causa pro habitatione Curati, sive Rectoris, qui alibi comparare vel construere non potest propter angustiam, vel quid simile; *Congr. Episc. in Theanen. & alibi*: & tunc dummodo non sint super locum Ss. Sacramenti, nec super Altaria, nec fiant servitia parum decentia, *ead. Congr in Nullius Castelli Durantis, apud* Nicol. *in Lucubration tom. 1. lib. 4. tit. 15* de Interdictis, *num.* 27. 528

1615. 7. Nov. —— Curatus non debet dare licentiam generalem, ut quilibet Parochianus in ipso 529

die

die Paſchatis communicare poſſit in Eccleſia Regularium. *Congr. concil. in Cavallicen. apud* eund. *ibid. tom.2. lib.5. tit.38. num.2.*

1615. 12. Nov. —— Parochus Regularis non poteſt in canone nominare ſuperiorem ſuum Regularem, ut Antiſtitem. *Congr. Rit. apud* Gav. *in Theſauro Sacror. Rit. tom.1. par.2. tit.8 littera* n. *in fine*. 530

1615 2. Dec. —— Licentia alienandi data Rectori Eccleſiæ, tranſit in Succeſſorem, quia per mortem Pontificis licet expiret beneplacitum, ſecus tamen eſt poſt mortem partium, nam earum reſpectu eſt gratia facta, non facienda, licet ſecus ſit reſpectu Judicum, & exequutorum, quando eſt conditionalis, *ſi* in evidentem: & quando gratia eſt pura, Pontifex mandat exequi, non mandat fieri: atque adeo non expirat morte Papæ. *Rot. in Tranſonen. Servitii coram* Sacrato, *apud* Paſcucc. *in compend. ad conſult. canonic. Jac. Pignatel part.1. tit.* de Alienatione, *pag. mihi* 13. 531

1615. 11. Dec. —— Recto tramite ad Eccleſiam Regularium ſunt deferendi Defuncti. *Congreg. epiſc apud* Gavant. *in Manuali, verb.* Exequiæ, *num.25. & refert etiam* Lantuſca *in Theatro Regul. ſub eod. verb. num 6.* 532

1615. 11. Dec. —— Mulieres illæ, quæ conditiones in Bulla Aurea Pii V. contentas adimpleverint, & Habitum receperint, poſſunt, etiam invito, & minime requiſito Parocho, in Eccleſiis Fratrum ſepeliri. *Congregat. epiſc. apud* eund. *in d. Manuali, verb.* Tertiarii, *num.12. & refert etiam* Barboſ. *de poteſt. Parochi, part.3. c.26. num* 69. 533

1615 11. Dec. —— Sepeliendi ſunt in Eccleſiis Regularium ii, qui coram Teſtibus dumtaxat elegerunt Sepulturam ibidem. *Congregat. epiſc. apud* d. Gavant. *ibid. verb.* Sepultura; *num* 20. *& refert etiam* Mancin. *in Pract. viſitan. Infirm. in brevi tract. de Sepultura, dub.15.* 534

1616.

1616. 22. Jan. —— Possunt Regulares audire Confessiones Ægrotorum in eorum Domibus sine licentia Parochi, quem tamen monere debent de confessione audita. *Congreg. episc apud* Gavant. *in Manuali*, *verb.* Regularium Jura sub Episcopis, *in additione*, *num.* 3. ¶ Vide infra 1670. 21 Jun. 535

1616. 30. Jan. —— Clavis Hostiæ repositæ in Feria quinta Cænæ Dominicæ (regulariter) non est danda Laico quantumvis Nobili. *Congreg. Rit apud* eund. *in Thesauro Sacror. Rit. tom* 1. *part.* 4. *tit.* 8. *littera* t. & *refert etiam* Barbosa *de potest. Parochi*, *part.* 2. *cap.* 20. *num* 32. *ubi plures habentur etiam posteriores Decisiones*. 536

1616. 4. Mar. —— Episcopus prohibere non potest, ne quis sepeliatur in Parochiali absque sua licentia, licet repentina morte sublatus. *Congr. episc. in Gerunden & antea in Hydruntina* 1586. 10. *Jun.* & 1596. 16. *Jan. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 1. *lib.* 4. *tit* 15. de Interdictis, *num.* 18. 537

1616. 15. Mar. —— Quarta non debetur de Intortitiis, sive cæreis, quæ aliqua Confraternitas, vel Locus pius impendit de suo in sepeliendis Pauperibus gratis: neque illius ceræ residua possunt a Parocho prætendi, dummodo non subsit aliqua fraus. *Congreg. Episc in Firmana*, *apud* eund. *ibid num.* 26. & referunt etiam Barbosa *de potest Parochi*, *part.* 3. *cap.* 25. *num.* 40. ac Mancin. *in Pract. visitan Infirm in brevi tract. de Quar. funer. dub.* 16. 538

1616 22 Apr. —— Vicarius Episcopi nihil prorsus potest accipere pro laboribus in instruendo Processu, sive pro Decreto Dispensationis Matrimonialis. *Congreg. episc. apud.* Gavant. *in Manuali*, *verb.* Matrimonii impedimenta, *n.* 34 539

1616. 25. Jul. —— Etsi candelæ in die Purificationis distribuendæ sint juxta solitum, etiam quoad pondus, ubi tamen facultates Ecclesiæ non suppetunt, datur Episcopo facultas pondus diminuen- 540

nuendi. *Congr. Episcopor. in Orien. apud* Nicol. *in Floscul verb.* Candelæ, *num* 5.

1616. 29. Jul. —— Crux tantum Parochialis deferri debet regulariter in Exequiis, nisi probetur contraria consuetudo canonice præscripta. *Congr. Episcopor in Beren apud* eund. *ibid. verb* Sepultura, *num* 14. *& referunt etiam* Gavant *in Manuali*, *verb.* Exequiæ, *num. itid.* 14 *ac* Pascucc. *in compend. ad consult. canonic Jac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Processionibus, *pag mihi* 272. *ubi recentiorem refert Decisionem in Potentina* 1647. 14. *Jun.* 541

1616. 30 Jul. —— Canonici Cathedralis in Funeribus, & aliis Processionibus præcedunt proprio Parocho Cotta, & Stola induto. *Congregat. Rit in Ripana*, *& antea in Viterbien.* 16 1. 25. *Jun. apud* Barbos. *de potest Parochi*, *par.* 1. *cap.* 19. *n.* 1. *& de canonic. & Dignitatib. cap.* 18. *num* 59. 542

1616. 26 Aug. —— Nulla Confraternitas impediri debet, ne accedat ad Funera, dummodo nullum exinde sequatur Jurium Parochialium præjudicium; *Congregat. Episcopor. in Camerinen. apud* Nicol. *in Flosculi. verb.* Confraternitas, *n.* 21. 543

1616. 26. Aug. —— Regulares vocati ad Funera, conveniant ad Ecclesiam Parochialem, & inde cum Parocho ad Domum Defuncti: Si autem Cadaver est repositum in aliqua Ecclesia, ut inde transferatur alio, se conferant Regulares vocati ad eandem Ecclesiam, ubi est Cadaver. *Congregat. Episcopor. in Senogallien. apud* Pascucc. *in compend ad consult. canonic. Jac. Pignatel. par.* 1. *tit* de Funeribus, *pag.* 302. *& referunt etiam* Gav. *in Manuali*, *verb.* Regularium Jura sub Episcopis, *num.* 45. *&* 46. *ac* Barbosa *de potest. Parochi*, *par.* 3 *cap.* 26. *num.* 65. *nec non* Mancin. *in Pract. visitan Infirm. in brevi tract. de Sepultura*, *dub* 39. 544

1616. 21. Oct. —— Filius, & Filia minor, non obstante novo Rituali, sepeliendi sunt in Sepulchro Majorum in Ecclesia Fratrum. *Congregat. Episcopor. apud* Gavant. *in d. Manuali*, *verb.* Se- 545

pultura, *num.* 10. & *in additione*, *num.* 2 & referunt etiam Barbosa *loc. cit n.* 28. *nec* non d. Mancin. *ibid.* 18. *ubi* in Sepulchro Majorum, scilicet, ex parte Patris, qui si non habeat propriam Sepulturam, tunc in Sepulchro Avi, & hoc deficiente, in Sepultura aliorum Ascendentium, non vero in Sepulcho Majorum ex parte Matris, nomine enim Maiorum veniunt tantum Ascendentes ex parte Patris, *lege majorum*, *ff. de verb. signif.*

1616 21. Oct. —— Corpus Defuncti, quod præter ejus voluntatem, & non sine violentia in Ecclesia Cathedrali, vel ubi nequaquam de jure sepeliri debebat, sepultum fuit, inde exhumari debet, ut in Ecclesia, in qua Defunctus sepeliri reliquit, vel de jure sepeliendum erat, deponatur. *Congregat. Episcopor. in Asculana*, *apud* Mancin. *in Pract. visitan Infirm. pract.* 8. *dub* 25 ubi aliam refert Decisionem *Congreg. Rit. in Bisuntina* 1607. 21. *Julii*; & facit etiam *cap. ex par.* 1. & *seq. de Sepult.* 546

1616. 29. Oct. —— Congrua pro Curato ordinario taxatur duobus aureis, vel tribus scutis monetæ pro quolibet mense *Congregat. Episcopor. in Callien. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic. Jac Pignatel par.* 1. *tit.* de Congrua, *pag.* 204 *ubi ait*, *quod* pro Substituto Parochialis annui redditus tercentorum aureorum, non debet esse minor quinquaginta, nec major centum aureis pro quolibet anno, consideratis qualitatibus Personæ, temporis, & loci, nec non quantitate fructuum ipsius Parochialis, *ex. Congregat. Concil. in Asten.* 1585 28. *Oct.* juxta *Constitut Pii V. qua incipit* Ad exequendum: & *addit*, *quod* hæc Piana Constitutio intelligitur de Vicariis post concilium creatis, nec extenditur ad veteres, qui suos certos, & pinguiores redditus habent. 547

1616 19. Nov. —— Tempus Paschale potest extendi in longjus tempus ex Episcopi, aut Paro- 548

rochi dispensatione rationabili. *Congregat. concil. apud* Barbos. *de potest. Parochi, par 2. cap 20. n. 14.*

1616. 11. Dec —— Qui alicujus Religionis habitu induti moriuntur, sepeliendi sunt in Ecclesia, vel Cæmeterio illarum Religionum, quarum habitum assumpserunt, licet sint sæculares; si Habitum hujusmodi a Superiore ejusdem Religionis, vel Conventus quis obtinuerit, præmonueritque Superior Parochum, quod Cadaver illud propter hujusmodi assumptionem Habitus in Ecclesia Religionis illius tumulari debet. *Congregat. episcopor. pro Reformatis Fiani Nepesina Diœcesis* juxta *Bullam Auream Pii V apud* Nicol. *in Lucubrationib. tom. 1. lib. 4 tit. 15.* de Interdictis, *num. 24.* 549

1616. 20 Dec. —— Tertiariis de Pænitentia, vel Pizzocheris vocatis non est administrandum Sacramentum Pænitentiæ a Regularibus ab Ordinario non approbatis, neque ab iisdem administranda Eucharistia in die Sancto Paschatis. *Congregat. concil. in Rossaten. apud* Ascan. Tamburin. *de Jure Abbatiss. disput. 7. quæsito 3. num 4.* ex Piasecc. *in Prax. Episc. par. 2. cap. 3. num. 52.* 550

1616. 20. Dec —— Fratres Tertiarii Collegialiter viventes, seu cum Claustralibus habitantes, exempti sunt ab Ordinario quoad Sepulturam, & alia Privilegia. *Congreg. concil in d. Rossaten. apud* eund. *ibidem, num. 7.* 551

1616. 20 Dec. —— Si contingat aliquas ex Tertiariis expresso Castitatis voto etiam Domi habitantibus suæ sine Sepulturæ electione decedere, sepeliantur in communi earum Sepulchro, si reperiatur; sin minus, in Ecclesiis Parochialibus. *Congreg. concil. in d. Rossaten. apud* eund. *ibid* 552

1617. 10 Jan —— Consensus solius Rectoris sufficit, ut in ejus Ecclesia sæculari possint Regulares celebrare. *Congr. Episcopor. apud* Barbos. *de potest. Parochi, p. 1. c. 11. n. 52. & refert etiam* Gav. *in Manuali, verb.* Regularium Jura sub Episc. *n. 29.* 553

1617. 24. Jan. —— Vicecuratus non tenetur ad residentiam ex Edicto, quod fit ad Curatos. *Congr. Episcopor. apud* d. Gavant. *ibid verb.* Parochorum residentia, *num* 36 554

1617 31. Jan. —— Parochus deducet funus usque ad Ecclesiam Regularium, in qua Regulares Officium circa Cadaver peragent, nisi contraria adsit consuetudo *Congregat. Episcopor. apud* eund *ibid. verb.* Exequiæ, *num.* 26. 555

1617. 7. Mar. —— Licentia alloquendi Moniales Regularibus subjectas danda est in Diæcesi a Vicario deputando, sed Superior Regularis primo loco subscribat: Idem servetur in licentiis ingrediendi Monasteria, sed si casus fuerit repentinus; sufficiet alterutrius subscriptio. *Congr. Episcopor apud* Gavant. *in Manuali, verb.* Licentia, *n.* 7 *&* 8. 556

1617 11. Mar. —— Decimæ pertinentes ad Ecclesiam Matricem non transeunt ipso jure in Parochialem Ecclesiam noviter erectam, sed remanent apud Matricem, nisi eas Episcopus novo Parocho assignaverit ad præscriptum Concilii Tridentini. *Congregat. concil apud* eund. *ibid. verb* Decimæ, *in additione, num.* 3 *& referunt etiam* Barbosa *de potest. Parochi, par.* 3 *cap.* 28. §. 2. *n.* 19 *in fine*, & Engel *in Manuali Parochor. par* 1 *cap.* 2. *num* 2. *vers.* Noto secundo 557

1617 8. Apr. —— Prohibitio innovandi contra Parochum exemptum non impedit executionem Decretorum Visitationis pro conservatione, & administratione Sacramentorum, ac pro bono Parochialis regimine *Congregat. episcopor. in Telesina, apud* Nicol. *in Floscul. verb* Exemptio, *num.* 16. 558

1617. 5. Maii. —— Sepultura non debet retardari sub quovis prætextu compositionis Quartæ Funeralis. *Congregat. Episcopor. in Cassanen. apud* Mancin. *in Pract. visitan. Infirm. ultim. additione, dub.* 4. *& referunt etiam* Barbosa *de potest.* Paro- 559

rochi, *par.* 3. *cap.* 26. *num.* 55. *ac* Gavant. *in Manuali*, *verb.* Sepultura, *in additione*, *num.* 6. *nec non* Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Exequiæ *num* 1

1617. 5. Maii. —— Regulariter Archipresbytero, sive Curato solvenda est duplex merces, quam sit ea, quæ solvitur singulis Presbyteris ordinariis, *Congregat. Episcopor. in d. Cassanen. apud* Pascucc. *in compend. ad consult. canonic. Jac Pignatel. par.* 2. *tit.* de Sepulturæ electione, *pag. mihi* 395. 560

1617. 5. Maii. —— Hæredes Defunctorum possunt vocare numerum Sacerdotum sibi bene visum, & ceram pro libito dare. *Congr Episcopor. in d Cassanen. apud* eund. *par.* 1. *tit.* de Funeribus, *pag.* 302. & *referunt etiam* Barbosa *de potest. Parochi*, *par.* 3. *cap.* 26. *num.* 57. *ac* Mancin. *in Pract. visitan. Infirm. in ult. addit. dub* 29 *nec non* Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Exequiæ, *num.* 3. 561

1617. 5. Maii. —— Pauperum Cadavera gratis sepeliantur. *Congregat. Episcopor. in d Cassanen. apud* Nicol. *in Flosful. verb.* Sepultura, *num.* 21. & *referunt etiam* Mancin. *loc. cit. dub.* 3. & Barbosa *ibid. num.* 83 *nec non* Gavant. *in Manuali*, *verb.* Exequiæ, *num.* 48 562

1617. 12. Maii. —— Quando Fructus Beneficii Ruralis non excedant rubium annuum tritici, Rector Beneficii translati non est compellendus, nisi ad privare celebrandum semel in Anno in Altari Matricis, vel Parochialis, ad quod translatum fuit Beneficium. *Congregat. Episcopor. in Trivolen. apud* d. Nicol *ibid. verb.* Beneficium Ecclesiasticum, *num.* 53. 563

1617. 12. Maii. —— Non possunt molestari pro negotiis illicitis Ecclesiastici, qui emunt frondes Morarum, seu Celsorum pro Serico; *Congreg. Episcopor. in Militen.* imo Clerici possunt ex urgenti, & præcisa necessitate frondes Celsorum emere, easque subministrare pro alimento Vermiculorum ad participandum de Serico: & si- 564

militer subministrare triticum seminandum ad participandum de messe, *Congr. conc. apud* Pascuc. *in compend. ad consult. canonic. Jac Pignatel. par.* 1. *tit.* de Immunitate Ecclesiastica ; *pag.* 376.

1617 27. Maii : —— Parochi non debent plus recipere pro tumulandis exteris ; quam Civibus . *Congreg. concil. apud* Mancin. *in Pract. visitan. Instr. in ult. additione* ; *dub.* 2. *& referunt etiam* Barbosa *de potest. Parochi* ; *par.* 3. *cap.* 26. *num.* 83. *nec non* Gavant. *in Manuali* , *verb.* Exequiæ , *in additione* , *num.* 17. ¶ Hoc novissime firmavit *Congregat. Episcopor.* 1640 25. *Maii* ; 1646 31. *Martii*, 1653. 20. *Junii* ; & 1654. *Jul. apud* Nicol *in Floscul. verb.* Sepultura , *num.* 22 565

1617. 17. Jun. —— Decretum Sacri Concilii Tridentini *cap.* 1 *sess.* 24. *de reform Matrim.* ligat etiam Hæreticos , si in eorum Parochia publicatum fuerit : *Congr. Conc. in Tricaricen. apud* Pascucc. *par.* 2 *tit.* de Matrimonio ; *pag. ibi* 30. 566

1617. 15. Jul. —— Ad Dignitates , & Canonicos Cathedralis , si adsint ; spectat assistere Episcopo Pontificaliter celebranti ; etiam in Ecclesia Collegiata ; vel Parochiali ; non autem ad Canonicos Collegiatæ ; vel Presbyteros Parochialium , etiamsi numerus alioquin sufficiens sit Presbyterorum . *Congregat Rit. in Brundusina*, & *antea in Bononien.* 1602. 20. *Apr. apud* Barbos. *de Canonic. & Dignitatib. cap.* 33. *num* 11. & *refert etiam citat.* Pascucc. *d. par.* 2. *tit.* de Ritibus ; *p.* 366. *ad IV.* 567

1617. 11. Aug. —— Tempore Pestis concedi debet omnibus Religiosis facultas Sacramenta administrandi *Congregat. Episcopor. in Atrebaten. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Pestis ; *num.* 1. 568

1617. 11 Aug. —— Si veræ Inimicitiæ ; sint post obtentam Parochialem sine culpa Parochi ortæ , potest ab Ordinario dari dilatio ; ut in alio loco viciniori ; ac tutiori maneat ; durantibus ipsis Inimicitiis : item non ultra annum durent : intea 569

rea autem idoneus Vicarius in Parochiali ab ipso Ordinario ponatur, eique congrua portio assignetur ex redditibus ipsius Parochialis. *Congr. concil. in Sagonen in Corsica*, *apud* Pascucc. *in Compend ad consult. canonic. Jac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Vicario, *pag. mihi* 419.

1617. 11 Aug. —— Si Parochus absit per octo menses, & postea hoc non expresso, obtineat licentiam absentiæ per tres menses, hujusmodi licentia est subreptitia, & nulla. *Congr. concil in d. Sagonen. apud* eund. *ibid. & refert etiam* Nicol. *in Lucubrationib tom.* 2. *lib.* 3. *tit.* 4. *num.* 26. 570

1617. 14 Sept. —— Potest ministrari Eucharistia Reis S Officii, qui facta suorum criminum confessione, nondum tamen publicata sententia, in mortis periculum constituuntur, si illam petant per modum Viatici, & signa pænitentiæ ostendant. *Congr. Inquisit. apud* Pascucc. *par.* 1. *tit.* de Eucharistia, *pag.* 286. 571

1617 17. Sept. —— Prohiberi non potest, ne Cadaver sepeliatur occasione Juris Sepulturæ, cum nulla ratio patiatur, christianæque pietati repugnans videatur (maxime vero ob pecuniarum interesse) cadaver insepultum remanere. *Congr. Episcopor. in Crotonien. apud* Nicol *in Floscul. verb* Sepultura, *num* 8 572

1617. 18. Nov —— Pro tempore absentiæ permisso sufficit licentia petita, licet non obtenta *Congr Concil. in Mediolanen. apud eund. ibidem verb* Absens, *num.* 3. 573

1617 24 Nov. —— Canonici Animarum curam exercentes, quæ illi Ecclesiæ, cujus sunt canonici, imminet, gaudent Distributionibus in actu exercendi parochialia. *Congr Episcopor. apud* Gavant. *in Manuali*, *verb.* Canonicorum Distributiones, *num.* 15 574

1617. 24. Nov. —— Clerus Sæcularis postquam Christi fidelium cadavera in Fratrum Religiosorum Ecclesiis sepelienda associaverit, in eisdem 575

Ecclesiis super hujusmodi Cadaveribus Officium Defunctorum cum Stola, & Pluviali, Psalmos, Responsoria, aliasque Preces, & Orationes recitare, aut psallere non potest, sed ab ipsis Fratribus dumtaxat hęc omnia peragenda sunt. *Congr. Episcopr. in Turritana, apud* Pascucc. *in Compend ad consult. canonic Jac. Pignatel. par. 1 tit.* de Funeribus, *pag. mihi* 300.

1617 22. Dec. —— Non valet Matrimonium coram Vicario Parochi amovibili, nondum approbato ab Episcopo. *Congr. episcopor apud* Gavant. *in Manuali, verb.* Matrimonii celebratio, *n.* 42 576

1618. 19. Jan. —— Qui practicas faciunt ad Beneficia antequàm vacent; non sunt excommunicandi. *Congregat Episcopor in Melphiten. apud* eund. *ibid. verb.* Excommunicatio, *num* 38. *& refert etiam* Pascucc *par* 1 *tit* de Jurepatronatus, *p.* 593. 577

1618. 5. Maii. —— Sacerdotes tam Sæculares, quam Regulares possunt benedicere Fornaces, & similia, non tamen solemniter, ut faciunt Parochi. *Congregat. concil. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Parochus, *num.* 17. 578

1618. 25. Maii. —— Curati Regulares debent refectionem dare aliis Curatis, quando conferentia casuum conscientiæ fit in eorum cura, sicuti faciunt in suis curis curati sæculares. *Congr Episcopor. in una Olivetanorum, apud* eund. *ibid. verb* Casus conscientiæ, *num* 4. *ubi quod* cogi possunt ab Episcopo, prout censuit *ead Congr. in Patavina* 1604 3. *Febr.* 579

1618. 2. Jun. —— In Festo Ss. Corporis Christi non est deferenda in Processione Eucharistia Sacerdotum humeris, sed Celebrantis manibus *Congr. Rit apud* Gav. *in Thesauro Sacror. Rit. tom* 1 *par.* 4 *tit.* 12. *num.* 4 *& refert etiam* Barbosa *de potest Parochi, par.* 2 *cap.* 20 *num.* 50. 580

1618. 5 Jun. —— Clericus conjugatus nedum incapax est Beneficii Ecclesiastici, verum etiam Pensionis. *Rota in Hydruntina Pensionis coram* Coc- 581

Coccino, *& antea in Toluren itid. Pensionis* 1600. 15. *Dec. coram* Sacrato, *apud* Corrad. *in Praxi Benefic. lib.1. cap.5. num.*121.

1618. 14. Aug. —— Parochus non habet locum in Funeribus a Canonicis Collegiatæ simplicis, licet habuisset ante ejus erectionem. *Congr. Rit. apud* Barbosa *de potest. Parochi, part* 1. *cap.* 9. *num* 9. 582

1618. 18. Aug. —— Cathedralis præcedit Collegiatæ in associandis Funeribus Defunctorum propriæ ipsius Collegiatæ Parochiæ. *Congreg Rit. in Praenestina Cavarum apud* eund. *de canonic. & Dignitatib cap.*18. *n.*51. *ubi etiam quod* hæc Præcedentia competit eidem Cathedrali etiam in Synodo, *ex Rota in Cæsaraugustana Synodi* 1626. 13. *Febr. coram* Coccino. 583

1618. 18. Dec —— Parochus impedire non potest alteri Parocho, ne faciat Processiones in propria Parochia *Rota in Cæsaraug. Dedicat. coram* Manzanedo, *apud* Pascucc. *in compend ad consult. canonic. Jac. Pignatel. part.*2 *tit* de Processionibus, *pag.* 273. *ubi quod* quilibet Parochus habet jus ad omnia Parochialia exercenda in sua Parochia, quorum unum est Processiones facere: & qui attentat impedire Processiones, attentat ipsum privare proprio jure, facit contra justitiam, & incurrit Excommunicationem Papæ reservatam in Bulla Cænæ, & in Tridentino *sess.*22. *cap* 11. *de reform.* 584

1619. 8 Jan —— Matrimonium quocumque tempore coram Parocho contrahi potest, sed temporibus comprehensis in Decreto Tridentini *c.*10. *sess.*24. *de reform. Matrim.* scilicet, ab Adventu Domini Nostri Jesu Christi usque ad diem Epiphaniæ, & a Feria quarta Cinerum usque ad Octavam Paschatis, Nuptiarum solemnitates, Convivia, traductiones ad Domum, & carnalis copula prohibentur. *Congr. concil. apud* eund. *ibid. tit.* de Matrimonio, *pag.* 32. *ubi alia praceden-* 585

dentes Decisiones in Mantuana, Interamnensi, Leodiensi, & Veronensi.

1619. 12 Jan. — Licet Parochus amovibilis sit examinandus, & approbandus ab Episcopo, non tamen requiritur concursus, nec Examinatores Synodales. *Congreg concil apud* Nicol. *in Flosc ul. verb* Parochus, *num.* 7. 586

1619. 27 Jan. — Matrimonia contracta a Græcis post susceptos Ordines Sacros, etiam attenta consuetudine, sunt irrita, prout Sanctissimus mandavit scribi Nuncio Apostolico, ut moneret, & doceret Metropolitam Chioviæ prætendentem non esse invalida, sicuti habet Pascucc. *in compend. ad consult. canonic.* Jac. Pignatel. *par* 2. *tit.* de Matrimonio, *pag mihi* 40. 587

1619. 23. Februar — Etiamsi Collegiata habeat omnimodam præcedentiam supra Matricem, non tamen potest prius pulsare campanas in Sabbato Sancto. *Congr. Rit. apud* Gavant. *in Manual. verb.* Campanæ, *in additione*, *num.* 2. 588

1619. 5 Mar. — Ne a Domibus vicinis pateat Fenestra in Ecclesiam *Congreg. episc. apud* eund. *ibid. verb.* Ecclesia, *num* 27 589

1619 16. Mar. — Carens oculo dextro, si ex dispensatione celebret, admittendus est ad Beneficiorum concursum. *Congreg. episc. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Concursus, *in fine*. 590

1619. 19 Mar. — Canonicus curatus potest eligi in Vicarium Generalem, Sede vacante. *Congr. episc. apud* Gavant. *in Manuali*, *verb.* Capitulum Sede vacante *num.* 8. nam contrariæ Decisiones intelliguntur de Parocho Rurali, ex Barbos *de canon. & Dignit cap. ult. num.* 38. & Monacel *par.* 1. *tit.* 10. *form.* 18. *num.* 5. 591

1619. 23. Mar. — Si deponantur Defuncti in Parochiali, ut inde transferantur ad Ecclesiam Regularium, in qua elegerunt Sepulturam, nihil debetur Ecclesiæ Parochiali, exceptis Juribus Parochialibus. *Congregat. Rit. apud* Barbosa *de offic.* 592

offic. & potest. Parochi, part. 3 cap. 26. num. 56. in fine.

1619 2. Maji. —— Ecclesia Parochialis extra Civitatem tenetur quidem celebrare Dedicationem Ecclesiæ Cathedralis, sed sine Octava. *Congr. Rit. apud* Gavant. *in Manuali, verb.* Ecclesiæ consecratio, *num.* 18. 593

1619. 25. Maji. —— Ubi fieri potest, removeri debet Parochia de Ecclesiis Monialium. *Congr. episc. in una Camaldulensium de Pisis, apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Parochus, *num.* 58. *ubi quod* si removeri non potest, caveat Parochus, ne claves Ecclesiæ exterioris alicui consignet, *ex ead. congr. in Bononien.* 1617. 15. *Sept.* 594

1619. 7. Jun. —— Quotiescumque Mulieres, quæ cum clericis cohabitare permittuntur, sunt aliquo modo suspectæ, non tantum Famulæ, sed etsi consanguineæ sint, separandæ sunt, & arcendæ ab illorum Domibus, quamvis sint senilis ætatis. *Congr. episc in Ferrarien. in qua Famula erat ætatis annorum sexaginta sex, & antea in Senogallien.* 15. *Febr. ejusd. anni, apud* Monacel. *in Formul. leg. pract. part.* 1. *tit.* 6 *form.* 2. *num.* 2. 595

1619. 25. Jun —— Qui Sponsalia contrahit cum Muliere inhonesta, non potest a Consanguineis impediri, ne Matrimonium contrahat. *Congr episc. in Recineten. apud* eund. *par.* 2. *tit.* 16. *form.* 2 *n.* 30. 596

1619. 5. Jul. —— Matrimonia ministranda sunt gratis, prout resolvit *Congregat Episcopor. apud* Gavant. *in Manuali, verb.* Matrimonii celebratio, *num* 12. 597

1619. 19. Jul. —— Excommunicatum notorium sepeliant Parochi in Ecclesia, si pænitentiæ signa dederit in articulo mortis. *Congregat episcopor. apud* Barbos. *de offic. & potest. Parochi, part* 3 *cap.* 26 *num.* 40. 598

1619 19. Jul. —— Parochus Ruralis non potest esse Vicarius Capituli: Parochus autem de Civitate, qui sit Doctor, eligi potest. *Congr. episc. apud* 599

apud Gavant. *in Manuali*, *verb.* Capitulum Sede vacante, *in addit. num* 1.

1619. 19. Aug. —— Ecclesia Collegiata Parochialis debet conservare Sanctissimum Sacramentum pro servitio suæ Parochiæ, neque ipsi tenetur illud subministrare Ecclesia Cathedralis. *Congr. Rit. in Tuscanen. apud* Pascucc. *in compend. ad consult canonic. Jac. Pignatel. part.* 2. *tit.* de Parocho, *pag. mihi* 199. *ad IV.* 600

1619. 27. Sept. —— Curati Religionis Hierosolymitanæ tenentur ad exponendas quadraginta Horas per turnum. *Congreg. Episcop. apud* Nicol. *in Floscul. verb* Hierosolymitani, *num.* 9. 601

1619 23 Nov. —— Non possunt Regulares in Sabbato Sancto benedicere Domos Laicorum. *Congregat. concil. apud* Gavant *in Manuali*, *verb.* Regularium Jura sub Episcopis, *in addit. n.* 5. *ex* Barbosa *de potest. Parochi*, *cap.* 12. *num* 11. 602

1620. 14. Jan. —— Ad evitandas discordias, quæ frequenter oriri solent in repartitione fructuum inter Resignantem, & Resignatarium, potest fieri liquidatio in aliqua certa summa, quæ etiam in damnum Resignantis redundare æque potest, etiamsi liquidatio hujusmodi excederet fructus debitos Resignanti, dummodo illos excederet in modica quantitate, quæ non habetur in consideratione. *Rota in una Civitatis Plebis pratensæ Simoniæ coram* Buratto, *apud* Antonell. *de regim. Eccles. Episc. lib.* 3. *cap.* 10 *num* 21. *ex* Franc. Ripa *post suum tract. de Simon.* 603

1620. 21 Jan. —— Mulierum Confessiones post crepusculum vespertinum, & ante Auroram non sunt audiendæ sine necessitate. *Congreg. episc. in Patavina*, *apud* Nicol. *in Floscul. verb* Confessarius, *num* 22. 604

1620. 21. Febr. —— Tempore Jubilæi prohiberi non debet ab Episcopo, ne quis confessarius audiat Confessiones extra Parochialem. *Congregat. conc. in Clusina, apud* eund. *ibid. verb.* Jubilæum, *n.* 4. 605

1620. 4. April. —— Parochus non habet locum in Synodo, neque in Processione a Canonicis Collegiatæ etiam simplicis. *Congr. Rit. apud* Gavant. *in Manuali Episc. verb.* Præcedentia, *in addit. num* 26. 605

1620. 11. April. —— Parochus, qui lumen oculorum amisit, tenetur nihilominus residere. *Cong concil. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Cæcus, *n.* 4 *in fine*. 606

1620 28 Apr. —— Quando Concilium Tridentinum *sess.* 7. *cap.* 8 & *sess.* 25. *cap.* 16. tractat. de Visitatione Parochialium exemptarum, non habet locum in Regularibus, in quibus Animarum curam exercent Fratres ipsi *Congreg. concil in Asten apud* eund. *ibid. verb* Parochus, *n.* 9. 607

1620. 30. Jun. —— Vicarius Foraneus nullam habet præcedentiam super alios ipso antiquiores in Clero, ratione hujus Officii *Congr, Rit. apud* Gavant. *in Manuali*, *verb.* Vicarius Foraneus, *num* 5 ¶ Excipe quæ supra diximus 1603 20. Dec. 608

1620. 2 Jul. —— Possunt Regulares in suis Ecclesiis Dies Festos, & Jejunia annunciare ad Altare inter Missæ celebrationem. *Congreg. concil. in Bononien apud* Peyrin. *de Privileg Regular. tom.* 2 *circa constitut* 7. *Pii V* §. 10. *ad* I. & *referunt etiam* Lantusca *in Theatro Regular. verb* Declaratio, *ac etiam* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom.* 1. *c.* 9. *num* 17. *nec non* Gavant. *in Manuali*, *verb.* Regularium Jura sub Episcopis, *in additione*, *num.* 7. *ubi ait*, posse Regulares prædicta annunciare, licet antea Congregatio Episcoporum anno 1603 15. Dec limitasset, cum licentia Episcopi id fieri licere, ex Barbosa *de potest. Parochi*, *part* 1. *c.* 16. *num.* 26. ¶ Hoc Decretum derogat alteri antea edito 1603. 30 Apr *apud* Nicol. *in Flescul. verb.* Festum, *num* 8. 609

1620. 2. Jul. —— Possunt prædicti Regulares colligere Oblationes, & Pacem dare Populo inter Missarum solemnia, dummodo a perambulationi- 610

nibus per Ecclesiam, ac similibus eleemosynarum extorsionibus abstineant. *Congr. concil. in d. Bononien. apud* eosd. *ibid. ad II & referunt etiam* Barbosa *de potest. Parochi*, *part. 1. cap. 11. num. 22.* ac Engel *in Manuali Parochor. part. 4. cap. 2 n 10*

1620. 2. Jul. —— Non tamen possunt iidem Regulares deferre Pluviale, vel Stolam extra Ecclesiam, vel Claustrum. *Congr. concil. in d. Bononien apud* eosd. *ibid. ad III. & refert etiam* Pascucc. *in compend ad consult. canonic. Jac Pignatel. part. 2. tit.* de Processionibus, *pag. mihi* 273. ¶ Vide tamen infra 1699. 21. *Mar.* 611

1620 2. Jul. —— Vocati ad Sepulturam alicujus Defuncti, debent ad Ecclesiam Parochialem accedere, ubi clerus congregari consuevit, non vero expectare in via. *Congr. concil. in d. Bononien. apud* eosd *ibid. ad IV.* 612

1620. 2. Jul. —— Prohiberi non potest, quod minus Missa in Ecclesiis Regularium celebretur ante Missam Parochialis Ecclesiæ. *Congr. concil. in d Bononien. apud* eosd *ibid. ad V.* 613

1620. 2. Jul. —— Inter Missæ celebrationem non possunt dicti Regulares publicare Matrimonia. *Congr. concil, in d. Bononien. apud* eosd. *ibid. ad VI & refert etiam* Barbosa *de potest. Parochi*, *part 2 cap. 21. num 16.* 614

1620. 2. Jul. —— Possunt tamen iidem Regulares in propriis Ecclesiis eo tempore concionari, quo fit concio in Ecclesia Parochiali, petita tamen ab Episcopo Benedictione. *Congreg. concil. in d Bononien. apud* eosd. *ibid. ad VII.* 615

1620 2. Jul. —— Non licet Regularibus Processiones facere extra Ecclesias, & ambitum illarum. *Congreg. concil. in d. Bononien. apud* eosd *ibid. ad VIII & refert etiam* Barbosa *de potest. Parochi*, *part. 1. cap. 12 num 13. in fine* ¶ Vide tamen infra 1628. 26. Febr. 616

1620 2. Jul —— Non est illis prohibitum, in propriis Ecclesiis Mulieres post Partum ad Purificatio- 617

tionem admittere. *Congreg. concil. in d. Bononien. apud* eosd. *ibid. ad* IX. ¶ Notandum tamen, quod ab hoc Decreto recessit *ead. Congreg in Antuerp.* 1662. 19. *Nov. apud* Pignatell. *tom.* 5. *Consult.* 76. *num.* 17. & huic ultimæ resolutioni famulatur alia novissima Sacræ Congregationis Visitationis Apostolicæ, in qua, articulo Partibus informantibus plene discusso, decisum fuit, Benedictionem Puerperarum spectare privative ad Parochum, ut *in Romana Jurium Parochialium* 1698. 23 *Jan. & antea in ead.* 1695. 15. *Sept. apud* Monacel. *in Formul leg. pract. part.* 1. *tit.* 10. *form.* 18. *num.* 11. & 12.

1620. 2. Jul. —— Regulares extra Claustra decedentes possunt ad eorum Ecclesias deferri, etiam 618
Parochis inconsultis. *Congr. concil. in d. Bononien. apud* eosd. *ibid. ad* X. & *referunt etiam* Barbosa *de potest Parochi, part.* 3. *cap* 26 *num.* 68. & Mancin *in Pract. visitan Infirm. in brevi tract. de Sepultura, dub* 9.

1620. 2. Jul —— Non possunt Regulares ducere 619
Funus Superiorum, vel Magistrorum, aut Theologorum per Parochias Civitatis, & per Plateas cum pompa. *Congreg. concil. in d. Bononien. apud* eosdem, *ibidem, ad* XI

1620. 2. Jul —— Possunt dicti Regulares colligere 620
a Laicis fructus Agrorum in eleemosynam, antequam Curatus suas collegerit Primitias. *Congr. concil. in d. Bononien apud* eosd *ibid. ad* XIII. & *refert etiam* Barbosa *de potest. Parochi, part.* 3. *c.* 27 *num.* 11.

1620. 2 Jul. —— Non possunt iidem Regulares be- 621
nedicere Domos Diæcesis in Hebdomada Sancta. *Congr concil. in d. Bononien. apud* eosd. *ibid. ad* XII. & *refert etiam* Barbosa *de Paroch. part.* 1, *cap.* 12. *num.* 12

1620. 11. Jul. —— Matrimonium rite, & recte 622
informa concilii Tridentini contractum, extra tamen Ecclesiam Parochialem celebratum, vali-

dum

dum est. *Congreg. concil. in Eduen. apud* Pascucc. *in compend. ad consult. canonic. Jac.Pignatel. par.2 tit.* de Matrimonio, *pag. mihi* 29.

1620. 8. Aug. —— Etsi Decreto Concilii *cap.* 11. *sess.* 25. *de Regular.* tributa sit Episcopo facultas Ecclesiam curatam unitam Monasterio (in qua exercetur cura per Monachum) visitandi quoad curam Animarum, & Sacramentorum administrationem, non tamen idem Decretum obstat Abbati, quo minus & ipse possit illam visitare in his quoque, quæ Curam eandem, & administrationem concernunt. *Congr. concil. in Brixien. apud* Nicol. *in Lucubration. tom.* 2. *lib.* 3. *tit.* 39. *num.* 4. 623

1620. 1. Sept. —— In Parochiis Religionis Hierosolymitanæ, in quibus Populus habet jus eligendi, sive nominandi Parochum, examen & approbatio spectat ad Episcopum, sola institutio ad Priorem. *Congr. episc in Messanen apud* eund. *in Floscul. verb* Hierosolymitani, *num.*8. 624

1620. 7. Sept —— Non valet Matrimonium coram Sacerdote dicente se habere licentiam a proprio Parocho, si revera licentia non est vera *Congr. concil. apud* Barbos. *de potest. Parochi, part.* 2. *cap.* 21. *num.* 77. 625

1620. 22. Sept. —— Si Regulares præsentent Curatum idoneum pro suis Ecclesiis curam Animarum habentibus, Episcopus debet illum admittere, dummodo, si degere debeat extra claustra, secum habeat Socium ejusdem Ordinis. *Congreg. Episcopor in una Cistercienfium, apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Cura Animarum, *num.*12. 626

1621. 20. Mar. —— Parocho concionanti non tenetur Universitas dare aliquid, quod dari solet aliis Concionatoribus. *Congregat. concil. in Vest. apud* Barbosa *de Offic. & potest. Parochi, part.* 1. *cap.*14. *num.* 7. 627

1621. 6. Jun. —— Ad Matrimonium ministrandum Parochus Habitationis est necessarius. *Decisum* 628

cisum refert Barbosa *allegat.* 32. *citatus a* Gavant. *in manuali Episcopor. verb.* Matrimonii celebratio, *num.* 35.

1621. 26 Jun. —— Si Cura Animarum incumbat Capitulo Cathedralis, atque a Canonicis per turnum exerceatur, non potest hujusmodi Canonicatum suscipere qui vigesimum quintum ætatis annum non attigerit: & tenetur, justo impedimento cessante, infra annum ad Sacerdotium promoveri, & Congregationibus casuum Conscientiæ interesse adinstar aliorum Curam Animarum habentium: hujusmodi autem Canonici non examinantur ad Curam, cum admittuntur ad canonicatus, sed cum datur eis facultas audiendi Confessiones *Congr. concil. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Cura Animarum, *num.* 1. *& in Lucubrationib. tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 14. *num.* 4. 630

1621. 3. Aug. —— Si Parochi in die Funeris data sit sola candelarum, & facum quarta, & deinde sequenti die solemniori pompa, magno scilicet adhibito Religiosorum, Confraternitatum, & Presbyterorum numero in alia Ecclesia, ubi Mortuus Sepulturæ mandatus fuerat hesterna die, pro ejus Anima solemnis Missa cantetur, cum distributione candelarum, & intorticeorum in majori quantitate diei præcedentis, debetur quarta Parocho ex Funeribus secundo loco factis. *Congregat. Episcopor. apud* Pascucc. *in compend. ad consultat. canonic Jac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Funeribus, *pag.* 311. *ubi etiam quod* hoc desumitur ex *cap. fin. de testam.* & hanc Doctrinam sequuta est Rota *in Casalen. Quartæ Funeralis* 1660 18. *Jun. coram* Carpineo, *ubi firmatur, quod* ad hunc effectum non attenditur absolute præsentia Cadaveris, sed occasio Oblationum, ex quibus, si in memoriam funebrem tendant, quarta debetur usque ad trigesimum diem: idque licet animus fraudandi non intervenerit, nam fraus in proposito non contingit ex machinatione, sed 631

ex ipso damno, *l.* 1. §. *Si quis, ff si quid in fraudem* ¶ Prædictam Sacræ Congregationis Decisionem referunt etiam Antonell *de regim. Eccles Episc lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 5. & Barbosa *de potest Parochi, par.* 3. *cap.* 25. *num.* 38. ac Mancin. *in Pract. Visitan. Infirm. in brevi tract de Quar. funer. dub.* 1.

1621. 1. Oct. —— Non est supprimenda Parochialis ab Ordinario, ut erigatur in Beneficium simplex. *Congr. Episcopor. in Camerinen. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Parochus, *num.* 37. 632

1622 5. Febr. —— Tam Regulares, quam Sæculares quomodolibet exempti, sive Animarum Curam Personarum sæcularium, Monasteriis, seu Domibus Regularibus, aut quibusvis aliis Ecclesiis, vel Beneficiis sive Regularibus, sive Sæcularibus incumbentem exerceant: sive alias Ecclesiastica Sacramenta, aut unum ex illis ministrent, prævia Episcopi licentia, & approbatione: sive quoquo modo in dictæ Curæ exercitio, aut in eorumdem Sacramentorum, vel alicujus ex illis administratione, de facto, absque ulla auctoritate se ingerant; in his, quæ hujusmodi curam, seu administrationem concernunt, omnimodæ jurisdictioni, visitationi, & correctioni Diæcesani Episcopi tanquam Sedis Apostolicæ delegati plene in omnibus subjiciantur. *Gregorius XV. apud* Cherubin. *in Bullar. tom.* 3. *Constitut* 18. *quæ incipit* Inscrutabili, *& referunt etiam*] Ascan. Tamburin. *de Jure Abbat. tom* 1. *disput.* 15. *quæst.* 7. *num.* 51. Peyrin. *de Privileg. Regular. pag. mihi* 257. *ac* Monacel *in Formular. leg. pract. in fine* 1. *partis, pag.* 428. 633

1622. 12 Febr —— Beneficia Curata, ne quidem habitu tantum, non possunt Seminario uniri. *Congr. concil. in Mileten, apud* Nicol. *in Lucubrationib. tom.* 2. *lib.* 3 *tit.* 5. *ad* XXII. *& refert etiam* Pascuc. *in compend. ad consult. canon. Jac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Seminario, *pag.* 388. 634

1622.

1622, 19. Febr. —— In Feria sexta in Parasceve non est administranda Eucharistia, nisi Infirmis. *Congreg. Rit. apud* Gavant. *in Thesauro Sacror. Rit. tom. 1. part. 4 tit. 9 num 25. & referunt etiam* Mancin. *in Pract. visitan. Infirm. pract. 8. dub. 23. ac* Nicol. *in Floscul. verb.* Eucharistia, *num. 7. ubi reiicit sententiam* Dianæ 4. *tr.* 4. *res.* 237. & 6. *tract.* 6. *res.* 19. 635

1622 3. Mar —— Ob distantiam Parochialium Ecclesiarum conceditur ex Brevi Apostolico Capellanis existentibus in Triremibus, ut in Scopulis, vel in Littore Maris super Altari portatili Missam celebrando, possint Infirmis Sacrum Viaticum ministrare, & in eisdem deferre Oleum Sanctum: Utrumque concessum Triremibus Januensibus refert Pascucc. *par. 1. tit.* de Eucharistia, *pag mihi* 286. 636

1622. 16. Apr. —— Patrimonium Clerici alienari non potest, sine licentia Episcopi, etiamsi in ejus locum subrogetur Beneficium. *Congregat concil apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 2. tit* 14. *form.* 5. *num.* 6. 637

1622. 29. Nov. —— Si quis sepultus fuerit extra Ecclesiam, in qua debebat sepeliri, sunt restituenda omnia emolumenta occasione ejus Sepulturæ percepta, & etiam ipsum Cadaver, si petatur. *Congregat. Episcopor. in Sarzanen.* maxime si fuerit sepultus in loco, vel capsa separata, & ejus contemplatione relictum fuerit annuum legatum Ecclesiæ Sepulturæ, *ead. congr. in una Observantium* 1618. 13 *Jul* & 1647. 5 *Jul.* non tamen si fuisset sepultus a multo tempore, præcipue si difficulter possint ossa discerni; quo casu sola Funeralia restituantur, cum declaratione, quod Cadaver spectabat ad Regulares, seu ad alios, *ead. Congr. in una Conventualium Civitatis Ducalis* 1655. 30. *Apr. & antea sæpissime, ut refert* Nicol. *in Lucubrationib. tom. 1 lib.* 4. *tit.* 15. de Interdictis, *num.* 19 638

1623. 13. Jan. —— Electio de digno, omisso digniori, valida est in Foro fori, ut litium occasiones amputentur, quia alias omnis electio posset habere calumniam, ut est communis Doctorum opinio, inter quos S. Thomas 2. 2. *qu* 63 *art.* 2 *ad* 3. & sic resolvit *Rota in Eugubina Parochialis S Venantii coram* Remboldo, *apud* Antonell. *de regim Eccles. episc lib.* 3. *cap.* 5. §. 4. *n* 31. *ubi n.seq. ait, quod* graviter peccaret Episcopus conferendo Ecclesiam Parochialem digno; omisso digniore, quia in tali casu violatur justitia distributiva. 639

1623. 7. Aug —— Beneficia Parochialia, vel quomodolibet exercitium Curæ Animarum habentia, non sunt conferenda nisi Personæ, quæ intelligat, & intelligibiliter sciat idioma Loci ubi Ecclesia, vel Beneficium hujusmodi consistit, aliter hujusmodi provisio, seu mandatum, & gratia nullius sint roboris; vel momenti. *Urbanus VIII. apud* Cherubin *in Bullar. tom.*4. *Constitut.*7. *quæ incipit* Sanctissimus, *num.* 20. 640

1623. 7 Aug. —— Si quis supplicaverit sibi de Beneficio quocumque, tanquam per obitum alicujus licet tunc viventis, vacante provideri, & postea per obitum ejus vacet, provisio, & quævis dispositio dicto supplicanti per obitum hujusmodi denuo faciendæ; nullius similiter sint roboris, vel momenti. *Urbanus VIII. apud* eund. *ibid. num.* 21 641

1623. 7. Aug. —— Petentes Beneficia Ecclesiastica aliis uniri, tenentur exprimere verum annuum valorem secundum communem æstimationem tam Beneficii uniendi, quam illius, cui uniri petitur: alioquin unio non valeat, & semper in unionibus commissio fiat ad partes; vocatis quorum interest: & idem observetur in quibusvis supplicationibus, perpetuis concessionibus, dismembrationibus, & applicationibus, etiam de quibuscumque fructibus, & bonis Ecclesiasticis, ac etiam in confirmationibus unionum, singula- 642

rum-

rumque dispositionum hujusmodi. *Urbanus VIII. apud* eund. *ibid. num* 22.

1623. 7. Aug. —— Si committatur alicui Beneficio resignationis receptio, ponatur clausula, *Attente quoque provident.*, *&c.* & si ex causa permutationis resignationes fiant, ponatur clausula, quod *neuter* permutantium jus acquirat, nisi quilibet ipsorum jus habuerit in Beneficio per ipsum resignato. *Urbanus VIII. apud* eund. *ibid. num.* 40. 643

1623. 25. Sept. —— Non debet Ordinarius absque gravi causa aufferre a propriis Parochis Libros Baptismorum, & Matrimoniorum, sed tantum eorum exhibitionem, vel notam postulare. *Congregat. Episcopor. in Sutrina, & antea in Caven* 1604 12. *Jul. apud* Nicol. *in Floscul verb.* Parochus, *num.* 27. 644

1623. 25. Sept. —— Ubi Cura Animarum exercetur per turnum, qui non sunt apti, gravari debent aliqua honesta contributione. *Congregat. Episcopor. apud* eund. *ibid. verb* Cura Animarum, *num.* 1 645

1623. 26. Sept. —— Baptizans Filium alicujus etiam in absentia Clerici, etiam in extrema necessitate, contrahit impedimentum dirimens: Si tamen Matrimonium esset jam contractum, petitionem debiti non impedit. *Congr. concil.* juxta *cap. Ad limina* 30. *quaest.* 1. *&* Navar *cap.* 16. *num.* 34. *apud* eund. *ibid. verb.* Baptismus, *num.* 6. 646

1623 10. Nov. —— Illae Saecularium Sedes removendae sunt in Ecclesiis, quae adeo sunt Altari vicinae, ut Celebrantem impediant. *Congregat. Concil. in una] Nullius Castri Durantis, apud* Pascucc. *in compend. ad consult. canonic. Jac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Ecclesiis, & Ecclesiasticis, *pag. mihi* 247. 647

1624. 10. Mar. —— Quaelibet Ecclesia censetur esse in aliqua Diaecesi, nisi probetur habere Territorium separatum. *Rota apud* Ascan. Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 1. *disput.* 15. *quaesito* 9. *num.* 5. 648

ubi plures citantur ejusdem Rotæ præcedentes Decisiones.

1624. 24. Maii. —— Qui in Paschate communicaverunt Romæ, non sunt denunciandi a Parocho; 649
nec debet Episcopus contra eos procedere. *Congregat. Episcopor. in Castren. apud* Nicol. *in Flos cul. verb.* Pascha; *num.* 4

1624 8. Jun. —— Sacerdotes Sæculares, & Regulares Ordinis Hierosolymitani curam Animarum personarum sæcularium exercentes; in iis, 650
quæ ad dictam Curam, & Sacramentorum administrationem pertinent; subsunt in omnibus jurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi; nec potest etiam quicunque ad nutum amovibilis ad eandem Curam a Commendatore deputari, nisi de ipsius Episcopi consensu; ac prævio examine per eum, vel ejus Vicarium faciendum, non obstantibus Privilegiis quibuscumque. *Congregat Episcopor. apud* Pascucc. *in compend. ad consult. canonic. Jac. Pignatel par. 1. tit.* de Equitibus; *pag. mihi* 270.

1624. 11 Jun. —— Per *cap* 4 *sess.* 21. *Conc. Trident.* 651
non potest Episcopus erigere Fontem Baptismalem in Parochia Filiali, ac propterea partem redituum Matricis dismembrare, novæque Baptismali applicare. *Congr. concil. in Urbinaten. apud* Nicol. *in Floscul. verb* Baptismus; *num.* 9 *in fine*, *& in Lucubrationib tom.* 2. *lib.* 3. *tit.* 22. *n.* 6.

1624. 3 Aug —— Episcopus ex causa dispensare 652
potest, ut Matrimoniorum denunciationes fiant in Vesperis Festorum dierum, sine qua dispensatione, vel consuetudine, neque in Vesperis, neque in Missis fieri possunt, quando Festa non sunt de præcepto. *Congregat. Episcopor. in Spoletana*, *apud* eund. *in dd. Lucubrationib. tom.* 1. *lib.* 1. *tit.* 10. de Nuptiis; *num.* 63. *ubi etiam quod* ad faciendas hujusmodi denunciationes non requiritur licentia Ordinarii; *ex ead. congregat. in Castren* 1602. 1. *Oct.*

1624. 23. Aug. —— Pro Parochiis distantibus expedientius videtur, Vicarias perpetuas erigere, quam novas Parochias. *Congr. Episcopor. in Senen. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Parochus, *numer.* 2. 653

1625. 22. Febr. —— Episcopus compellere potest Parochum etiam Regularem ad residendum, non obstante consuetudine residendi in loco distanti per sex milliaria: etiamsi Parochialis collatio ad Abbatem Regularem spectaret: imo declaratur abusus consuetudo residendi in loco distanti per duo milliaria: & si Parochialis propter tenuitatem non potest Domum pro habitatione Parochi construere, provideri debet per unionem aliorum Beneficiorum. *Congr. Episcopor. in S. Severini, apud* eund. *in Lucubrationib. tom.* 2 *lib.* 3. *tit.* 4 *num* 15. 654

1625. 11. Apr. ——Communitates possunt facere celebrare in Parochiali, vel aliis Ecclesiis, aut Capellis quot Missas volunt, sine tamen præjudicio Jurium Parochialium. *Congregat Episcopor. in Bergomen apud* Nicol. *in Flosscul. verb.* Missa, *num.* 16. 655

1625. 12. Maii. —— Constitutio Synodalis, quod Provisus Apostolicus non possit in possessionem immitti nisi prius exhibeat suas Bullas, exequendas in Tribunali Episcopi, est nulla. *Congregat Episcopor. in Parenen. apud* eund. *ibid. verb.* Beneficium Ecclesiasticum, *num.* 44. 656

1625. 9. Jun. —— Permutationes Beneficiorum certo generi Personarum ex Fundatione debitorum non possunt ab Ordinario admitti in favorem Personæ non vocatæ. *Congr concil. apud* Nicol. *in Flosscul. verb.* Permutatio, *num.* 2 657

1625. 13 Jun. —— Quoad Matrimonia Japoniæ in futurum contrahenda, conceditur, ut non obstante Decreto Concilii Tridentini de Matrimonio, jam pridem in ea Insula publicato, Matrimonium in præsentia duorum Testium tantum 658

valide contrahi possit, si in tamen in Loco, ubi Matrimonium contrahitur, vel in vicino, ad quem sine periculo accedi possit, Parochus, vel alius Sacerdos sive Sæcularis, sive Regularis, ab Episcopo deputatus non existat: Districte tamen præcipiendo mandatur Episcopo, ut ad majorem contrahentium commoditatem in diversis Japoniæ locis Sacerdotes Sæculares, vel Regulares constituat cum facultate specialis assistendi Matrimoniis. *Congregatio de propagan. Fide, apud* eund. *in Lucubrationib tom.* 1. *lib.* 1. *tit.* 10. de Nuptiis, *num.* 60 *vers* Quoad Matrimonia.

1625. 21. Jun. —— Non possunt Episcopi in Diæcesana Synodo, vel alias reducere onera ulla Missarum celebrandarum, sed pro his omnibus reducendis, aut moderandis, vel commutandis ad Apostolicam Sedem est recurrendum. *Congr concil. de Mandato Urbani VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. tom.* 4. *constitut.* 45. *quæ incipit* Cum sæpe, *& referunt etiam* Peyrin. *de Privileg. regular. tom* 2. *Constitut.* 9. *ejusd. Pontific. &* Gavant. *in additione ad Manuali Episcopor. num.* XII *ac* Matthæucc. *in Offic. Cur Reg tom* 1 *cap.* 12. *num.* 10. *nec non* Thom. Tamburin. *in Opuscul.* ¶ Notandum, quod licet legatum sit tenuissimum, nihilominus pro reductione oneris adeunda est Sedes Apostolica, quæ absque ulla impensa onus Missarum reducet: Quod si in ipsa Beneficii erectione expresse cautum sit, ut liceat Episcopo injunctum onus reducere, ac moderari, legem hanc Fundationis validam esse, & observandam declaravit *ead. congregat. apud* eosd *ibid ad* I 659

1625. 21. Jun. —— Tot Missæ absolute celebrentur, quot ad rationem attributæ eleemosynę præscriptæ fuerint, licet stipendia incongrua sint, & exigua: & qui secus fecerit, obligationi non satisfaciet, graviter peccabit, & ad restitutionem tenebitur. *Congr. concil. apud* eosd. *ibid. & refert etiam* Cordeirus *de Perfect. Parocho, par.* 1. 660

tract.

tract.4. de Sacrific Missæ, *quæst.*18. *num.*6. ¶ Notandum primo, quod ly *Præscriptæ fuerint* importat præscriptionem factam ab Offerente, non vero ab Ordinario: At si tribuens eleemosynam, numerum Missarum celebrandarum non præscripserit, tunc tot Missæ celebrentur, quot præscripserit Ordinarius, secundum morem suæ Civitatis, vel Provinciæ, *ex declar ejusd. congreg. apud* eosd. *ibid. ad* II. ¶ Notandum secundo, quod cum Ordinarius præscripserit eleemosynam congruam juxta qualitatem Loci, Personarum, ac temporum, Sacerdotes accipientes stipendium minus congruo, tenentur Missas illis ab Offerente præscriptas celebrare, *ex ead. congr. apud* eosd. *ibid. ad* III. ¶ Notandum tertio, quod Sacerdotes, quibus diebus tenentur Missas celebrare ratione Beneficii, seu Capellæ, legati, aut Salarii, si eleemosynas pro aliis etiam Missis celebrandis susceperint, non possunt eadem Missa utrique obligationi satisfacere, *ex ead. congreg. apud* eosd. *ibid. ad IV.* ¶ Notandum quarto, quod ubi nullam certam eleemosynam Testator reliquit, præscribenda est ab Episcopo eleemosyna congrua, quæ correspondeat oneribus Missarum celebrandarum, secundum morem Civitatis, vel Provinciæ: & ideo non est liberum Hæredibus eleemosynam sibi bene visam præscribere, *ex ead. congr apud* eosd. *ibid. ad V.*

1625. 21. Jun. —— Revocantur Privilegia, & Indulta quæcumque, & quibuscumque concessa, quibus indulgetur, ut certarum Missarum, vel Anniversariorum celebratione, aut aliquibus Collectis, seu Orationibus, plurium Missarum oneribus in futurum suscipiendis satisfiat. *Congr concil. apud* eosd. *ibid* ¶ Notandum, quod ly *In futurum suscipiendis* intelligendum est de oneribus suscipiendis post Privilegium, *ex ead congr. apud* eosd. *ibid. ad VI.* 661

1625. 21. Jun. —— Sacerdos, qui Missam suscipit cele- 662

celebrandam cum certa eleemosyna, ne eandem Missam alteri, parte ejusdem eleemosynæ sibi retenta, celebrandam committat. *Congregat concil. apud* eosd. *ibid.* & *refert etiam* Cordeirus *de perfect Parocho, par* 1. *tract.* 4 *de Sacrific. Missa, quæst.* 23. *num* 7. ¶ Notandum primo, quod Ecclesiæ, & Loca pia, quæ alios non habent redditus, quos licite possint erogare in expensarum usum, possunt aliquam portionem retinere ex eleemosynis oblatis pro Missis celebrandis, dummodo prædicta portio non excedat valorem expensarum, & nihilominus eo etiam casu curandum est, ut ex pecuniis, quæ supersunt, deductis expensis, tot absolute Missæ celebrentur, quot ab Offerentibus præscriptæ fuerunt eleemosynæ, *ex ead. congreg. apud* eosd. *ibid. ad* VII ¶ Notandum secundo, quod Rector Beneficii, qui potest per alium celebrare, non tenetur Sacerdoti celebranti dare stipendium ad rationem reddituum Beneficii, sed satis est, ut ei eleemosynam congruam tribuat juxta morem Civitatis, vel Provinciæ, nisi in Fundatione ipsius Beneficii aliud cautum fuerit, *ex ead. congreg. apud* eosd. *ibid. ad* VIII. ¶ Notandum tertio, quod Sacerdotes, quibus aliquando offertur eleemosyna major solita pro celebratione Missæ, debent dare eandem integram eleemosynam iis, quibus Missas celebrandas committunt, nec ideo satis est, ut dent celebrantibus eleemosynam consuetam, *ex ead. congreg. apud* eosd. *ibid. ad* IX.

1625. 21. Jun. —— Pecuniæ recipiendæ cum onere perpetuo Missarum convertantur (si fieri possit) in Bona immobilia fructifera cum expressa, & individua mentione oneris, quod illis annexum reperitur. *Congregatio Concilii de mandato præf. Urbani* VIII. *apud* eosd. *ibid.* 663

1625. 21. Jun. —— Onera perpetua Missarum ne recipiantur a Clero Sæculari sine licentia Episcopi, vel ejus Generalis Vicarii in scriptis, & 664

gratis

gratis concedenda: & qui secus fecerit, ab ingressu Ecclesiæ interdictus sit eo ipso, prout resolvit, & censuit *Congregat. concilii*, *apud* eosd. *ibidem*.

1625. 21. Jun. —— Eleemosynæ manuales, & quotidianæ pro Missis celebrandis ita demum accipiantur, si oneribus antea impositis ita satisfactum fuerit, ut nova quoque onera suscipi possint, alioquin abstineatur ab hujusmodi eleemosynis etiam sponte oblatis in futurum recipiendis. *Congr. concil. apud* eosd. *ibid.* ¶ Notandum primo, quod hoc Decretum non prohibet absolute, quominus accipiant novas eleemosynas ii, qui acceptis non satisfecerunt, ac propterea sibi oneribus jam susceptis non satisfecerint, possunt tamen nova etiam onera suscipere Missarum celebrandarum, dummodo infra modicum tempus possint omnibus satisfacere, *ex ead. congreg. apud* eosd. *ibid. ad* X. ¶ Notandum secundo, quod licet onera suscepta infra modicum tempus adimpleri nequeant, si tamen tribuens eleemosynam pro aliarum Missarum celebratione, id sciat, & consentiat, ut illæ tunc demum celebrentur, cum susceptis oneribus satisfactum fuerit; Decretum prædictum non prohibet, quo minus hujusmodi eleemosyna accipiatur, *ex ead. congr. apud* eosd. *ibid ad* XI. ¶ Notandum tertio, quod neque Administratores Ecclesiæ magnæ Devotionis, & Concursus possunt eleemosynas pro Missis celebrandis accipere, si iisdem Missis, non nisi post longum tempus, satisfacere valeant, licet cultus Ecclesiæ, & Devotio, ac Concursus Fidelium, ut ajunt, minuatur, nisi consentiant illi, qui eleemosynas tribuunt, ut dictum est supra, *ex ead. congr. apud* eosd. *ibid. ad XIV.* ¶ Notandum quarto, quod in prædicto Decreto comprehenduntur etiam privati Sacerdotes, *ex ead. Congr. apud* eosd. *ibid. ad XV.* 665

1625. Jul. —— Capsulæ cum inscriptione illa *Eleemosy-* 666

mosina pro Missis; vel alia simili auferendæ sunt ab Ecclesiis in casu prædicto. *Congr. concil. apud* eosd. *ibid.* ¶ Notandum primo, quod qui prædictas Capsulas ab Ecclesiis non auferunt, non ideo incurrunt pænam Interdicti, *ex ead. Congr. apud* eosd. *ibid. ad* XII. ¶ Notandum secundo, quod in hoc Decreto comprehenduntur etiam illæ Capsulæ, quæ apponi solent in Ecclesiis in Die Commemorationis omnium Defunctorum, & vulgo *Casse de' Morti* dicuntur, prout censuit *ead Congr. apud* eosd. *ibid. ad* XIII.

1625. 7. Jul. —— Descriptus in tempore Concursui præfixo, si comparuerit legitimo impedimento cessante, elapso termino, etiam re integra, non est audiendus. *Congr. concil. apud* Barbos. *de potest. Parochi*, *par.* 1. *cap* 2 *num.* 45. 667

1625. 6. Sept —— Regulares tenentur, & sunt obligati ad præstandam patientiam, & consensum, quo Rector Beneficii Missas, quas tenetur, in eorum Ecclesiis celebrare libere possit, & valeat, ita tamen, ut ipse de suppellectilibus, cera, cæteroque apparatu Ecclesiastico ad id necessario, suo sumptu sibi providere debeat. *Congregat. Episcopor in una S. Augustini*, *& antea* 1605. *ult. Febr. apud* Nicol. *in Lucubrationib. tom.* 2. *lib.* 3. *tit.* 31. *num.* 15. 668

1625. 6 Sept. —— Curatus Regularis debet juxta solitum accedere ad assistendum in Matrice Benedictioni Fontis, indeque aquam accipere, projecta in Sacrarium ea, quam ipse contra solitum benedixerat. *Congregat Episcopor. in Ariminen. apud* eund. *in Floscul. verb.* Baptismus, *num.* 5. *& refert etiam* Pascucc. *in Compend. ad Consultat. Canonic. Jac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Parocho, *pag. mihi* 198. 669

1625 18 Sept. —— Regulares prohiberi possunt ab Episcopo, ne excedant taxam ab ipso præscriptam in emolumentis Parochialibus. *Congregat Concil. apud* Barbos. *de Jure Ecclesiast. lib* 2. *cap.* 670

43. *nu-*

43. *num.* 145. *relatum a* Gavant. *in Manuali episcopor. verb.* Regularium Jura sub Episcopis, *in additione, num.* 13.

1625. 1. Nov. —— Bona jurisdictionalia ad Ecclesias 671
pertinentia, vel ad Loca pia non sunt danda in feudum, vel emphyteusim, nec ultra triennium locanda, neque hujusmodi concessiones renovandæ, seu prorogandæ. *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. tom.* 4 *Constitut.* 51. *quæ incipit* Humanæ salutis.

1625. 10. Dec. —— Matrimonium celebratum sine 672
requisitis a Sacro Concilio Tridentino *sess.* 24. *de reform. Matrim cap.* 1. nullum est ipso jure, ita ut sola declaratoria opus sit. *Rota in Toletana Matrimonii coram* Merlino, *apud* Antonell *de regim. Eccles. episc. lib* 8. *cap.* 10. *num.* 1. *ubi quod* in hoc non excusat ignorantia etiam invincibilis, aut urgens necessitas, quia Matrimonium contractum sine forma substantiali est invalidum in omni casu, ex Bonac. *de Matrim. quæst.* 2 *punct.* 8 *numer.* 11.

1626. 13. Apr. —— Provisio nulla ab initio, tractu 673
temporis non convalescit, *cap. non firmatur* 18. *de regul Jur. in* 6. *apud Rotam in Ulyxbonen. Beneficii coram* Manzanedo, *decis.* 856. *num.* 7.

1626. 27. Jun. —— Nullus inferior a Papa potest 674
erigere Ecclesiam, etiam Parochialem in Collegiatam. *Congregat. Concil. in Conversana, apud* Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 14. *numer.* 49. *ubi numer.* 53. *ait quod* debet Patronus assentire, si Ecclesia, quæ desideratur in Collegiatam erigi, patronata sit.

1626. 18. Iul. —— Celebrans, qui distribuit Cineres, 675
Candelas, & Ramos, detecto capite distribuat. *Congregat. Rit. apud* Gavant. *in Thesauro Sacror. Rit. tom.* 1. *par.* 4. *tit.* 6. *littera p. & refert etiam* Barbosa *de potest. Parochi, par.* 1. *cap.* 12. *num* 10. & *par.* 3. *cap.* 24. *num.* 11.

1626. 17. Aug. —— Quando propter inopiam Sa- 676
cer-

cerdotum, unus præficitur duabus Parochiis ita distantibus, ut Populus unius ad alteram causa audiendi sacrum accedere commode non possit, tunc de licentia Episcopi potest in Festis duas Missas celebrare. *Congr. concil. apud* Nicol. *in Lucubrationib. tom. 2. lib. 3. tit. 41 num. 2.*

1626. 1. Dec. —— Curati Regulares cogi non possunt ad assistendum Divinis in Cathedrali, neque in Festo Sancti Patroni. *Congregat. concil. pro Canonic. Regular. Lateranensib. apud* eund. *ibid. tit. 29 num. 4.* 677

1626. 5. Dec. —— Matrimonium contractum coram Sacerdote extraneo, qui habet licentiam a proprio Parocho unius ex contrahentibus, & ignorat se illam habere, prout ignorat unus ex contrahentibus, est invalidum. *Congregat. concil. apud* Barbos. *de potest. Parochi, par. 2 cap. 21 numer. 75.* 678

1627. 23. Jan. —— Beneficium Pensione gravatum transit cum illius onere in quemcunque Successorem illud obtinentem. *Rota in Placentina Fructuum coram* Manzanedo, *decis. 83 num 2.* 679

1627. 17. Apr. —— Licet in necessitate Presbytero Tutori negotiari Pupillorum nomine, dummodo id non sordide faciat, nec cum sui officii detrimento, nec cum Ordinis dedecore; lucrumque, quod ex justa negotiatione provenit, non Tutoris, sed in Pupilli cedat utilitatem. *Congr. concil. apud* Pascucc. *in compend ad consultat. canonic. Jac. Pignatel par. 1. tit.* de Immunitate Ecclesiastica, *pag mihi 376* 680

1627. 23. Apr. —— Transferri potest in Ecclesiam commodiorem Cura paucarum Animarum solita exerceri in Ecclesiis Monialium, etiam invito Parocho, cum consensu tamen aliorum interesse habentium. *Congregat. Episcopor. in Recenaten. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Cura Animarum, *num. 16.* 681

1627. 27 Maii. —— Vicarius Generalis non potest impedi- 682

pedire, ne Parochus faciat Matrimonii denunciationes absque sua licentia. *Congregat. concil. apud* Barbos. *de potest. Parochi*, *par.* 2 *cap.* 21. *num* 16.

1627. 9. Iun. —— Domus Ecclesiasticorum, quamquam Laicis locatæ, sunt exemptæ ab hospitatione Militum. *Congregat. Immunitat in Novarien. apud* Pascucc. *loc. proxime citat. pag.* 374. 683

1627. 26. Iun. —— Provisi de Parochialibus non servata forma Concilii ex eo, quod ob varias difficultates non potuisset cogi Synodus, nec deputari Examinatores Synodales, non sunt removendi: at danda est facultas Episcopo deputandi Examinatores extra Synodum, illeque monendus, & hortandus, ut quanto citius convocet Synodum eo meliori modo, quo potest. *Decisum in Treveren. refert* Barbosa *in collect. ad concil. Trident. sess.* 24 *cap* 18 *n.*102. ex Aldan *in compend canonic. resolut. lib.* 3. *tit.* 9. *num.* 40. 684

1627. 26. Iun. —— Parochi S. Joannis Hierosolymitani Curam Animarum sæcularium exercentes, visitandi sunt gratis, & absque impensa, & onere Rectorum ab Episcopo tanquam Sedis Apostolicæ delegato. *Decisum refert* Barbosa *de Jure Ecclesiast. lib* 1. *cap.* 14 *numer.* 22 *relatus a* Gavant. *in Manuali Episcopor. verb.* Visitatio Episcopi, *in additione*, *num.* 5. & hoc antea constituit Pius Quintus anno 1571. 22. Sept. apud Cherubin. *in Bullar. tom* 2. *Constitut.* 136 *quæ incipit* Exposcit, *§.*4. *& deinde* hoc idem decrevit Congregatio Episcoporum *in Elnen.* 1604. 27 *Jul & antea in Senen.* 1578. 8 *Mar. ac in Perusina*, *apud* Nicol. *in. Floscul. verb.* Visitatio ordinaria, *num.* 1. 685

1627. 31. Jul. —— Valet Matrimonium coram Parocho, licet collatio ejus Beneficii sit nulla ob defectum Examinatorum Synodalium. *Congregat. Concil. apud* Gavant. *in Manuali Episcopor. verb.* Matrimonii celebratio, *in additione*, *n.*6. ex Barb. *de potest. Parochi*, *par.* 2. *cap.* 21. *n.* 51. 686

1627. 28. Aug. —— Celebrans in Parasceve mittat Particulam in Calicem sine aliquo Crucis Signo, prout decrevit *Congreg. Rit. apud* eund. Gavant *in Thesauro Sacror. Rit tom. 1. part 4. tit 9. littera n.* 687

1627. 10. Sept —— Prohibeatur Regularibus administrare Sæcularibus Sacramentum Communionis ipso die Paschatis: in aliis vero diebus temporis Paschalis declaretur, eos, qui Sacram Communionem receperint extra Parochiam, præcepto Ecclesiæ non satisfacere *Congr. episc. in Bovinen. apud* Nicol *in Floscul verb.* Pascha, *num.* 6. 688

1627. 18. Sept. —— Monachus exercens curam Animarum in Ecclesia unita Monasterio, removeri debet arbitrio Episcopi absque eo quod teneatur deducere causas remotionis, & multo minus eas justificare. *Congr. concil in Camerinen apud* eund. *ibid. verb.* Cura Animarum, *num.* 15. *& in Lucub. tom. 2. lib. 3. tit. 29. num* 10. 689

1627. 18. Sept. —— Absentia Viri per multos annos absque aliqua notitia, quod supervivat, non est sufficiens, ut ejus Uxor possit transire ad secundas Nuptias. *Congr. concil. in Mediolanen. apud* Barbos. *de potest. Parochi, part. 2. cap. 21 num.* 10. 690

1627. 7. Oct. —— Vicario Foraneo nihil dandum est in Funeribus ratione Vicariatus. *Congr Rit. apud* Gavant *in Manuali Episcopor. verb.* Vicarius Foraneus, *in addit. num* 2. 691

1627. 13. Nov. —— Non potest Episcopus in locum demortuorum Examinatorum alios subrogare usque ad novam Synodum. *Congreg. concil. in Visionen apud* Barbosa *de potest Parochi, part. 1. cap. 2. num.* 64. 692

1627. 13 Nov. —— Parochus distans tribus, aut quatuor milliaribus a Parochia, non habetur pro residente, quamvis Dominicis, & Festivis diebus ad suam Ecclesiam accedat, quia non potest dici residentia, nisi sit in proprio loco. *Congr. concil. in Sarzanen apud* Cordeir. *de perfect. Parocho,* 693

verbo, *part*. 2. *tract*. 1 *quæst*. 4. *num*. 1. ex Barbosa *loc. cit. cap* 8. *num*. 39. & *refert etiam* Garzias, *de Benefic. part* 3. *cap*. 2. *num* 179 *in declar*. 17. *relatus* a Gavant. *in Manuali*, *verb*. Parochorum residentia, *num* 12.

1627. 13. Nov —— Dictus Parochus non excusatur a residentia, quamvis non adsit commoda Domus Parochialis, & sit magna aeris intemperies, & retineat capellanum in Parochia *Cong. concil. in d. Sarzanen. apud* eund. Barbosa *ibidem num*. 36 694

1628. 14. Jan. —— Concubinarius in peccato impænitens mortuus, non est in Loco Sacro sepeliendus. *Congreg. Episcop in Rossanen. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Concubina, *num*. 2 *ubi etiam quod* idem de eo, qui talis a populo putatur, licet revera non sit, nam dum vivit, absolvi non potest, nisi prius scandalum tollat, ex Bonacina *de Matr. quæst*. 4. *punct*. 14. Diana 5. *tr*. 14. *ref* 107. 695

1628. 22. Jan. —— Stante consuetudine in Civitate, quod jus sepeliendi Peregrinos, & Viatores spectet ad Cathedralem, Quarta Funeralis non debetur Parocho, intra cujus limites Viator retentus pro delicto, & habilitatus cum cautione decedit. *Congreg concil. in Pisauren apud* Barbosa *de potest. Parochi*, *part*. 3. *cap*. 25. *num*. 23. *citatum a* Mancino *in Pract visitan Infirm. in brevi tract. de Quar funer. dub* 17. 696

1628. 7. Februar. —— Juspatronatus ad Laicorum confraternitates spectans, Laicale censetur. *Rota apud* Gavant. *in Manuali*, *Episc. verb.* Juspatronatus, *num*. 36. 697

1628. 15. Febr. —— Virgo benedicitur, licet nubat Viro, qui aliam habuit Uxorem, si adsit consuetudo; secus si non adsit. *Congreg. Episc. apud* Nicol. *in Lucubration. tom*. 1. *lib*. 1. *tit*. 10. de Nuptiis, *num*. 72. 698

1628. 19. Febr. —— Simplices Sacerdotes, & clerici Beneficiati in Synodo intervenire possunt, 699

præsertim concurrente consuetudine: non tamen admittantur ad vocem pro confirmatione Judicum, & Examinatorum Synodalium. *Congregat. Episcop. in Savonen. apud* eund. *in dd. Lucubrationib. tom. 2. lib 5. tit. 6. num 12.*

1628. 26. Febr. —— Extra ambitum Ecclesiæ non licet Regularibus facere Processiones, nisi de licentia, & consensu Parochi, salvis Privilegiis, si quæ sunt, & consuetudinibus. *Congregat. Rit. apud* Barbos. *de potest. Parochi, cap. 12. num 13. & refert etiam* Pascucc. *in compend. ad consult. canon. Jac Pignatel. par. 2. tit.* de Processionibus, *pag mihi* 273. 700

1628 26. Febr. —— Qui benedicit Cineres, Candelas, & Ramos, debet etiam cantare Missam sequentem. *Congregat. Rit. apud* Gavant. *in Thesauro Sacror. Rit.* 701

1628. 18. Mar. —— Promotus cum collatione unius Beneficii redditus duorum scutorum annuorum gaudet privilegio fori. *Congreg. concil in Ianuen. apud* d. Pascucc. *par. 1. tit.* de Immunitate Ecclesiastica, *pag. 421. ubi tamen*, nisi hujusmodi Beneficia exigua sint procurata in fraudem; *ex Congregat. Episcopor. in Tropien* 1623. 13. *Jan.* 702

1628. 8. Apr. —— Non debet Corpus alicujus Sancti in Particulas frangi cum præjudicio Divini cultus, & Sacræ Reliquiæ, quæ ratione integritatis est insignis, ut declaravit *Congregat Rit. apud* eund. *par. 2. tit.* de Ritibus, *pag. mihi* 369. *ex* Ricciol *var. lucubr. lib. 1. cap. 36. num 1.* 703

1628. 12. Jul. —— Non potest Episcopus Parochialem Ecclesiam in Collegiatam erigere. *Congr. Rit. in Caputaquen apud* Corrad. *in Prax. benefic. lib. 2. cap. 15. num. 5.* 704

1628. 12 Jul. —— In Sacramentorum administratione ne adhibeant Canonici Rocchettum, & Cappam, si his utantur in Choro, sed Cottam, & Stolam. *Congregat. Rit. apud* Gavant. *in Manuali Episcopor. verb.* Canonicorum munera, & præ- 705

præsertim in Choro, *numer.* 50.

1628. 29. Jul. —— Ecclesia Parochialis Olivetanis subjecta, potest visitari ab Episcopo tanquam Sedis Apostolicæ delegato, & Abbas potest condere Decreta cumulative cum Episcopo. *Decisum refert* Barbosa *de Jure Ecclesiast. lib.* 1. *cap.* 14. *n.* 21. *& refert etiam* Nicol. *in Floscul. verb.* Visitatio ordinaria, *num* 1. 706

1628. 6 Aug. —— Potest Parochus denuo examinari ab Episcopo recentiore in Visitatione, ex suspicione ignorantiæ. *Congregat. concil. apud* eund. *ibid. verb.* Parochus, *num.* 23. *& refert etiam* Gavant. *in Manuali*, *verb.* Visitatio Episcopi, *in additione*, *num.* 1 707

1628. 28. Aug. —— De Titulis Altarium, nisi sint in Kalendario Romano, nullum recitetur Officium. *Congregat. Rit. apud* eund Gavant. *ibid. verb.* Altare, *num.* 30. 708

1628. 31. Aug. —— Uniones Parochiarum fieri debent de consensu Capituli, & sine præjudicio obtinentium. *Congregat. Episcopor. in Cajacen. & antea in Pennen.* 1602. 18. *Jun.* ex Trident *sess.* 25. *cap.* 5. prout habet Nicol. *in Floscul. verb.* Parochus, *num.* 3. 709

1628. 20. Sept. —— Parochus Cathedralis Ecclesiæ non potest ministrare Sacramenta in aliena Parochia. *Congregat. concil. apud* Gavant. *in Manuali Episcopor. verb.* Parochorum munera, *in additione*, *num.* 2. 710

1628. 22. Sept. —— Non sunt faciendæ noctu in Ecclesia Congregationes, licet piæ, & cum Populi ædificatione. *Congregat. Episcopor. in Senogallien. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Congregatio, *num* 6. 711

1628. 30. Sept. —— Qui habent onus celebrandi Missam de SS. Rosario (exceptis Dominicanis) possunt dicere Votivam de tempore. *Congregat. Rit. apud* Gavant *in Thesauro Sacror. Rit. tom* 1. *par* 4. *tit.* 17. *num.* 9. & cum Oratione propria, quæ 712

incipit *Solemnitatem*, concessa ab Innocentio XI. anno 1678. 29 Oct ¶ Notandum, quod in iis Ecclesiis, in quibus Altare, vel Capella Ss. Rosarii reperitur, potest celebrari, & sanctificari Festum de eodem Ss. Rosario ab omnibus, & singulis utriusque sexus Christifidelibus sub ritu duplici majori in prima Dominica mensis Octobris, prout concessit *Gregorius XIII* 1573 1 *Apr. apud* Cherubin. *in Bullar. tom. 2. Constitut.* 11. *quæ incipit* Monet Apostolus. ¶ Notandum etiam, quod hujusmodi Dominica prima non est illa, quæ dicitur proximior Octobri, & quæ consequenter interdum occurrit in fine Septembris, sed illa, quæ occurrit in Kalendis, vel post Kalendas ipsius Octobris.

1628. 2. Dec. —— Episcopus vicinior manutenendus est in quasi possessione Concursus instituendi in vacationibus Ecclesiarum Parochialium Abbatiæ subjectarum, donec Abbas legitime probet habere jus congregandi Synodum, aliasque coegisse, & in ea Examinatores ad præscriptum Tridentini deputasse. *Congregat. concil. apud* Barbos. *de potest Parochi, par.* 1. *cap.* 2 *num.* 39. 713

1628. 2. Dec. —— Examinatores Synodales non debent esse ulli ex Concurrentibus Consanguinei, vel alia ratione suspecti, alioquin Concursus factus coram eis est nullus. *Congregat concil. in Bisinanen. & in Bracharen.* 1603 2. *Sept. apud* Nicol *in Floscul. verb.* Examen, *num* 1. 714

1628 9. Dec —— De Sancto Canonizato non potest fieri Officium extra propriam Ecclesiam, sine novo Decreto. *Congregat. Rit. apud* Gavant. *in Thesauro Sacror. Rit. tom* 2. *sect.* 2. *cap.* 2. *num.* 30. *in fine*. 715

1628 16. Dec. —— Non valet Matrimonium in iis, qui per fraudem accedunt ad locum, in quo non sit promulgatum Concilium Tridentinum, ut ibi sine Parocho, & Testibus contrahant. *Congregat. concil. in Antuerpien. apud* eund *in Manua-* 716

nuali, verb. Matrimonii celebratio, *in additione*, *num.* 10. ex Barbosa *de potest Parochi*, *cap.*21. *num.* 92. & referunt etiam Engel *in Manuali Parochor.par* 3. *sect.*13.§.6. *Dico* 4. ac Pascucc. *in Com. ad consult. canonic. Jac. Pignatel. par.*2 *tit.* de Matrimonio, *pag mihi* 28. ubi alias habet præcedentes Decisiones *in Colonien.* 1626. 5. *Sept. & antea* 1580. 4 *Febr.*

1628. 20. Dec —— Data exemptione Regularium a Decimis, non sunt exempti eorum Coloni, quia Privilegia hujusmodi sunt personalia, nec transeunt ad Colonos. *Rota in Placentina Decimarum coram* Virili, *apud citat.* Pascucc *par.*1.*tit* de Decimis, *pag.* 208. *ubi etiam* Præcipue quando sunt Coloni Partiarii, & pro se accipiunt integram medietatem fructuum, quemadmodum Coloni cujusvis Laici, quibus pro sua rata Colonica solventibus Decimas, nihil deperit Regularibus, *ex Congregat. Episcopor. in Salernitana* 1617. 6. *Oct.* 717

1629. 29. Jan —— Parochus secularis deferat Stolam in Parochia etiam Regularium, dum Defunctus in eorum Ecclesia sepelitur; & eodem modo, in eodem casu, & tempore Parochus Regularis in Parochia Defuncti. *Congregat. Rit. in Asculana apud* Barbos. *de potest. Parochi*, *par.*3.*cap.*26.*n.*77. 718

1629. 10 Febr. —— Potest Episcopus punire Contrahentes Matrimonium contra ejus prohibitionem contractum: ac etiam eos, qui contrahunt coram Parocho ex causa justa dissentiente; nec non eos, qui contrahunt omissis Denunciationibus: sicuti etiam potest punire Testes intervenientes in supradictis casibus, quatenus sint in dolo, & in eisdem casibus punire pænis pecuniariis, locis tamen piis applicandis. *Congregat. Concil. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.*2. *tit.* 16. *form.*2. *num* 29. 719

1629. 20. Mar. —— Nulla Concio, neque Passionis Dominicæ noctu fieri debet in Ecclesia *Cong. Episcopor. in Castren. apud* Pascucc *in compend. ad* 720

Consult. Canonic. Jac Pignatel. par. 1. tit. de Concionatoribus, *pag. mihi* 179.

1629. 21. Mar. —— Intortitia, Cerei, & Candelæ, quæ per viam deferuntur circa Cadavera; & quæ postea in Ecclesia præsente Corpore pro celebrandis Divinis Officiis accenduntur, finito Officio; inter ipsos Parochos, & Ministros Ecclesiarum, etiam Regularium, & Nationalium, in quibus Cadavera sepeliuntur, æquali parte sunt dividenda. *Urbani VIII. apud* Mancin. *in Pract. visitan. Infirm. in brevi tract. de Sepultura, dub. 28 & refert. etiam* Lantusca *in Theatro Regular. verb. Funeralia, num.* 1. 721

1629. 31. Mar. —— Non potest prohiberi celebratio Missæ in Oratorio Ruri ædificato per Laicum, antequam celebretur Missa Parochialis. *Congregat. Rit. in Capuana, apud* Barbos. *de potest. Parochi, par. 1. cap. 11. num.* 23. 722

1629. 2. Mar. —— Non Potest Curatus prohibere prædicto Laico jus Sepulturæ in præfata Ecclesia: reservata Quarta funerali proprio Parocho. *Congregat. Rit. in d. Capuana, apud* eund. *ibid. par. 3 cap. 26. num.* 22. 723

1629 2. Maii. —— Si recognitio Cadaverum pro capienda informatione, facienda sit extra Ecclesiam, potest dari ab Ordinario licentia exhumandi. *Congregat. Immunit. in una Nullius, apud* Nicol. *in Flosc ul. verb.* Cadavera, *num.* 3. *& refert etiam* Lantusca *in Theatro Regular. sub eod. verb. num. itid.* 3. 724

1629 4 Jul. —— In probanda qualitate Beneficii, in dubio attenditur ultimus status, qui suffragatur, etiam contra Provisum Apostolicum in possessorio summariissimo. *Rota Aliphan. Jurispatronatus coram* Ghislerio, *apud* Corrad. *in Prax. benefic. lib. 1. cap. 6. num.* 361. 725

1629 21. Jul. —— Reservatio Pensionis pro Rectore nulla est: secus verò, si reservata fuerit portio fructuum, remanente congrua Vicario 726

per-

perpetuo ad præscriptum Constitutionis B. Pii V. la 47. quæ incipit *Ad exequendum*, ut resolvit *Congr Episcopor in Florentina*, *apud* Nicol. *in Flosculi verb.* Pensio, *num.* 3.

1629. 1 Sept. —— Parochi in Festis non possunt recipere nova stipendia pro Missis. *Congr Concil apud* Barbos. *de potest Parochi, par.* 1. *cap.* 11. *n* 13. *& refert etiam* Gavant *in Thesauro Sacror. Rit. tom* 1. *par.* 3. *tit.* 12. *num.* 5. ¶ Vide infra 1681. 10. Maii. 727

1629. 26. Nov. —— Officium cum Missa de Beato Rocho nondum Canonizato, defuncto anno 1327. & in Concilio Constantiensi anno 1414. inter Beatos habito, conceditur in ejus Die Festo, in Ecclesiis dumtaxat, & Eremitoriis habentibus requisita Ecclesiarum in honorem ejusdem Deo dicatis, non extra dicta loca. *Congr. Rit. apud* d. Gavant. *ibid. tom.* 2. *sect.* 7. *cap.* 10. *num.* 15. 728

1629. 20. Dec. —— Denunciationes Matrimonii contrahendi inter Exteros, non sunt faciendæ à Parocho sine licentia Ordinarii: si vero contrahentes non sint Exteri, & Publicationes & ipse Matrimonii contractus fieri possunt sine licentia, si non obstet aliquod canonicum impedimentum. *Congr. Episcopor. apud* Nicol. *in Flosculi verb.* Matrimonium, *num.* 5. *ubi plures præcedentes Decisiones.* 729

1629. 22 Dec. —— Si recuset interesse Funeribus Parochus requisitus, possunt Defuncti sepeliri in Ecclesia, in qua Sepulturam elegerunt, sine præsentia Parochi, *Congr. Rit. in Capuana*, *apud* Barbos *de potest. Parochi*, *cap.* 26 *num* 71 730

1630. 16 Febr. —— Ne fiat Concio ante Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum publicè expositum capite cooperto, non obstante quacumque contraria consuetudine, quam abusum esse declaravit, & ita ab omnibus etiam quavis speciali nota dignis ubique terrarum servari mandavit *Congr. Rit. apud* Nicol. *in Flosculi verb.* Euchari- 731

stia, *num.* 24. *& refert etiam* Lantusca *in Theatro Regular sub eod verb. num.* 3.

1630. 23. Febr. —— Omissio Denunciationum non facit Matrimonium clandestinum *Congr. concil. apud* Gavant. *in Manuali episcopor. verb.* Matrimonii Denunciationes, *in additione*, *n.* 2 732

1630. 14. Mar —— Curati omnes, etiam exempti, etiam Regulares tenentur interesse cum aliis curatis congregationi casuum conscientiæ. *Congr. episcopor. in Veronen. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Casus Conscientiæ, *num.* 4. 733

1630. 13. Apr. —— Decimæ ratione Prædiorum acquisitorum per Regulares solvendæ sunt Parocho, donec doceant de sufficienti Privilegio. *Congregat. concil. apud* Barbos. *de potest. Parochi*, *par.* 3. *cap* 28. § 3 *num.* 42. 734

1630. 4. Jun —— Filii Colonorum Ecclesiasticorum non gaudent privilegio fori. *Congr. Immunit. in una S. Agatha Cothorum*, *apud* Pascucc. *in comp. ad consult. canonic. Jac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Immunitate Ecclesiastica, *pag. mihi* 341. 735

1630. 21. Jun. —— Non debent Regulares impedire, ne Clerici pro implemento legatorum celebrent Anniversarium in eorumdem Regularium Ecclesia, quia hoc non potest eis ullum afferre præjudicium. *Congr episc in Lucen canonic. Regular. Lateranen. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Anniversarium, *num* 2. 736

1630. 13 Jul —— Quando in Fundatione Beneficii, seu Capellæ expresse cautum sit, non teneri Celebrantem ad applicationem Sacrificii, eo casu poterit Celebrans accipere novum stipendium, & unica Missa satisfacere obligationi Beneficii, seu Capellæ, & item danti novum stipendium. *Congregat. concil. apud* Gavant. *in Thesauro Sacror. Rit. tom* 1. *par.* 3. *tit.* 12 *num.* 5. 737

1630. 13. Jul. —— Valor centum Ducatorum requisitus a Concilio, ne Beneficiatus ulla Pensione gravetur, intelligitur juxta morem cujusvis 738

Re-

Regionis. *Congregat. concil. apud* eund. *in Manuali episcopor. verb.* Beneficiorum Parochialium provisio, *num.* 58. & hoc antea decisum fuit ab *ead. Congr.* 1594. 30. *Mar. apud* Fagnan. *in cap. extirpanda, de Praeben. num.* 19 *citatum a* Nicol. *in Flosccul. verb.* Pensio, *num.* 7.

1630. 13 Jul. —— Concursus, in quibus fuerunt adhibiti Examinatores deputati in Synodis praecedentibus, sunt nulli, quatenus tamen praedicti Examinatores in Synodo posteriori non fuerint confirmati. *Congregat. concil. in Monopolitana, apud* Barbos. *de potest.* Parochi, *par.* 1. *cap* 2. *numer.* 67. 739

1630. 1. Sept. —— Nullus hodie Regularis absque dispensatione Papae obtinere potest saeculare Beneficium, licet Curatum. *Congr. concil in Cremonen. apud* Leuren. *in Foro Beneficiali, par.* 1. *sect.* 1. *cap.* 2. §. 2. *quaest.* 53. *num.* 1. *& refert etiam* Petra *in commentar. ad constitut. Apostolic. tom.* 2. *Constitut.* 1. *Anastasii IV. sect.* 1. *numer.* 28. *pag.* 8. 740

1630 3. Sept. —— Confessarii Regulares, sed non Parochi, non possunt cogi ad conferentias Casuum Conscientiae. *Congr. concil. in Forosempronien. apud* Matthaeucc. *in Offic. Cur. Regular. tom.* 1 *cap.* 2. *num.* 12. 741

1630 7. Sept. —— Qui habent obligationem unius Missae in Hebdomada cum stipendio legato, & confirmato de octo annis in octo annos, potest demandare alteri celebrationem dictarum Missarum cum eleemosyna consueta juxta morem Regionis, retenta sibi parte dicti stipendii. *Congr. concil. apud* Gavant. *in Manuali, verb.* Missa, *in additione, num.* 8. *ex* Barbosa *de potest. Parochi, par.* 1. *cap.* 11. *num.* 39. 742

1630 13. Sept. —— Procuratio solvenda Episcopo visitanti Beneficium a Cardinali possessum, quia est onus reale super Beneficio, non personale super persona Cardinalis. *Congr. episcopor. in Neritonen.* 743

tonen. apud Piton. *discept. Eccles. part.2. discept.35. num* 15.

1630. 7. Dec. —— Etiam in propriis Regularium, seu Monachorum Ecclesiis, quando Cadavera tumulari debent Defunctorum, Rector, & Beneficiati Ecclesiæ Parochialis debent præcedere dictos Regulares, seu Monachos, licet forsan ex Sæcularium indulgentia, humanitate, seu alia quavis de causa aliter aliquando servatum fuerit. *Congreg. Rit. in Calaguritana de Naxera Præcedentiæ, & antea in Tullen.* 1616 2. *Mar. ac in Firmana Terra S. Victoriæ* 1618. 31. *Mar. apud* Pascucc. *in compend ad consult canonic Jac.Pignat. part.2. tit* de Præcedentia; *pag mihi* 244 744

1630. 14 Dec. —— Ad contributionem Seminarii non tenentur, neque compelli possunt Fratres S Joannis Hierosolymitani, sive eorum Vicarii in Ecclesiis Parochialibus Religioni prædictæ unitis, vel ab ea dependentibus. *Congreg. concil. in Augustana, apud* eund *ibid. tit.* de Seminario, *pag.* 387. 745

1630. 14. Dec. —— Parochi dictæ Religionis curam Animarum Sæcularium exercentes a Commendatariis deputati, quatenus absolute idonei sint, approbandi sunt simpliciter ab Episcopo. *Congr concil. in d. Augustana, apud* eund. *part.1. tit.* de Equitibus, *pag.*277. *ubi etiam, quod* non tamen controvertitur, quin, si nova legitima causa supervenerit, propter quam secundum rationabile judicium dubitari possit de eorum habilitate, tunc possit Episcopus eos iterum, atque iterum examinare: secus autem cessante hujusmodi causa. 746

1630. 14. Dec. —— Legitime a Patrono Præsentatus, ab inferiore jus instituendi ex Privilegio Apostolico habente institutus, & ab Episcopo prævio examine approbatus, potest absque alio mandato, seu provisione Ordinarii, possessionem apprehendere. *Congreg. concil. apud* Nicol. 747

in

in Lucubrationib. tom 2. lib. 3. tit. 5. numer. 42.

1631 16. Febr. —— Vocati omnes ad Funus, debent convenire ad Ecclesiam Parochialem Defuncti, *Congr Rit: in Tropien. apud* Barbosa *de potest. Parochi, part. 3. cap. 26. num 63. & refert etiam* Gavant. *in Manuali Episcop. verb.* Exequiæ, *in addit. num. 5.* 748

1631 14. Mar —— Filius legitimus Clerici ante Clericatum susceptum, gaudet privilegio fori, durante vita Patris *Congr. Immunitat in Callien. apud* Pascucc. *in compend ad consult. canonic. Jac. Pignatel. part. 1 tit* de Immunitate Ecclesiastica, *pag. mihi* 341. 749

1631. 15. Mar. —— Cognatio spiritualis non contrahitur a Procuratore, sed a mandante, seu ab eo cujus nomine tenet ad Fontem. *Congr. Episc. in Veronen. & antea* 1582. 29. *Mar. apud* Nicol *in Lucubrationib. tom.* 1. *lib.* 1. *tit.* 10 de Nuptiis, *num.* 37. *vers.* An vero. 750

1631 22. Mar. —— In Funeribus unica Crux deferenda est illius Ecclesiæ, ad quam defertur cadaver, dummodo non interveniat Capitulum Cathedralis Ecclesiæ, sub cujus Cruce omnes eo casu incedere debent. *Congr. Rit in Pisauren. apud* Mancin. *in Pract. visitan Infirm. in brevi tract. de Sepult. dub* 26 *& referunt etiam* Barbosa *de potest. Parochi, part. 3. cap 26. num. 78. ac* Pascucc. *par* 1. *tit.* de Funeribus, *pag.* 314. *ubi rationem reddit, quia scilicet* Cathedralis omnium Matrix est, & præ omnibus debet honorari, ut notant Gemin *in cap. quamvis, §. quamquam, not. 3. de Præbend. in* 6. Felin. *in cap. Postulasti, de rescrip & in cap. Meminimus, de accusat.* & hoc intelligendum esse etiam de Ecclesia Collegiata, censuit *ead. Congreg.* 1644. 14. *Maji*, quia cum sit dignior, propterea debet præcedere, *l. Omnes, C. ut dignit. ord serv.* & tradit Gloss *§. aliam instit. de bonor. possess. & in l. quamvis, C. de postul. & in cap. licet 2. d. 45.* 751

1631.

1631. 22. Mart. —— Non sunt inserendi in Litaniis aliis Sancti, præter ibi descriptos, neque tempore Pestis addendi sunt Titulares, & Patroni Civitatis. *Congr. Rit. in Regien. apud* Gavant. *in Thesauro Sacror. Rit. tom.* 2. *sect.* 9. *cap.* 4 *num.* 10 *ubi etiam* multo minus invocandi erunt in Litaniis ii, qui nondum sunt canonizati, ex Glossa *in cap. unic. de Relig. & vener. Sanctor. in* 6. §. *Sedes Apost. verb hoc eod.* quam sequitur Bellarminus *de Sanctor Beatitud cap.* 10 imo neque privatim recitando Litanias, ut docet Sanchez *in Sum. lib* 2. *cap.* 73. *num.* 5. *& seqq.* ¶ Notandum, quod retentis antiquissimis, & communibus Litaniis, quæ in Breviariis, Missalibus, Pontificalibus, ac Ritualibus continentur, nec non Litaniis de Beata Virgine, quæ in Sacra Æde Lauretana decantari solent, quascumque alias Litanias non recognitas, & approbatas. sub pæna peccati mortalis, & aliis arbitrio Ordinarii, & inquisitoris severè infligendis in publicum edi, aut publicè recitari prohibuit *Clemens VIII. in Congr. Inquisit.* 1601. 7 *Sept. apud* Cherubin. *in Bullar. tom* 3. *Constitut.* 122. *quæ incipit* Sanctissimus. ¶ Notandum etiam, quod dum nominatur in Litaniis, Orationibus, Versiculis, cæterisque actibus inter Divina Officia occurrentibus aliquis Sanctus, non est addenda ejus Patria, prout pro Regularibus Ordinis Minimorum, ne in nominando eorum Fundatore adjungant ly *de Paula*, censuit *Congr. Rit.* 1624. 23. *Dec. apud* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom.* 1. *circa Constitut.* 17 *Leonis X. pag mihi* 138. 752

1631 22. Mar. —— Si intervenerit Funeribus Capitulum Ecclesiæ Cathedralis, in hoc casu Curatus, & Sacrista illius Cathedralis; licèt sint amovibiles, debent præcedere Parocho Defuncti. *Congregat. Rit. in Pisauren. apud* Barbos. *de potest. Parochi, par.* 3. *cap.* 26 *num.* 78. 753

1631. 22. Mar. —— Crux propriæ Parochiæ Defuncti 754

functi deferenda est in Fuueribus, non autem antiquæ Parochiæ, ex qua dismembrata fuit nova Parochia, de qua est Defunctus. *Congr. Rit. in d Pisauren. apud* eund.. *ibid. num.* 79.

1631. 5. Apr — Potest Episcopus visitare non solùm Ecclesiam Parochialem Monasterio unitam, cujus Cura geritur à Monacho, sed etiam Baptisterium, & Tabernaculum, ubi asservatur Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum. *Congr Concil. ad I. in responsione ad Episcopum Curiensem in Comitatu Tyrolensi, apud* Nicol. *in Flosc ul. verb* Cura Animarum, *num.* 13. *& in Lucub rationib tom.* 2. *lib* 3. *tit.* 29 *num.* 7. 755

1631 5. Apr. — Dictus Parochus Regularis cogi potest ire ad Processiones, & tenetur habitare in Domo Parochiali, non vero in Monasterio distante à Cura, cogique potest ab Episcopo, ut apud Ecclesiam Parochialem resideat, & idem tenetur interesse Capitulis annalibus Curatorum. *Congregat: Concil ad II III. & IV. apud* eund. *in dd. Flosc ul. loc. cit.* & quoad primam Decreti partem hoc etiam habet Pascucc. *part.* 2. *tit.* de Processionibus, *pag. mihi* 270. quoad vero secundam, idem refert Barbosa *de potest. Parochi*, *par* 1. *cap.* 8. *num.* 39. 756

1631. 5. Apr. — Curati, & Sacerdotes sæculares deputati ad Curam in Ecclesiis Parochialibus subjectis Commendatario Ordinis Theutonici puniri possunt ab Ordinario. *Congr. Concil. in d. Curien. ad V. apud. eund* Nicol. *ibid* 757

1631. 23. Apr. — Filius ex legitimo Matrimonio natus eget dispensatione, ut possit immediatè obtinere Beneficium, de Jurepatronatus, quod obtinuit Pater, ad quod Beneficium in Fundatione vocati sunt proximiores de genere. *Cong. Concil. apud* Gavant. *in Manuali*, *verb.* Juspatronatus, *in additione*, *num.* 1. 758

1631. 30. Maii. — Ordinarius non debet propria auctoritate auferre Conventui Curam Anima- 759

1631. 22. Mart. —— Non sunt inserendi in Litaniis aliis Sancti, præter ibi descriptos, neque tempore Pestis addendi sunt Titulares, & Patroni Civitatis. *Congr. Rit. in Regien. apud* Gavant. *in Thesauro Sacror. Rit. tom. 2. sect. 9. cap. 4 num. 10 ubi etiam* multo minus invocandi erunt in Litaniis ii, qui nondum sunt canonizati, ex Glossa *in cap. unic. de Relig. & vener. Sanctor. in 6. §. Sedes Apost. verb. hoc eod.* quam sequitur Bellarminus *de Sanctor. Beatitud. cap.* 10 imo neque privatim recitando Litanias, ut docet Sanchez *in Sum. lib. 2. cap. 73. num. 5. & seqq.* ¶ Notandum, quod retentis antiquissimis, & communibus Litaniis, quæ in Breviariis, Missalibus, Pontificalibus, ac Ritualibus continentur, nec non Litaniis de Beata Virgine, quæ in Sacra Æde Lauretana decantari solent, quascumque alias Litanias non recognitas, & approbatas. sub pæna peccati mortalis, & aliis arbitrio Ordinarii, & inquisitoris severè infligendis in publicum edi, aut publicè recitari prohibuit *Clemens VIII. in Congr. Inquisit.* 1601. 7 *Sept. apud* Cherubin. *in Bullar. tom 3. Constitut.* 122. *quæ incipit* Sanctissimus. ¶ Notandum etiam, quod dum nominatur in Litaniis, Orationibus, Versiculis, cæterisque actibus inter Divina Officia occurrentibus aliquis Sanctus, non est addenda ejus Patria, prout pro Regularibus Ordinis Minimorum, ne in nominando eorum Fundatore adjungant ly *de Paula*, censuit *Congr. Rit.* 1624. 23. *Dec. apud* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom.* 1. *circa Constitut.* 17 *Leonis X. pag. mihi* 138. 752

1631 22. Mar. —— Si intervenerit Funeribus Capitulum Ecclesiæ Cathedralis, in hoc casu Curatus, & Sacrista illius Cathedralis; licèt sint amovibiles, debent præcedere Parocho Defuncti. *Congregat. Rit. in Pisauren. apud* Barbos. *de potest. Parochi, par. 3. cap.* 26 *num* 78. 753

1631. 22. Mar. —— Crux propriæ Parochiæ Defuncti 754

functi deferenda est in Fuueribus, non autem antiquæ Parochiæ, ex qua dismembrata fuit nova Parochia, de qua est Defunctus. *Congr. Rit. in d Pisauren. apud* eund.. *ibid. num.* 79.

1631. 5. Apr —— Potest Episcopus visitare non solùm Ecclesiam Parochialem Monasterio unitam, cujus Cura geritur à Monacho, sed etiam Baptisterium, & Tabernaculum, ubi asservatur Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum. *Congr Concil. ad I. in responsione ad Episcopum Curiensem in Comitatu Tyrolensi, apud* Nicol. *in Flosculi. verb* Cura Animarum, *num.* 13. *& in Lucubrationib tom.* 2. *lib* 3. *tit.* 29 *num.* 7. 755

1631 5. Apr. —— Dictus Parochus Regularis cogi potest ire ad Processiones, & tenetur habitare in Domo Parochiali, non vero in Monasterio distante à Cura, cogique potest ab Episcopo, ut apud Ecclesiam Parochialem resideat, & idem tenetur interesse Capitulis annalibus Curatorum. *Congregat: Concil ad II III. & IV. apud* eund. *in dd. Flosculi. loc. cit.* & quoad primam Decreti partem hoc etiam habet Pascucc. *part.* 2. *tit.* de Processionibus, *pag. mihi* 270. quoad vero secundam, idem refert Barbosa *de potest. Parochi*, *par* 1. *cap.* 8. *num.* 39. 756

1631. 5. Apr. —— Curati, & Sacerdotes sæculares deputati ad Curam in Ecclesiis Parochialibus subjectis Commendatario Ordinis Theutonici puniri possunt ab Ordinario. *Congr. Concil. in d. Curien. ad V. apud. eund* Nicol. *ibid* 757

1631. 23. Apr. —— Filius ex legitimo Matrimonio natus eget dispensatione, ut possit immediatè obtinere Beneficium, de Jurepatronatus, quod obtinuit Pater, ad quod Beneficium in Fundatione vocati sunt proximiores de genere. *Cong. Concil. apud* Gavant. *in Manuali*, *verb.* Juspatronatus, *in additione*, *num.* 1. 758

1631. 30. Maii. —— Ordinarius non debet propria auctoritate auferre Conventui Curam Anima- 759

marum, etiam propter graves defectus in illa commissos a Religiosis ipsam exercentibus. *Congreg. Episcop. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Cura Animarum, *num.* 15.

1631. 5. Jul. —— Qui prae timore, vel balbutie non pronunciat Evangelium S. Joannis, quod legitur in fine Missae, sed ejus loco aliud suo arbitratu recitat, suspendendus est a celebratione, quousque illud rite pronunciare assuescat. *Congreg. Rit. in responsione ad Cardinalem Sabellium Archiepiscopum Salernitanum, apud* eund. *ibid. verb.* Praesbyter, *num.* 4. 760

1631. 13. Sept. —— Annus, intra quem provisus de Parochiali tenetur ad Sacerdotium se facere promoveri, incipit a die habitae possessionis, dummodo per ipsum non steterit, quominus antea possessionem perceperit. *Congregat. concil. apud* Barbosa *de potest. Parochi, part.* 1. *cap* 3. *num.* 5. & *de canonic. & Dignitatib. citatum* a Ventrig. *in Prax rer. notabil. tom.* 2. *annot.* 7. *num.* 20. & *refert etiam* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 14. *nu.* 8. *vers.* Annus autem. 761

1631. 22. Nov. —— Confraternitates Laicorum in actu associationis cadaveris nullo modo Crucem erigere possunt. *Congr. Rit. in Andrien. apud* Pascucc. *in compend ad consult. canonic. Jac. Pignatel. part.* 1 *tit.* de Funeribus, *pag. mihi* 316. 762

1631. 22. Nov. —— In Funeribus deferenda est unica tantum Crux illius Ecclesiae, ad quam Corpus transfertur, post quam sequi debent immediate Personae illius Ecclesiae, & deinde caeteri secundum antianitatem, ut censuit *Congr Rit. in d. Andrien. & antea in Narnien.* 1614. 30 *Sept. apud* eund. *part.* 2. *tit.* de Processionibus, *pag.* 272. 763

1631. 22 Nov. —— Nemini, neque Canonicis Ecclesiae Cathedralis licet deferre cadaver, irrequisito proprio Parocho. *Congr. Rit. in d. Andrien apud* Barbosa *de potest. Parochi, part.* 3. *cap.* 26. *numer.* 66. & *refert etiam* Gavant. *in Manuali Episcopor.* 764

scopor verb. Exequiæ, *in additione*, *numer.* 8.

1631. 18. —— Domus Parochialis gaudet immunitate Ecclesiastica. *Congreg. Immunit. in Mutinen. apud* Pascucc. *in compend. ad consult. canonic. Jac. Pignatel. part.* 1 *tit.* de Immunitate Ecclesiastica, *pag.* 490. *ubi etiam*, ideo delinquens in Domo Parochiali, gaudet, *ex ead. Congreg. in Nepesina* 1626. 4. *Maij*. 765

1631. 12. Dec —— In erectione Confraternitatum, vel novarum Ecclesiarum debet semper apponi clausula *sine præjudicio Jurium Parochialium*, quia Jura Parochi illæsa servanda sunt, & ideo non aliter, quam sub ista conditione Societates hujusmodi, vel novæ Ecclesiæ erigendæ sunt. *Congreg. Episc. in Cajetana*, *apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. part.* 1. *tit.* 6. *form.* II. *num.* 10. *& refert* Pascucc. *part.* 1. *tit.* de Eucharistia, *pag.* 284. 766

1632. 24 Jan. —— Illi, cui opponatur impedimentum Affinitatis ortum ex fornicatione (nisi ser. ser. concludenter coram Ordinario probetur) nihil obstat, quo minus Matrimonium contrahi possit. *Congreg. concil. in Tudertina*, *apud eund.* Monacel *part.* 2. *tit.* 16. *form* 2. *num.* 30. 767

1632. 3. Apr. —— Confraternitates Laicorum non possunt tenere Sanctissimum Sacramentum in suis Ecclesiis, nisi ex causa, & de licentia Ordinarii. *Congr. Rit. in Asculana*, *apud* Nicol. *in Floscul. verb* Confraternitas, *num.* 26. 768

1632. 3. Apr. —— Capellani in Ecclesiis Laicorum, seu Oratoriis confratrum non possunt Benedictiones facere candelarum, Cinerum, Palmarum, & ciborum Paschalium, sed hæc omnia peragi debent per curatos in suis Parochialibus. *Congreg. Rit. in Thelesina*, *apud* Pascucc. *in compend. ad consult. canonic. Jac. Pignatel. part.* 2. *tit.* de Parocho, *pag mihi* 206. 769

1632. 15. Maji. —— Cùm de jure ad Parochos spectet facere quascumque Processiones intra limites 770

mites suarum Parochialium privative quoad omnes, etiam Regulares, qui nequeunt eas facere sine Parochorum licentia, ideo Regulares prohibere non possunt Parochis celebrationem Processionis die Dominico infra Octavam Corporis Christi, vel alio die, nihil refragantibus constitutionibus B. Pii V. & Clementis VIII. pro Dominicanis, nam illæ non comprehendunt Parochos, nec tollunt eorum Jura, cum non fuerit eis derogatum: & propterea censentur sine præjudicio Juris Parochialis; neque ex eis Regulares possunt impedire illorum Processiones die Dominico infra dictam Octavam ut resolvit *Congr. Rit. in Materanen. apud* eund. *d part.2. tit.* de Processionibus, *pag.*273

1632. 27. Aug —— Pixis, in qua asservata fuit Eucharistia, non potest vendi, vel pignorari, prout censuit *Congregatio Episcoporum in una Sanctissimæ Trinitatis*, *apud* Nicolium *in Flosculis*, *verb.* Tabernaculum, *num.*1. 771

1632. 7. Dec. —— Rei non sunt examinandi in Ecclesia, etiamsi extra locum immunem juramentum præstetur. *Congr. Immunit. apud* Gavant. *in Manuali Episcopor verb.* Ecclesiarum reverentia, *in additione*, *num.* 4 772

1633. 11 Jan —— Bona, ad quorum titulum clericus est ordinatus, gaudent exemptionibus, etiam post adeptum Beneficium, nisi fuerit subrogatum in locum Patrimonii. *Congr. Immunit. apud* Pascucc. *in compend. ad consult. canonic. Jac. Pignatel. part* 1. *tit.* de Immunitate Ecclesiastica, *pag mihi* 405 773

1633. 14. Jan. —— Parochus in die Purificationis debet distribuere candelas in Ecclesia, non vero per Domos, nisi quis eo die fuisset legitime impeditus. *Congr. episcop. in Spoletana, apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Candelæ, *num.*3. *& antea in Foglinen.*1585. *apud* Barbosa *de potest. Parochi*, *par.*1. *cap.*12 *num.*5. 774

1633. 15. Apr. —— Permittenda est Confraternitati quæstuatio ad perficiendam Ecclesiæ fabricam, *Congr. episc. in Lucen. apud* eund Nicol. *in dd. Flo scul. verb.* Fabrica, *num.* 4 775

1633. 25. Iun. —— Non possunt Curati, salvis eorum Juribus Parochialibus, impedire contra voluntatem Hæredum Defunctorum, ne Regulares vocati ad Funus, Corpora Defunctorum ad qualvis Ecclesias deferenda, una cum Parochis & Clericis Processionaliter associent: nec prædicti Curati possunt cogere Hæredes, seu Executores Testamentarios, ut pro Defunctis, qui tumulantur in Ecclesiis Regularium, in Ecclesiis etiam Parochialibus celebrari faciant Officia, Novennalia, & Anniversalia, prout celebrantur in Ecclesiis Regularium, in quibus Cadavera sepeliuntur, juxta Decretum Sacræ Rituum Congregationis editum sub die 23. Aprilis ejusdem Anni. *Urbanus VIII. apud* Bullar. *tom* 5. *constit* 188. *quæ incipit* Nuper, *& refert etiam* Peyrin. *de Privileg. Regular tom.* 3. *Constitut.* 20. *ejusd. Pontific. pag. mihi* 399. 776

1634. 6. Maii —— Jurisdictio contra Regulares exemptos Curam Animarum exercentes, à Tridentino *in cap.* 11 *sess.* 25 *de Regular.* concessa Episcopis, illis cumulative competit, non autem privative quoad Superiores Regulares. *Congr. concil. pro Abbate Montis Cassini, apud* Nicol *in Lucubrationib. tom.* 2 *lib* 3. *tit.* 29. *num.* 5. 777

1634. 5. Jun —— In Exequiis Mortuorum Celebrans in fine Missæ, deposita Casula, sumere debet Pluviale, & prosequi omnes alias Cæremonias, incensando, & aspergendo circumcirca Tumulum, dictasque Exequias solitis Orationibus terminare, etiamsi ibidem tunc assistant alii Presbyteri in majori dignitate Constituti *Congr. Rit. apud* Pascucc *in compend. ad consultat. canon. Jac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Parocho, *pag.* 210. 778

1634. 23. Jun. —— Oblationes, & eleemosynæ, 779

L quæ

quæ pro Defunctorum ope, vel ad cohonestandam eorumdem Funus, Christi fideles elargiri consueverunt, ac ipsa Funeralium emolumenta, quæ debentur Parocho, debita sunt in recompensationem laborum, quos sustinet in celebrando Divina Officia, & in administrando Sacramenta, dum viverent, neque id propter se (*notandum*) hoc est ratione salarii, seu laboris humandi Corporis, sed propter Ecclesiam, cui præsidet, quæ super eis habet intentionem fundatam tam ratione Curæ specialis, quam ratione ipsius immediatæ Parochiæ. *Rota in Aversana Funeralium coram* Coccino, *& coram* Merlino, *dec.*480 *num.*8. *&* 9 *apud* eund. *par.*1 *tit.* de Funeribus, *pag. mihi* 315

1634. 18 Sept —— Ubi non est Aurora physice pro licita Missarum celebratione, attendatur ea moraliter, & politice, quando scilicet ibi terminare solet quies, & inchoari labor, juxta probatam Regionum consuetudinem. *Urbanus VIII. apud* Gavant. *in Thesauro Sacror. Rit tom.* 1. *par.* 1. *tit* 15 *littera y.* 780

1634. 16. Dec. —— Publicatio Decreti Concilii Tridentini quoad Matrimonium sufficit, quod sit præsumpta, ad hoc, ut in celebratione Matrimoniorum servanda sit forma ab eodem Concilio præscripta. *Congregat concil in Constantinopolitana, apud* Nicol *in Lucubrationib. tom.* 1. *lib.* 1. *tit.* 10 de Nuptiis, *num.*60. *vers.* Publicationem tamen. 781

1635. 21. Apr —— In delatione Ss. Sacramenti, quæ fit per digniorem de Capitulo, absente vel impedito Episcopo, in die Solemnitatis Ss. Corporis Christi, si contingat Processionem transire per limites alicujus Parochiæ, non potest Parochus prætendere sibi consignari debere Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum deferendum ab ipso Parocho per limites suæ Parochiæ, sed dictus dignior Cathedralis deferre debet per totã viam. 782

Congr.

Congr. Rit. pro capitulo cathedralis Lucanæ, *apud* Pascucc. *in compend. ad consult. canonic. Jac. Pign. par.* 2. *tit.* de Parocho, *pag. mihi* 210.

1635. .... Maii. —— Qui obtinuit litteras dispensationis super gradu prohibito Consanguinitatis, & illis non præsentatis contraxit, vel carnaliter Sponsam cognovit, non potest absque nova dispensatione in Matrimonio permanere. *Congr. concil. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 2. *tit.* 16. *form.* 2. *num.* 30. 783

1635. 23. Nov. —— Parochi non sunt compellendi ab Episcopo ad denuncianda delicta, quæ quotidie committuntur intra limites suæ Parochiæ *Congregat. episcopo. in Lucana*, *apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Parochus, *num.* 26 784

1635. 24. Nov. —— Ad Plebanum in sua Ecclesia propria spectant, privative quoad omnes alios, Functiones omnes cantandi Missas solemnes, Vesperas, aliaque munia per ipsum in propria Ecclesia exercenda, non obstantibus quibuscumque. *Congregat. Rit. in Verulana*, *apud* Pascucc. *par.* 2. *tit.* de Parocho, *pag. mihi* 210. 785

1636. 15. Febr. —— Cohabitatio Sponsorum ante contractum Matrimonii per verba de præsenti, punibilis est: visitationes autem, & conversationes minime, præsertim in præsentia Consanguineorum. *Congr. Episcopor. in Cusentina*, & *antea in Tranen.* 1590. 15. *Maii*, *ac Caven.* 1589 26. *Aug. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Sponsalia, *num.* 2, 786

1636. 16. Apr. —— Presbyteri, & Clerici omnes non possunt cogi sub pœna accedere ad Processiones, nisi habeant Beneficium, aut Officium. *Congreg. concil. apud* Pascucc. *in compend. ad cons. canonic. Jac. Pignatel par.* 2. *tit* de Residentia, *pag. mihi* 353. 787

1636. 12. Jul. —— Parochus non potest sine licentia Episcopi Processiones extraordinarias facere, neque sufficit ad hoc licentia Vicarii Foranei. 788

Congregat. Concil. apud Monacel. *in Formular leg. pract. part.* 2. *tit.* 13 *form.* 1. *num.* 86.

1636 15. Jul. —— Inhibendum est Parochis ab Episcopo in Visitationibus sub Pœna arbitraria, ne (exceptis casibus confugii) permittant Bona reponi in Ecclesiis, & Locis Sacris, prout censuit *Congregat. Immunit. in Nucerina Umbriæ, apud* eund *in append. ad par.* 1. *pag. mihi* 382. *num* 4. 789

1636 9. Jul. —— Non licet Curatis Parochialium Ecclesiarum sepelire Cadavera Defunctorum, nec Officia facere in Ecclesiis Regularium absque expressa licentia Superioris Ecclesiarum ipsorum Regularium, non obstante contraria consuetudine *Congr. Rit. in Toletana de Baraxas, apud* Peyrin. *de Privileg Regular. in fine Operis, Decreto IX.* 790

1636. 22. Nov. —— Parochus, & Vicecuratus amovibilis Cathedralis in Processionibus incedere debent cum Capitulo supra Priores, plebanos, & Curatos perpetuos Beneficiatos. *Congr Rit in Interammen. apud* Pascucc. *in Compend ad Consult. Canonic Jac. Pignatel par.* 2. *tit.* de Parocho, *pag. mihi* 209. 791

1637. 20. Ian. —— Quando excessus est exemplaris, & Rei non resipiscunt, Censuræ sunt aggravandæ, & reaggravandæ, scilicet per Edictum, per publicationem a Parochis faciendam singulis diebus Dominicis inter Missarum solemnia, pulsatis campanis; & per Concionatorea ex suggestu, & per litteras missas vicinis Episcopis *Congregat. Immunit. in Beneventana, & antea in Torpien.* 1630. 22 *Jul. apud* Monacel. *in Form leg. pract. par.* 3. *tit.* 1. *form* 6. *num.* 19. 792

1637. 12 Maii. —— Etsi Benedictio Ovorum in die Paschatis spectet ad Rectorem, & Parochum Loci, est tamen rigor nimius, quod Episcopus contra simplicem Sacerdotem, qui benedixerat illa die quædam Ova, Commissarium expedierit *Congregat. Episcopor. in Terracinen. apud* Nicol. *in Floscul.* 793

Flosecul. verb. Pascha, *numero* 5.

1637. 3. Jul. —— Excommunicatus, absolutus vigore Jubilæi, prætendere non potest amotionem Cedulonum. *Congr. Episcopor. apud* eund. *ibidem*, *verb.* Jubilæum, *num.* 5. 794

1637. 4. Sept. —— Milites Hierosolymitani si elegerint Sepulturam in Testamento, non ideo inferendum est præjudicium Juribus Religionis, & quatenus existant, neque Parochialibus *Congr. Concil. apud* eund. *ibid verb.* Hierosolymitani, *num.* 15. *& refert etiam* Pascucc. *par.* 1. *tit.* de Funeribus, *pag.* 306. 795

1637. 19. Sep. —— Manutentio Umbellæ, Pixidis, & aliorum pro delatione Ss. Sacramenti ad Infirmos necessariorum, ad Parochos pertinet, quatenus sufficientes redditus habeant: alioquin in subsidium tenetur populus, nisi Confraternitates Ss. Sacramenti in Parochialibus erectæ, ex earum institutione, vel consuetudine teneantur. *Congregat. Concil. in Fossanen. apud* Nicol *in Lucubrationib tom* 2. *lib* 1. *tit.* 23. *num.* 7. 796

1637. 19. Sept. —— Ad expurgationem Gæmeterii (si dives sit) tenetur ille, qui habet curam Animarum, percipitque emolumenta funeralia, & in subsidium Populus, ut declaravit *Congr. Concil. d. Fossanen. apud* eund. *d. tom* 2 *lib.* 5 *tit* 30. *num.* 255. *& refert etiam* Monacel. *in Form leg. pract. par.* 2. *tit.* 13. *form.* 1. *num* 95. 797

1637. 21. Nov. —— In deferendis cadaveribus ad Ecclesias possunt Hæredes Defunctorum vocare numerum Religiosorum sibi bene visum: Cadavera autem efferri, seu tolli non possunt ab aliis, etiam Regularibus, & quibuscumque, non vocato, nec expectato Parocho, nisi ipse Parochus aliud permiserit, vel adesse recusaverit. *Congreg. Rit in Camerin. Terræ Motelicæ ad* I. *&* II. *apud* Peyrin. *de Privileg. Regular. in fine Operis*, *Decreto* X. 798

1637. 21. Nov. —— Quotiescumque Cadavera ad 799

Ecclesias Regularium deferuntur, Officia super eis peragi debent non a canonicis, nec aliis, sed ab ipsismet Regularibus in propriis eorum Ecclesiis: Unica autem Crux in Cadaveribus efferendis est deferenda, & illa esse debet illius Ecclesiæ, ad quam Corpus Defuncti defertur. *Congr. Rit. in d. Camerinen. ad III. & IV. apud* eund. *ibid.*

1638. 11. Mar —— Parochi non possunt plus recipere in Sepulturis, quæ fiunt in Ecclesiis Regularium, quam in eis, quæ fiunt in propriis, seu aliorum Clericorum. *Urbanus VIII. in Bullar. to* 5. *constitut.* 244 *qua incipit* Cum sicut, *& refert etiam* Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Parochus, *n.* 1. ¶ Hoc etiam antea constituerat Paulus V. pro Indiis Occidentalibus, & Orientalibus in litteris editis sub die 1. Jun. 1567. quas confirmavit dictus *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in d. Bullar. tom.* 4 *Constitut.* 23 *qua incipit* Alias. 800

1638. 6. Sept. —— In Parochialibus, quæ sunt membra Monasteriorum Congregationis Cassinensis, aut alias ab ipsis dependentes, Cura Animarum exerceri potest etiam per Monachos ad suorum Superiorum nutum amovibiles: ita tamen, ut iidem prius examinentur, & approbentur ab Episcopo, ejusque jurisdictioni subiiciantur in his, quæ ad ipsam Curam, & Sacramentorum administrationem pertinent: & cum eo, qui ad eam exercendam fuerit pro tempore deputatus, habitet alius saltem Monachus ejusdem Ordinis Professus. *Urbanus VIII. in Bullar tom.* 5. *Constitut.* 253. *qua incipit* Alias, *& refert etiam* Peyrin. *de Privil. Regular. constitut.* 22. *ejusd. Pontific. pag. mihi* 431. 801

1639 16. Febr. —— Filii Judæorum non sunt invitis Parentibus baptizandi, donec veniant ad ætatem legitimam, & tunc si ipsi Filii consentiant: ætas vero legitima regulariter censetur completo septennio. *Congr. conc. apud* eund. *ibid lib.* 1. *tit.* 1. *num.* 9. 802

1639.

1639. 18. Febr. —— Si impotentia coeundi est in Frigido, arbitrarium est Judici, an velit uti cohabitatione praecedente Decretum rite probata: in Maleficiato vero secus, quia triennium incipere debet a die Decreti. *Rota in Toletana Matrimonii coram* Coccino, *quam ex* Diana *in fine* 6.*par. refert* Nicol.*in Lucubrationib.tom.*1 *lib.*1.*tit.*10.de Nuptiis, *num.* 56. 803

1639. 18. Febr. —— Fides ex libro Curati desumpta plene probat, modo sit authentica, & recognita. *Rota in d.Toletana Matrimonii coram* eod.*apud* eund. *ibid tit.*4. de Ingenuis, *num.*6.*ex d.* Diana *loc cit.* Et ex hac fide probari hominis aetatem, cum Pueri soleant baptizari paucis diebus post eorum nativitatem, dixit *Rota in Leodien Beneficii* 1672. 30. *Maii coram* Priolo *ex* Castren. *cons* 231. *num* 1, *vol.* 1. Mascard. *de probat. conclus* 662 *num.*3 *apud* Rosam *de Executorib. Litterar. Apostolicar.in fine Operis*, *decis.*5 *num* 6 804

1639. 23. Maii. —— Ratione Stolae, Parochus in Funeribus praecedentiam habet etiam supra Collegiatam intervenientem. *Congregat. Rit. in Lauden.& antea in Spoletana* 1635.21.*Apr.apud* Pascuc. *in compend ad consult. canonic. Jac.Pignatel par.*2 *tit.* de Parocho, *pag. mihi* 201. 805

1639. 17. Aug —— Capellae plures in eodem Altari sub eadem invocatione cum diversis Missarum oneribus, quae antea conferebantur pluribus clericis, non possunt hodie retineri ab uno sine dispensatione Apostolica. *Congr. concil apud* Gavant *in Manuali episcopor verb.* Beneficiorum pluralitas, *in additione*. 806

1639. 9. Dec —— In re a Testatore relicta, ut vendatur, dummodo pretium erogetur in beneficium Ecclesiae juxta piam dispositionem Testatoris, non requiruntur Solemnitates Extravagantis *Ambitiosae* supra positae, & *editae* 1467 1 *Martii:* interim vero penes Aedem Sacram, vel Personam fide dignam, & facultatibus idoneam 807

pretium deponatur, ut declaravit *Congr. episcopor. in Feretrana*, *apud* del Bene *in addit. verb.* Alienatio, *vers.* In rebus, *citatum* a Petra *in commentar ad constitut. Apostolic. tom.* 1 *constitut.* 1. *Leonis I sect.* 4. *num.* 46 *pag. mihi* 1. 2.

1639. 13 Dec. —— In Ecclesiis Confraternitatum ubi asservatur Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, nullum est inferendum Juribus Parochialibus præjudicium. *Congregat. episcopor. in Asculana*, *apud* Nicol. *in Flosculis*, *verb.* Eucharistia, *num.* 22. 808

1640. 14. Jan. —— Electio, & numerus Religiosorum pro associandis Cadaveribus, ad libitum Hæredum Defunctorum spectat, & pertinet: & ita ubique servari debere declaravit *Congreg. Rit. cujus Decretum confirmavit Alexander VII. anno* 1660. *ut refert* Pascucc. *par.* 1. *tit* de Funeribus, *pag.* 307 809

1640. 20 Jan. —— Licet Parentibus, in quacumque Ecclesia voluerint, etiam Regularium, eorum Filiis minoribus, qui ad annos pubertatis nondum pervenerunt, eligere Sepulturam: nec a Parochis Locorum impediri possunt, aut debent, præsertim vero, si in dictis Regularium Ecclesiis sepeliri consueverint, vel in eis habeant Sepulchrum Majorum. *Congregat Episcopor. apud* Peyrin. *de Privileg. Regular in fine Operis, Decreto XVII. & refert etiam* Mancin. *in Pract. visitan. Infirm in brevi tract de Sepult. dub.* 16 *ubi præcedentem etiam habet. Decisionem ejusd. Congr. in Foglianen.* 1587. 27 *Oct.* 810

40. 27. Jan. —— In Ecclesiis intra fines alicujus Parochiæ sitis, in diebus Festis non celebretur Missa, antequam sit finita Missa Parochialis, ut Populus intersit publicationi Matrimoniorum, Monitoriorum, Vigiliarum, Festorum, aliarumque Monitionum ad æternam salutem consequendam. *Congregat. episcopor. in Comen. & antea in Florentina* 1636. 8. *Aug. ac in Amalphitana* 1607. 19. 811

19. *Sept. apud* Nicol. *in Lucubr. tom* 2. *lib.* 3. *tit* 41. *num.* 7.

1640. 15. Sept. —— Vocato ad Funus capitulo Cathedralis, non alia Crux, quam ipsius capituli deferenda est: & capitulo interveniente, proprius Parochus Defuncti, etiam quod sit Stola indutus, incedere debet ante canonicos Cathedralis: Ad solum autem Parochum spectat aspergere Aqua benedicta cadaver, antequam levetur de Domo: & ad eundem pertinet intonare Antiphonam *Si iniquitates*, & Officium super cadavere in sua Ecclesia peragere. *Congreg. Rit. in Aversana*, *apud* Pascucc. *in compend. ad consult. canonic. Jac Pignatel. part.* 1. *tit.* de Funeribus, *pag. mihi* 313 812

1640. 30. Oct —— Non potest Episcopus prohibere curato, ne administret Viaticum Infirmis sine sua licentia. *Congregat. Episcopor. in una S. Marci*, *apud* Nicol. *in Floscul verb.* Infirmus, *num.* 1. 813

1641. 19. Jan. —— Parochus unius Diæcesis non potest confessiones audire in alia Diæcesi sine licentia Episcopi Diæcesani. *Congregat. concil. in una civitatis Plebis*, *apud* eund. *ibid. verb.* Parochus, *num.* 22. 814

1641. 1. Mar —— Pacem cum alio facere nemo compellitur, cum sufficiat in foro conscientiæ intus injuriam remittere, ac rancorem deponere, nec offensus tenetur satisfactionem, vel publicam apud Judicem injuriæ ex Justitiæ zelo prosecutionem offendenti condonare, licet esset Parochus, & alii ex hoc scandalizarentur, quia si prosequitur vindictam per viam justitiæ absque odio (quod asserenti credendum est) scandalum videtur potius passivum, quam activum, ut declaravit *Congr. episcop. in Terracinen. & alibi sæpissime*, *prout citat*, *& refert* Nicol *in Lucubration. tom* 1 *lib* 2 *tit.* 20. *num.* 26 *ubi tamen*, licet contrarium in praxi regulariter suaderi debeat. 815

1641.

1641. 19. April. —— Licentia Matrimonii contrahendi inter Exteros, vel cum Extero, & Benedictiones Matrimoniales debent fieri gratis, ita ut pro iis nihil exigatur: non est tamen prohibitum accipere a sponte dantibus. *Congreg. episcop. in Beneventana*, *& antea in Comen* 1601. 12. *Jul. ac in alia Montis Pilosi* 1581. 7. *Mar. apud* eund. *in Floscul verb.* Matrimonium, *num.*25. 816

1641. 21. Maji. —— Consuetudo licet immemorabilis quoad usum fructus Ecclesiasticorum immobilium prohibetur in Extravaganti *Ambitiosæ* supra relata, & *edita* 1467. 1. *Mart.* quia ut consuetudo prævaleat adversus canones, & Leges Pontificias, opus est, ut introducta sit non solum cum scientia, sed etiam cum expresso consensu Summi Pontificis. *Rota in Messanen. Decanatus*, *& antea in Triveren. Abbatiæ S.Maximini* 1635. 24 *Jan.apud* Pascucc. *in compend. ad consult. canonic. Jac.Pignatel. part.*1. *tit.* de Alienatione, *pag. mihi* 13 817

1641. 23 Maji. —— Plebano in propria sua Ecclesia debetur præcedentia super quoscumque alios Sacerdotes antiquiores in Ordine, concurrentes occasione Functionum Ecclesiasticarum. *Congreg. Rit. in Asculana*, *apud* eund. *part.* 2. *tit* de Parocho, *pag.*210. 818

1641. 25. Maji. —— Non potest Parochus quidquam accipere pro publicandis Resignationibus, & permutationibus Beneficiorum, Monitoriis, & clericorum patrimoniis. *Congregat. concil. in Albiganen. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Gratis, *num.*2. *in fine*. 819

1641. 4. Jun. —— Parochis, & aliis curam Animarum habentibus, Officium Subcollectoris non licet exercere; & quatenus ad id deputarentur, eorum electio esset invalida, & exemptione Subcollectorum non gauderent, prout declaravit *Congregat. Immunit. in Strongolen. apud* Monacel *in Formul. leg.pract.part.*1. *in append. pag.*507. *n.*28 820

1641. 8. Jun. —— Ad effectum pulsationis in Sabbato Sancto sufficit probare, Ecclesiam esse Parochialem, antiquiorem, digniorem, & majorem, ex quibus concluditur esse Matricem. *Congr Rit. in Sorana*, *apud* Pascucc. *part.* 2. *tit.* de Regularibus, *pag. mihi* 299 821

1641 21. Jun. —— Religiosi Ordinum Militiarum, qui exercent curam Animarum iisdem Ordinibus annexam, apponi, & removeri soliti ad nutum Magni Magistri, faciunt tuta conscientia fructus suos: quamvis enim concilium Tridentinum *cap.* 1. *sess.* 23. *de reform.* injungat onus residendi habentibus curam Animarum, sub pæna etiam amissionis fructuum, hoc tamen non procedit, dum ipsi ex causa ab Ordinario cognita, & approbata, absunt, dimisso Vicario pariter per Ordinarium approbato, assignata competenti mercede: si ergo Rectores Parochialium illius in titulum retinentes tempore absentiæ de licentia Episcopi faciunt fructus suos, eo facilius hoc affirmandum est in istis Vicariis amovibilibus habentibus exercitium curæ absque titulo, & institutione, servitoribus etiam nuncupari solitis. *Rota in Hispal. Juris amovendi curatos coram* Peutingerio, *apud* eund. *part.* 1. *tit.* de Equitibus, *pag* 279. 822

1641. 13. Sept. —— Dum curatus excommunicatione ligatur, ponendus est Oeconomus cum congrua fructuum assignatione ad curam Animarum exercendam. *Congreg. Episc. in una Burgi S. Donnini*, *apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Excommunicatio, *num.* 20. ¶ Notandum, quod Parochus censura Excommunicationis, Suspensionis, vel Interdicti ab ipso Jure lata innodatus, qui non sit notorius percussor Clerici, aut ab Episcopo denunciatus, potest ad evitanda scandala ante absolutionem (præmissa tamen contritione) Sacramenta Fidelibus administrare, si ab his fuerit requisitus, neque alius adsit, qui æque 823

uti-

utiliter administret. *Concil. constant. & Extrav. Martini V. apud* Engel *in Manuali Paroch part.* 3. *num.* 7.

1641. 17. Nov. —— Cum Parochialis asseritur nimium pensionibus gravata, refertur Sanctissimo posse Parocho congruam portionem assignari, residuis fructuum pensionario dimissis, ne Animarum cura negligatur. *Congreg. episc. in Ravennaten. apud* d. Nicol *ibid. verb.* Pensio, *n.*3. 824

1641. 29. Nov. —— Parochi occasione Funeris possunt ingredi Ecclesias Regularium cum superpelliceo, & Stola; dummodo Officium peragant ipsi Regulares, nisi adesset concordia, vel consuetudo in contrarium. *Congreg. Episcopor in Firmana, apud* Pascucc. *in compend. ad consult. canonic. Jac. Pignatel. part.* 1. *tit.* de Funeribus, *pag. mihi* 300. 825

1641. 7. Dec —— Non licet in media nocte Nativitatis Dominicæ celebrare successive alias duas Missas, & in eis Sacram communionem exhibere Fidelibus illam deposcentibus, sed utrumque omnino prohibitum *Congreg Rit. apud* Lantusca *in Theatro Regular. verb* Missa, *num* 5. *& refert etiam* Matthæuc *in Offic. cur. Regular. tom.*1. *c.*12. *num* 46. ubi ajunt, sic postea decisum fuisse anno 1664. 20. April. 826

1642. 15. Mar. —— Imagines Domini Nostri Jesu Christi, & Deiparæ, ac Angelorum, Apostolorum, Evangelistarum, aliorumque Sanctorum, & Sanctarum non sculpantur, pingantur, vel quomodolibet effingantur cum alio Habitu, & forma, quam in Catholica, & Apostolica Ecclesia ab antiquo tempore consuevit, nec etiam cum Habitu peculiari alicujus Ordinis Regularis: Item, ne exponantur in Ecclesiis quibuslibet, ac quomodolibet qualificatis, ac earum Frontispiciis, & Atriis Imagines profanæ, vel alias indecentiam, & inhonestatem præseferentes. *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. tom.*4. 827

const.

constitution. 163. *quæ incipit* Sacrosancta.

1642. 3. Maji. —— Commendatarius Monasterii jam Regularis, cui annexa est cura Animarum, non tenetur ad residentiam personalem, sed attento statu Regulari, satisfacere potest per Vicarium presbyterum Sæcularem a se deputatum, & ab Ordinario approbatum. *Congreg. concil in Amalphitana, apud* Pascucc. *part.* 2. *tit.* de Residentia, *pag.* 350. ubi alias refert præcedentes Decisiones *in Nucerina Prioratus* 1638. *7. Maji, in Aquen. Lauden. Tudertina*, & etiam posteriores *in Eugubina* 1647. *ac in Firmana.* 828

1642. 21. Jun. —— Vicarii amovibiles deputati ad nutum capituli pro exercitio curæ, prævia Episcopi approbatione, non possunt ab Episcopo amoveri, nisi ex causa legitima, & probata, propter quam (etiamsi essent perpetui) amoveri possunt *Rota apud* Nicol. *in Lucubrat. tom* 2. *lib.* 3. *tit.* 29. *num.* 10. *ex* Fagnan. *in cap. Ad Monasterium, de statu Monachor. num.* 39. 829

1642. 12. Jul. —— Consuetudo, quæ aufert ea quæ de Jure debentur Parocho in sua Ecclesia, debet esse quadragenaria cum titulo, vel immemorabilis, ut notabiliter respondit *Congr. concil. in Feretrana, apud* Monacel *in Formul. leg. pract. par* 2 *tit.* 13. *form* 1. *num.* 89. 830

1642. 13. Sept. —— Festum unius ex principalioribus patronis in quocumque Regno, sive Provincia, & alterius pariter principalioris in quacunque Civitate, Oppido, vel Pago, ubi hos patronos haberi, & venerari contigerit, est præceptivum cum obligatione audiendi Missam, & vacandi ab Operibus servilibus. *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. tom.* 4. *constitut* 164. *quæ incipit* Universa, §. 2. 831

1642. 20. Sept. —— Archipresbyter Cathedralis, cui imminet cura Animarum, non potest esse confessarius ordinarius Monialium, sed potest indulgeri. *Congr. concil in Salutiarum ad I. apud* Mo- 832

Monacel. *in Formular. leg. pract par. 2. tit. 15. form. 15. num* 9.

1642. 7. Nov —— Parocho, qui in sua Parochia, post illam adeptam, graves contraxit inimicitias, maximè sine culpa, conceditur, ut possit abesse per sex menses modò interim aut inimicitias componat, aut Beneficium dimittat, relicto tamen idoneo substituto. *Congreg. Episcopor in Aretina; & antea in Salernitana* 1640. 17. *Aug. ac in Imolen.* 1604. 10. *Febr. nec non in Parmen* 1579. 20 *Oct. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Can. Jac. Pignatel par. 2. tit.* de Vicario, *pag. mihi* 418. 833

1643. 21. Mar. —— Est nullum Examen factum sine Examinatoribus Synodalibus in collatione Parochialium Jurispatronatus Ecclesiastici, seu Laicalis, vel mixti, quando plures præsentantur. *Congreg. Concil. in Vercellen. apud* eund. *par. 1. tit.* de Examine; *pag.* 295. 834

1643 22. Mar. —— Clerici conducere possunt res Ecclesiasticas, dummodo opera manualia per Laicos exerceant. *Congr. Episcopor. in Bovinen. & antea in Sulmonen.* 1641. 8. *Mar. apud* eund *ibid tit.* de Immunitate Ecclesiastica, *pag.* 376. *& pag.* 504. *ubi alia Decisio in Ulyssiponen.* 835

1643. 2. Maii. —— Non habenti Curam Animarum facultas concedi potest commorandi extra Residentiam causa Studii, non obstante, quod in Fundatione Testator jusserit, ut residere, & per seipsum inservire teneretur. *Congr. Concil in Sabinen. apud* Nicol *in Lucubrationib tom. 2. lib* 3 *tit. 4. num.* 16. 836

1643 14 Maii. —— In associatione Funerum, salva legitima Loci consuetudine, debetur Præcedentia capitulo collegiatæ supra Parochum etiam proprium Defuncti, sine tamen præjudicio in reliquis Jurium, & præeminentiarum eidem Parocho de jure, vel de consuetudine competentium. *Congr.* Rit. *apud* Pascucc *par. 2. tit.* de Funeribus, *pag. mihi* 394. 837

1644.

1644. 16. Jan. —— Si Decimæ, vel Fructus pro Missarum celebratione, aliisque oneribus assignati, sine culpa recipientium exigi non possunt factis diligentiis, non tenentur ad onera pro eo tempore. *Congr. Concil. in Ferrarien & antea pro Carthusianis* 1641. 20. *Jul. apud* Nicol. *in Flosculi. verb* Missa, *num.* 10. 838

1644 16. Apr —— Simplex Capellanus Curatus amovibilis ratione officii præcedere debet aliis Sacerdotibus ætate, ac promotione antiquioribus *Congr. Rit. in Nucerina*, *apud* Pascucc. *in Compend. ad Consultat. Canonic. Jac. Pignat. par.* 2. *tit.* de Parocho, *pag* 209. 839

1644. 11. Jun —— Si in erectione Ecclesiæ Collegiatæ circa administrationem Curæ Animarum habeatur, quod Archipresbyter principaliter, & Canonici tanquam ejus coadjutores curam Animarum exerceant, Canonici tamen ad hujusmodi curam Animarum exercendam non semper tenentur, sed in defectum tantummodo Archipresbyteri, hoc est, quando ipse Archipresbyter legitimè abest, aut vere impeditur, aut etiam plures Parochiani eodem tempore egent opera, & administratione Parochi, nec eorum necessitas dilationem patitur, & in casibus similibus *Congr. Concil. in Nullius S. Edisii, ad cap.* 3. *sess* 7. *& cap.* 4. *sess.* 21. *de reform. apud* eund. *par.* 1. *tit. de* Capitulo, & Canonicis, *pag.* 108. 840

1644. 5 Nov. —— Beneficiati possunt tanquam singuli, & vocati ab Episcopo intervenire in Synodo, & in loco, juxta præscriptum Pontificalis. *Congr Concil. ad cap.* 2. *sess.* 24. *de reform. apud* eund. *par.* 2. *tit* de Synodo, *pag. mihi* 403. 841

1644. 3. Dec. —— Parochi, qui Matrimonia celebrant temporibus prohibitis ab Ecclesia, puniri possunt arbitrio Episcopi. *Congr. Concil. in Bosnen. ad cap.* 10. *sess.* 24. *de reform apud* Pascucc. *in Comp. ad Consult. Canonic. Jac. Pignatel. par.* 2. *tit* de Matrimonio, *pag.* 20. 842

1645. 7. Febr. —— Regulares privilegia Apostolica habentes, non possunt prohiberi ab Ordinariis Locorum, ut a Dominica Palmarum usque ad Dominicam in Albis inclusive non valeant administrare Sacramentum pænitentiæ *Innocentii X. apud* Poncium *in cursu Theolog. disput.* 46. *quæst* 9. *num.* 321 *relatum a* Matthæucc. *in Offic. cur. Regular. tom.* 2. *cap.* 20. *num.* 2. 843

1645. 17. Febr. —— Prædicator destinatus ab Episcopo, vel electus a Rectoribus antiquis, prædicare debet, nec successores possunt eligere novum. *Congreg. Episcop. & antea* 1601. 2. *April ac* 1587. 15. *Dec. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Prædicator, *num.* 4.

1645. 26. Maji. —— Quando populus convenire non vult ad electionem Officialis alicujus Ecclesiæ secundum solitum, datur (*alicubi*) Episcopo facultas eligendi. *Congreg. Episcop. apud* eund. *ibid. verb.* Electio, *num.* 11. 844

1645. 9. Sept. —— Curatus non excusatur a Residentia ex eo, quod sit Subcollector. *Congregat. Episcop. in Neapolitana*, *apud* eund. *ibid. verb.* Cura Animarum, *num.* 10. 845

1645. 29. Sept. —— In casibus moralis necessitatis pro Infirmis, vel aliis, præsertim extra Ecclesiam, possunt audiri confessiones sine Cotta, & sine Stola. *Congreg. Episc. & antea* 1642. 11. *Apr ac* 1586. 22. *Apr. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Confessarius, *num.* 18 846

1645. 6 Oct. —— Infirmi confiteri possunt cuilibet confessario approbato, qui relinquere debet ibi schedulam pro notitia Parochi. *Congreg. Episc in Anconitana apud* eund. *ibid. n.* 27. 847

1645. 7. Dec. —— Auditor cameræ inhibere non potest Episcopo, ne procedat contra curatum non residentem, neque Ordinario præcipere, ut admittat Resignationem. *Congreg. Episcop. & antea* 1613. 16. *Jul. apud* eund. *ibid. verb.* Auditor, *num.* 3. 848

1646.

1646. 21 Febr. —— Regulares omnes, etiam Societatis Jesu, tenentur solvere Parochis, & aliis Beneficiatis Decimas, quæ solvebantur a Laicis priusquam Bona in ipsorum Regularium proprietatem fuerunt translata, juxta Decretum Sacræ Congregationis Concilii editum anno 1645 17. Jun. in Causa Decimarum Regni Poloniæ *Innocentius X apud* Cherubin. *in Bullar. tom.4. constitut.* 10. *qua incipit* Nuper, *& referunt etiam* Nicol. in *Lucubrationib. tom. 2. lib. 3. tit. 30. numer. 6. ac* Pascucc. *in compend. ad consult. canonic. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Seminario, *pag. mihi* 383. 850

1646. 2. Mar. —— Oblati extra Claustra degentes, tenentur in Paschate communicare in Parochia *Congregat. Episcopor. in una Regularium de Oppido, apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Pascha, *num.* 7. 851

1646. 14. Apr. —— Parochi non possunt in subcollectores, nec in Commissarios, quocunque titulo deputari. *Congregat. concil. annuente Sanctissimo, apud* eund *ibid. verb.* Exemptio, *num.* 7. 852

1646. 14. Apr. —— Dispositio Sacri Concilii Tridentini *cap. 15. sess. 25. de reform.* locum habet pro Illegitimo ex soluta, dum illius Pater fuit simplex Capellanus ad nutum amovibilis, & non titulatus in Ecclesia, in qua idem Illegitimus obtinere debet Beneficium, sed potest cum illo dispensari. *Congreg. conc. in Hispalen. apud* Pascucc. *par. 2. tit.* de Presbyterorum Filiis, *pag.* 261. 853

1646. 20. Maii. —— Curati Religionis Hierosolymitanæ tenentur intervenire Oleorum Consecrationi, si alii Curati teneantur. *Congregat. episcopor. in Faventina, apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Hierosolymitani, *num* 9 854

1646. 15. Jun —— Porta, per quam ab Ecclesia itur in Domum privatam, est muro obstruenda prout obstruendam esse censuit *Congregat. Episcopor. apud* eund. *ibid. verb.* Porta, *num.* 4. 855

1646. 5. Jul. —— Licet Capitulis, quoties Defun- 856

ctorum Funera ad Ecclesias etiam Regularium comitentur, ingredi Ecclesiam, atque in illa super ipso Corpore Psalmum *Miserere*, vel *De profundis* cum Versiculo, Responsorio, & Oratione super Defuncto recitare vel decantare, sed sine Stola, & sine Pluviali. *Congregat. Episcopor. & antea* 16. 6. 1. *Jul. ac* 1604 9. *Aug. apud* eund. *ibid. verb.* sepultura, *num.* 17

1646 21. Aug. —— OEconomus, sive Substitutus deputari debet ad satisfactionem, & contentamentum Rectoris, maxime si deputetur propter ejus infirmitatem, vel aliud justum impedimentum. *Congregat. Episcopor in una Civitatis Plebis, apud* Nicol. *in Floscul. verb* Cura Animarum, *num.* 4. 857

1646. 3. Dec. —— Voluntas Collitigantis superstitis non prosequendi litem, non elicitur ex taciturnitate per aliquod breve tempus, quia de Jure Canonico jus prosequendi litem non est præfixum ut tradit Miles. *In Repert verb. litis pendentia non finitur*, *fol.* 250 *apud Rotam in Valentina Rectoria coram* Bichio, *num* 9. *relatam a* Rosa *de Executorib. Litterar. Apostolicar. in addit. ad cap.* 17. *num* 88. 858

1646. 7. Dec. —— Translatio onerum Missarum, Oratorio, vel Capellæ angustiori relictorum fit ad Matricem, seu Parochialem, & non alio. *Congregat episcopor & antea* 1579 1. Dec. *apud* Nicol *in Floscul. verb.* Missa, *num* 19 859

1646 14 Dec. —— Super fructibus Parochialium vacantium assignanda est ab Episcopo congrua merces ipsarum OEconomis a Scutis quinquagenis ad centena pro singulis annis, secundum qualitatem Ecclesiarum *Congregat. episcopor. & antea* 1593 25 *Ian. apud* eund. *ibid. verb.* OEconomus, *num* 8 860

1646 15. Dec. —— Fundator Ecclesiæ Parochialis non est cogendus ad augendam dotem eidem Parochiali usque ad annua scuta centum. *Congregat.* 861

Con-

Concil. in Asten apud Pascucc *in compend. ad consultat. Canonic. Jac. Pignatell par. 2. tit.* de Parocho, *p. 197 ubi quod* sufficit, quod assignata sit Congrua secundum consuetudinem loci, & qualitatem Personarum, quæque talis esse debet, ut ex ea quis possit commode sustentari, Gloss. *in cap. unic. verb absque pecunia, de statu Regular. in 6.*

1647. 23. Febr. —— Hæres cogi potest, ut celebrentur Missæ a Testatore relictæ in Ecclesiis ab eo designatis. *Congregat. concil. in Bononien apud* eund. *ibid. tit.* de Missæ Sacrificio, *pag 45. ubi addit* Graff *par. 1. dec. lib. 2. cap. 39 n. 9. &* Azor. *par. 2 lib. 6. cap. 24. quæst. 7.* 862

1647. 17. Mar. —— Intrusio ad effectum Regulæ deducitur, si Subrogatus, ante obtentam subrogationem, possessionem cæperat vigore *Litterarum Gratiæ principalis* expeditarum sub supplicatione subreptitia. *Rota in Valentina Rectoriæ coram* Bichio, *num. 5. apud* Rosam *de Executorib. Litterar. Apostolicar. par. 1. in additione ad cap. 17 num. 88.* 863

1647. 17. Mar. —— Clausula *Dummodo in Beneficiis hujusmodi se non intruserint* apposita *in Reg. de Trienn.* intelligenda est, non de omni specie intrusionis, sed de vera, & propria intrusione, cum sit constitutio pænalis alias nunquam daretur casus, quod vitium possessionis antea captæ purgaretur per subsequentem subrogationem gratiosam: & sic destrueretur receptissima conclusio pluribus comprobata, & confirmata apud Card Mant. *decis. 71. numer.* 10. & generaliter quod Possessio, lite pendente capta a subrogato in vim, & possessionem Defuncti, non dicatur intrusa, ut ex Lancell. *de Attent. par. 2. cap. 3. n. 87. & alibi* dixit *Rota in d. Valentina coram* eod. *n. 11. & 12. apud* eund *ibid.* 864

1647. 17. Mar. —— Possessor semper est citandus ad effectum evitandi pænam contra intrusum, *cap. avaritia, de elect. num. 6* quod non procedit, 865

quando Subrogatus non cæpit possessionem propria auctoritate, sed de manu Executoris, & Possessor attentate possidebat: quo casu non est necessaria citatio, nam Possessio attentata habetur pro non possessione. *Rota in d. Valentina coràm* eod. *num* 14 15. & 16 *apud* eund *ibid.*

1647. 17. Mar. —— Possessio capta per Subrogatum de manu Executoris inservato Juris ordine, non dicitur violenta, nec ipse reputatur intrusus ex specie intrusionis, quam Regula de subrogandis requirit, ut declarat Mandol. *in ead Reg quæst* 4 *sub num.* 7. ubi ait, ita intelligendam esse doctrinam Sarnen. *in ead. Reg. quæst* 4. *in fin* dicentis, non haberi pro intruso eum, qui absque intimatione executorialium possessionem apprehendit: & sic etiam Gigas *de intrus. num.* 19. qui loquitur in specie de apprehendente possessionem sine citatione partis *Rota in d. Valentina coram* eod. *n* 17. & *seqq. apud* eund *ibid.* 866

1647. 17 Mar. —— Subrogatio ad effectum Justificationis clausulæ *dummodo intrusus non sit*, ut petita, & concessa dicatur, attendendum est tempus *Gratiæ principalis*, nam sub eadem data Litteræ Subrogationis expediuntur: & quod habetur sub eadem data, censetur sub eodem tempore concessum. *Rota in d. Valentina coram* eod. *n.* 45. *apud* eund *ibid.* ubi ampliatur, quamvis Litteræ ex intervallo expedianrur. 867

1647. 17. Mar. —— Clausulæ Subrogationis, cum semper soleant apponi in supplicatione *Gratiæ principalis*, ipsa petitio *Gratiæ principalis* includit petitionem Subrogationis, tanquam de stylo ad illam consecutivæ, eique solitæ annecti, juxta theoricam, quam *in cap. licet styli* 21. *de Simon.* tradit Jo: de Anan *sub num.* 38. *vers* & *eodem modo*, & *vers. si illud venit*, Felin. *num* 23. & 25 Christ. de Paz. *in Schol ad leg. Reg. styli*, *l.* 1 *numer.* 28. *fol* 48. *apud Rotam in dict. Valentina coram* eod. *num.* 48. *apud* eund. *ibid.* 868

1647.

1647. 17. Mar. — Facultas expediendi *subrogationem* in clausulis supplicationis *Gratiæ principalis* contenta, supponit per necesse præexistentiam Gratiæ subrogationis: cum expediri non posset, nisi ab initio concessa fuisset. *Rota in d. Valentina Rectoria coram eod.* Bichio, *num.* 49 *apud* eund *ibid.* 869

1647. 27. Mar. — Quando pro Parochiis vacantibus non inveniuntur Presbyteri Seculares idonei, possunt ibi poni Regulares, non in titulum, seu Vicariam, sed ad nutum amovibiles, vel tanquam OEconomi: & maxime ex iis, qui Reformationem recipere nolunt. *Congregat Episcopor. apud* Nicol. *in Flosculi. verb.* Cura Animarum, *num* 13. 870

1647. 1. Apr — Quando alter Contrahentium est in quarto, alter autem in quinto gradu, nulla indigent dispensatione, quia nulla est prohibiti. *Congregat Episcopor.arg c.non debet de Consang. & Affin apud* eund. *in Lucubrationib tom.* 1. *lib* 1 *tit.* 10 de Nuptiis, *num.* 78. 871

1647. 24. Maii — Subrogatus *gratiose* potest quidem absque vitio attentati capere possessionem propria auctoritate lite pendente, si tunc Possessio erat vacans; secus vero, si post mortem Prædecessoris fuerat ab alio, medio tempore apprehensa: nam Subrogatio gratiosa, antequam Subrogatus capiat actualem possessionem, importat facultatem eam apprehendendi, & operatur effectum continuationis quoad poss ssionem non facti, sed juris, Sarnen. *in Reg de Trienn quæst.* 14 *num.* 8. *in fin. & num.* 11. Gonzal. *super reg* 8. *gloss* 34 *num.* 110. *apud Rotam in Valentina Rectoria coram* Bichio, *num.* 5. & 6 *relatam a* Rosa *de Executorib. Litterar Apostolicar. par.* 1. *in addit.ad cap.* 17. *num.* 88. 872

1647. 24. Maii. — Possessio vigore Statuti continuata dicitur civilissima, & intervertitur eo ipso, quod alius medio tempore occupat natura- 873

turalem . ut ex Gonzal. *super reg.* 8. §. 3. *Proœmial num.* 90. dixit *Rota in d. Valentina Rectoriæ coram* eod. *num.* 7 *apud* eund. *ibid.*

1647. 24. Maii. —— Detentor, seu injustus Possessor, ex supervenienti nova causa efficitur verus Possessor; ex quo præsumitur voluisse possidere ex novo titulo magis proficuo: quod procedit, si res ab alio non possidetur: secus verò, si alius possidet; tunc enim non potest solo animo quis effici possessor, nisi actus interveniat; quo prior possessor possessione privetur, vel possessionem dimittat: ut benè declarat Gabr. *cons.* 51. *nu* 38. *vers. quintò quod dicitur*, *lib* 1. *apud Rotam in d. Valentina coram* eod. *num.* 15. & 16 *relatam a d.* Rosa, *ibid.* 874

1647. 24. Maii. —— Subrogatus *gratiosè* potest propria auctoritate possessionem capere, etiamsi possessio sit plena, si dicta possessio ab alio capta, est notoriè attentata, vel infecta à *Decreto irritanti*, quia habetur pro non possessione, ut ex *l. improba*, *C. de acq. poss.* & *ex* Seraph. *in terminis possessionis attentata*, *decis.* 10. *ut lit. pend. in nov. dec.* 1106. *num.* 3. *ac ex* Lotter *in puncto possessionis infecta*, *lib* 2. *de re benefic. quæst.* 20 *num.* 196. *et seqq.* dixit *Rota in d. Valentina coram* eod. *num.* 17. *apud* eund. *ibid.* 875

1647. 24. Maii. —— Possessio Beneficii reservati ratione mensium vigore tituli habiti ab inferiore, est infecta à *Decreto irritanti* apposito in Regula reservatoria Mensium, ut ex pluribus citatis Decisionibus, ac ex Garz. *de Benefic. par.* 6. *cap.* 4. *n.* 8. tenet *Rota in d. Valentina Rectoriæ coram* eod. *num.* 19. *apud* eund. *ibid* 876

1647. 24. Maii. —— Subrogatus rigorosè, potest per supervenientem subrogationem, possessionem captam in vim novi tituli mutare, & vitium purgare, ut tradit Lotter. *de re benefic. lib.* 2. *quæst* 20. *num* 214. *citatus à Rota in d. Valentina Rectoriæ coram* eod. *num.* 7. *apud* eund. *ibid.* 877

1647. 24. Maii. —— Titulus novus ad effectum mutationis causæ possidendi, requiritur, quod superveniat post apprehensam possessionem, ut ex Gabr. *cons* 51. *num.* 30. *vers. tamen id non obstat, lib.* 2. dixit *Rota in d. Valentina Rectoriæ coram* eod. *num* 29. *apud* eund. *ibid.* 878

1647. 24. Maii. —— Possessio naturalis statim a subrogato apprehensa, efficit, ut possessio civilissima, continuata in Subrogatum vigore subrogationis gratiosæ, evanescat, adinstar possessionis a statuto continuatæ, ut ingeniose in terminis statuti de continuanda probat Gomes *in. l.* 45. *Thauri*, *num.* 115. *citatus a Rota in d. Valentina coram* eod *n* 32 *apud* eund. *ibid.* 879

1647 24. Maii. Subrogatus *gratiose*, quemadmodum valet lite pendente possessionem capere, multo magis potest causam possessionis prius captæ, etiam absque alia declaratoria, mutare, ut fecisse præsumitur, prout ex Dec. *cons.* 400. *num.* 5. *aliisque citatis* dixit *Rota in d. Valentina Rectoriæ coram* eod *ibid. n.* 42 *apud* eund. *ibid.* 880

1647. 27 Maii. —— Publicatio Resignationis facta intra tempus prorogatum, habetur, ac si intra primos sex menses facta fuisset. *Rota in Beneventana Canonicatus coram* Bichio, *tom.* 1. *decis* 301. *num.* 23 881

1647. 1. Jul. —— Ab impetratione Beneplaciti Apostolici pro alienatione rerum Ecclesiasticarum non excusat non usus constitutionis *Ambitiosæ* supra positæ, & *editæ* 1467. 1. *Martii*, quia non usus non est allegabilis, cum ubique præsumatur recepta, tam in nostra Italia, quam extra *Congregat. concil in Uladislavien. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 2. *tit.* 14. *form.* 4. *num.* 13. 882

1647. 1. Jul. —— Potest Episcopus vigore Concilii Tridentini *cap.* 7. *sess.* 7 *de reform.* curam Animarum toti capitulo Cathedralis incumbentem per viam unionis perpetuæ in certam personam 883

ſeu Dignitatem ejuſdem Eccleſiæ adnectere con ſenſu Capituli interveniente. *Congregat Concil. in Compſana*, *apud* eund. *ibid. tit.* 16. *form.* 10. *num.* 7

1647. 2. Aug. —— Poteſt Parochus intervenire Funeribus, quæ fiunt in Eccleſiis Confraternitatum, licet Defuncti non ſint de ſua Parochia: at ſi vocatus nolit accedere, debet hujuſmodi Functiones Capellanis Confraternitatum permittere *Congreg. Epiſcopor. in Lauden. & antea in ead.* 1601. 20 *Aug. apud* Paſcucc. *in compend. ad conſult. canonic. Jac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Parocho, *pag. mibi* 206 884

1647. 3. Aug. —— OEconomus, ſive Subſtitutus in Cura, poſtquam ſibi aſſignata fuerit merces competens, prætendere non poteſt etiam incerta. *Congregat. Epiſcopor. apud* Nicol. *in Floſcul. verb.* Cura Animarum, *num.* 9. 885

1634. 11 Dec. —— Metus poteſt a Reſignante allegari, & probari, non obſtante, quod in litteris Reſignationis dicatur, Reſignantem libere, & ſponte reſignaſſe. *Rota in Vercellen. Præpoſituræ coram* Bichio, *tom.* 1. *deciſ.* 327. *n* 12. 886

1648. 7. Febr. —— Regulares tenentur ad ſolvendas Curatis Decimas prædiales de Bonis, ab ipſis noviter acquiſitis. *Congregat. Epiſcopor. apud* Nicol *in Lucubrationib. tom.* 2. *lib.* 3. *tit.* 30. *num.* 5 *ubi etiam* Moniales quoque tenentur ad dictas Decimas ratione Prædiorum noviter acquiſitorum, quæ dum a Laicis poſſidebantur, Decimarum ſolutioni erant obnoxia, & ideo tranſierunt cum onere ſuo, nec poteſt Monialibus ſuffragari prætenſa quaſi poſſeſſio, niſi eſſet immemorabilis cum fama Privilegii. *ex Congregat. concil. in Callien.* 1629. 1. Sept. 887

1648. 14. Mar. —— Clerico, cui ex Privilegio *cap. Odoardus*, *de ſolut.* fuit aſſignata Congrua pro ſua neceſſaria ſubſtentatione, ne cum dedecore Ordinis mendicare cogatur, poteſt aſſignari 888

ri aliquod stabile, ejus vita durante. *Congregat concil. in Romana ad cap.2. sess. 21. de reform. apud* Pascucc. *par* 1 *tit* de Congrua, *pag mihi* 204.

1648. 4. Mar. —— Potest permitti, quod Canonici deputent in Parochum Canonicum supernumerarium, cum hoc non sit incompatibile. *Congr. concil. in Fulginaten. ad cap.* 17. *sess.* 24. *de reform. apud* eund. *par.*2. *tit* de Parocho, *pag.*197. 889

1648. 24. Apr. —— Non possunt alienari Bona Ecclesiastica ex causa necessaria subhastationis ob debitum *Congr. Episcopor. in Urbevetana, apud* del Bene, *in addit. verb.* Alienatio, *vers. non solum, citatum* a Petra *in Commentar ad constitut. Apostolic. tom.*1. *constitut.*1. *Leonis I. sect.*4. *num.*70. *pag. mihi* 106. 890

1648. 19. Jun. —— Si aliqua Ecclesia constituta sub Parochia erigatur in Parochialem, concedi solet in ea Fons Baptismalis ob distantiam, etiam invitis Parochis. *Congr. in Urbanen. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Baptismus, *num* 9. *& in Lucubrat. tom.*2. *lib.*3. *tit* 42. *num.*6. *& refert etiam* Pascucc. *in compend. ad consult. canonic. Jac. Pignatel. par.*2. *tit.* de Parocho, *pag.*215. 891

1648. 20. Nov. —— Non est eadem die celebrandum idem Festum in duabus Ecclesiis vicinis, sed moderna debet eligere aliam diem. *Congr. Episcop in Sabinen & antea in Messanen.* 1585. 19. *Mar. apud* d. Nicol. *in Floscul. verb.* Festum, *num.* 5. 892

1648. 19. Dec. —— Matrimonium contractum a Puella, quæ existit in Monasterio pro Educatione, ad Crates Monasterii coram Testibus, & Parocho Ecclesiæ Parochialis, intra cujus limites situm est Monasterium, validum reputatur, etiamsi Parochus fuerit alio prætextu vocatus, nisi aliud obstet. *Congr. concil. in Turritana,* ex doctrina Sanchez *de Matrim. lib.*3. *disput.*23. *n.*12. *&* 13. & Passerin. *de stat. hom. tom.*2. *quæst.* 187. *art.*1. *num.*896. *apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. part.* 2. *tit.* 16. *form.* 2. *num.* 34. 893

1649.

seu Dignitatem ejusdem Ecclesiæ adnectere consensu Capituli interveniente. *Congregat. Concil. in Compsana*, *apud* eund. *ibid. tit.* 16. *form.* 10. *num.* 7

1647. 2. Aug. —— Potest Parochus intervenire Funeribus, quæ fiunt in Ecclesiis Confraternitatum, licet Defuncti non sint de sua Parochia: at si vocatus nolit accedere, debet hujusmodi Functiones Capellanis Confraternitatum permittere *Congreg. Episcopor. in Lauden. & antea in ead.* 1601. 20 *Aug. apud* Pascucc. *in compend. ad consult. canonic. Jac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Parocho, *pag. mihi* 206 884

1647. 3. Aug. —— OEconomus, sive Substitutus in Cura, postquam sibi assignata fuerit merces competens, prætendere non potest etiam incerta. *Congregat. Episcopor. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Cura Animarum, *num.* 9. 885

1634. 11 Dec. —— Metus potest a Resignante allegari, & probari, non obstante, quod in litteris Resignationis dicatur, Resignantem libere, & sponte resignasse. *Rota in Vercellen. Præpositura coram* Bichio, *tom.* 1. *decis.* 327. *n* 12. 886

1648. 7. Febr. —— Regulares tenentur ad solvendas Curatis Decimas prædiales de Bonis, ab ipsis noviter acquisitis. *Congregat. Episcopor. apud* Nicol *in Lucubrationib. tom.* 2. *lib.* 3. *tit.* 30. *num.* 5 *ubi etiam* Moniales quoque tenentur ad dictas Decimas ratione Prædiorum noviter acquisitorum, quæ dum a Laicis possidebantur, Decimarum solutioni erant obnoxia, & ideo transierunt cum onere suo, nec potest Monialibus suffragari prætensa quasi possessio, nisi esset Immemorabilis cum fama Privilegii. *ex Congregat. concil. in Callien.* 1629. 1. Sept. 887

1648. 14. Mar. —— Clerico, cui ex Privilegio *cap. Odoardus*, *de solut.* fuit assignata Congrua pro sua necessaria substentatione, ne cum dedecore Ordinis mendicare cogatur, potest assigna- 888

ri

ri aliquod stabile, ejus vita durante. *Congregat concil. in Romana ad cap.2. sess. 21. de reform. apud* Pascucc. *par* 1 *tit* de Congrua, *pag mihi* 204.

1648. 4. Mar. —— Potest permitti, quod Canonici deputent in Parochum Canonicum supernumerarium, cum hoc non sit incompatibile. *Congr. concil. in Fulginaten. ad cap.* 17. *sess.* 24. *de reform. apud* eund. *par.*2. *tit* de Parocho, *pag.*197. 889

1648. 24. Apr. —— Non possunt alienari Bona Ecclesiastica ex causa necessaria subhastationis ob debitum *Congr. Episcopor. in Urbevetana, apud* del Bene, *in addit. verb.* Alienatio, *vers. non solum, citatum* a Petra *in Commentar ad constitut. Apostolic. tom.*1. *constitut.*1. *Leonis I. sect.*4. *num.*70. *pag. mihi* 106. 890

1648. 19. Jun. —— Si aliqua Ecclesia constituta sub Parochia erigatur in Parochialem, concedi solet in ea Fons Baptismalis ob distantiam, etiam invitis Parochis. *Congr. in Urbanen. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Baptismus, *num* 9. *& in Lucubrat. tom.*2. *lib.*3. *tit* 42. *num.*6. *& refert etiam* Pascucc. *in compend. ad consult. canonic. Jac. Pignatel. par.*2. *tit.* de Parocho, *pag.*219. 891

1648. 26. Nov. —— Non est eadem die celebrandum idem Festum in duabus Ecclesiis vicinis, sed moderna debet eligere aliam diem. *Congr. Episcop in Sabinen & antea in Messanen.* 1585. 19. *Mar. apud* d. Nicol. *in Floscul. verb.* Festum, *num.* 5. 892

1648. 19. Dec. —— Matrimonium contractum a Puella, quæ existit in Monasterio pro Educatione, ad Crates Monasterii coram Testibus, & Parocho Ecclesiæ Parochialis, intra cujus limites situm est Monasterium, validum reputatur, etiamsi Parochus fuerit alio prætextu vocatus, nisi aliud obstet. *Congr. concil. in Turritana*, ex doctrina Sanchez *de Matrim. lib.*3. *disput.*23. *n.*12. *&* 13. & Passerin. *de stat. hom. tom.*2. *quæst.* 187. *art.*1. *num.*896. *apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. part.* 2. *tit.* 16. *form.* 2. *num.* 34. 893

1649.

1649. 30. Jan. —— Beneficium simplex, quod aliquis obtinet de Jure patronatus Laicorum, cum quo fuit ordinatus, donec provideatur de alio Beneficio curato ad suam congruam sustentationem cum pacifica possessione, & fructuum perceptione subsequentis, vacat ipso jure, absque alia sententia declarationis. *Congr. concil in Fesulana ad cap 17 sess 24. de reform. apud* Pascucc. *part.1. tit.* de Beneficiis, *pag.* 37 894

1649 8. Febr. —— Successor in Beneficio non tenetur probare titulum Prædecessoris, quando obiit in possessione, prout ex Cassad *decis* 2 *n.4 de caus. poss. & propr.* dixit *Rota in Narnien capellania coram* Bichio, *tom.* 1 *decis* 376 *num.*13 895

1649 12. Mar. —— Ordinarius potest inhibere possessori Beneficii, cui incumbit curæ exercitium, ne illam exerceat absque examine, & approbatione, ut per Garz. *de Benefic. par.*9 *cap.*2. *n.*186 *& seqq. &* Gratian *discept.*865. *num.*44. dixit *Rota in Mediolanen. Prabenda coram* eod. *d. tom.* 1. *decis.*377. *num* 18. 896

1649. 20. Mar —— Ecclesia existens in possessione percipiendi Decimas frumenti, & aliorum frugum, quæ ex prædiis colliguntur, si in eisdem prædiis, loco frumenti, & aliorum frugum seminetur, ut vulgo dicitur *il Grano Turco, o Riso*, non solum potest, sed etiam debet Decimam percipere. *Congr concil. in una civitatis, ad c.*12. *sess* 25. *de reform. apud* Pascucc. *in compend. ad const canonic Jac. Pignatel. par.*1. *tit.* de Decimis, *p.*2 9. *ubi etiam quod* quando fit mutatio circa fundum decimatorum, decimantur fructus, qui loco priorum succedunt, ut deciditur in *cap. cum in tua, & cap commissum, de Decim. & refert etiam* Monacel *in Formul. leg. pract part.*2 *tit* 14. *form.*6 *num.* 11. 897

1649. 17. April. —— Benedictio Contrahentium Matrimonia, facienda est a Parochis in Ecclesia. *Congreg. concil. in Britinorien ad cap* 1. *sess.*24. *de reform.* 898

reform. Matrim. apud eund *part.* 2. *tit.* de Matrimonio, *pag.* 20.

1649. 17. Apr. —— Parochus duarum Ecclesiarum in eadem Civitate existentium insimul æque principaliter unitarum, potest residere in altera ex dictis Parochialibus sibi bene visa: At si non fuerint æque principaliter unitæ, resideat in digniori, vel frequentiori. *Congr. concil. in Rhegien. ad cap.* 1. *sess.* 23. *de reform.* & facit *cap extirpandæ*, §. *qui vero*, *apud* eund. *ibid. tit.* de Residentia, *p.* 350

1649. 17. Apr. —— Non potest Episcopus præcipere Capellanis Capellarum Campestrium Regularium, ne Missas celebrent, antequam celebretur Missa Ecclesiarum Parochialium. *Congr. concil. in Tervisina ad cap.* 8 *sess.* 7. *de reform. apud* Pascucc *par.* 2. *tit.* de Visitatione, *pag. mihi* 429 900

1649. 20. Apr. —— Clerici gaudent Immunitate ab hospitatione Militum, etiam in bonis Patrimonialibus, & pro virili. *Congr. Immunit. in Capuana*, & *antea in Papien.* 1629. 10. *Dec. ac in Dertbonen.* 1630. 27 *Febr. apud* eund. *par.* 1. *tit.* de Immunitate Ecclesiastica, *pag.* 374. 901

1649. 19. Jun. —— Dispositio Tridentini *cap.* 13 *vers. Ad hæc in posterum*, *sess.* 24. *de reform.* habet locum in Dignitate principali Ecclesiæ Collegiatæ Curam Animarum annexam habente, & annuum valorem ducatorum centum non excedente. *Congr. concil. in Aquilana*, *apud* eund. *par.* 2. *tit.* de Pensionibus, *pag.* 223. 902

1649. 15. Jul. —— Parochi compellantur ab Episcopo ad sua munia exequenda, etiam ad functionem Jovis, & Sabbati Sancti, non obstante quod sint Subcollectores. *Congr. Episcopor. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Parochus, *num.* 26. *ubi plures præcedentes ad hanc rem Decisiones* 903

1649. 23. Jul. —— Parochus tenetur diebus Dominicis, & Festivis de præcepto celebrare etiam in Parochiis unitis: & si non potest habere Capellanum, alternatim ac pro Parochianis, non pro 904

aliis

aliis Sacrificium applicare saltem semel in Hebdomada. *Congr episc. in Perusina, & in Nullius Mercatelli* 1603. 23. *Dec. apud* eund. *ibid. n.*34.

1649. 31. Aug. —— Parochus repertus cum concubina in Domo Parochiali, extrahi potest, & puniri ab Episcopo. *Congreg. Immunit. in Aretina, & antea in Interamnen.* 1640. 27. *Mar. apud* Monacel. *in Formular.leg.pract.part.*1. *tit.*6. *form.*8. *num.* 2. *& refert etiam* Pascucc. *in compend. ad consult canonic. Jac. Pignatel. part.*2. *tit.* de Immunitate Ecclesiastica, *pag. mihi* 363. 905

1649. 27. Oct. —— Parochus in concionibus caveat ab allegatione Doctorum, & Auctorum modernorum, præsertim viventium. *Congreg S Offic. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Prædicator, *num.*28 906

1649. 27. Nov. —— Pater non potest Sepulturam eligere pro Filio impuberi, si legitima consuetudo Loci id non habeat. *Congr concil. in Placentina, apud* d. Monacel. *part* 2. *tit.*13. *form.*1. *n.*91. 907

1650. 28. Jan. —— Abusus sepeliendi Defunctos privatim sine lumine, Cruce, & Parocho, non est permittendus. *Congr. Episcop. in Cajetana, ex Rituali Rom in Rubr. de Exeq apud* Pascucc *par.*1. *tit.* de Funeribus, *pag.* 306. *ubi etiam quod* multo minus tolerandus est abusus, quod Mortui Curru clausi deferantur ad Ecclesiam, *ex ead. congr. in Mutinen.* 17. *Mar. ejusd anni*, & refert etiam Nicol. *in Lucubration. tom.*1. *lib.*4. *tit.*15 *num* 25. *nec non* Petra *in comment. ad constit. Apostol. tom.*2. *constit.*9. *Innoc. III. sect. unic. num.*10 *pag* 265. 908

1650. 4 Apr. —— Provisus de aliquo Beneficio, non præsumitur diu illius possessionem capere neglexisse, ad tradita per Menoch. *lib.*6. *præsumpt.*77. *num.*3. *apud Rotam in Toletana Archidiaconatus de Talavera coram* Albergato, *decis. recent. part.* 11. *decis.*26. *num* 14. 909

1650. 6. April. —— Ad Parochialem approbato non sunt denegandi Ordines ab Episcopo absque legitima causa multum relevanti. *Congr. episcop.* 910

apud

apud Nicol. *in Flosculis*, *verb* Ordo, *num.* 5.

1650. 13 Maji. —— Clericus non sepelitur in Sepulcro Majorum, quando in Cathedrali, vel Matrice adest proprium clericorum Sepulchrum a Laicalibus separatum. *Congreg Episcop in Senogallien. apud* Pascucc. *in compend. ad consult. canon. Jac.Pignatel. part* 2. *tit.* de Sepulturæ electione, *pag* 397. *ad* II. 911

1650. 23. Jul. —— Archipresbyter Cathedralis Parochus si suo Parochiano vita functo Sacramenta non ministravit, jus ei competit cantandi Missam, & alias functiones funerales faciendi, ac emolumenta ex eis percipiendi: occurrentibus vero duobus Funeralibus eodem tempore, potest dictus Archipresbyter eligere sacerdotem sibi bene visum, qui in altera ex dictis Functionibus celebret. *Congr.concil.in Traguriem.apud* eund. *par.*1. *tit.* de Funeribus, *pag.*299. 912

1650. 23. Jul. —— Archipresbyter Ecclesiæ Cathedralis, qui actualem curam Animarum exercet, non dicitur residere ad effectum perceptionis redditum, si resideat in Suburbiis parum a Civitate distantibus, nisi sint in finibus Parochiæ, seu intra limites, intra vel extra Civitatem, quia in Civitate tenetur residere. *Congreg. concil. in d. Tragurien. apud* eund. *part.*2 *tit.* de Residentia, *pag* 350 913

1651. 4. Febr. —— A Decretis in Visitatione factis non datur Appellatio quoad effectum suspensivum *Congr. concil. in Januen ad cap.*10 *sess.*24. *de reform apud* Pascucc *in compend. ad consultat. canonic. Jac.Pignatel. part.*1. *tit.* de Appellationibus, *pag.* 22. *ubi addit rationem, quia scilicet*, quando agitur de cultu Divino, & favore Ecclesiæ, tunc ne interim minuatur, vel pereat, non datur Appellatio suspensiva, ex Rebuff. *tract. de sent. provis num.* 37. & 38. *tom* 1. In Visitatione autem agitur de cultu Divino, & favore Ecclesiæ, 914

1651.

1651. 10. Mar. —— Rectorem habere ex una potius Familia, quam ex aliena, Ecclesiæ non interest, dummodo is habilitate præpolleat, ut notat Archidiac. *in cap. unic. sub num. 2. de Jurepatr. lib. 6. apud Rotam in Arianen. Beneficii coram* Verospio, *decis. recent. par. 11. decis. 120. nu. 8.* 915

1651. 27 Mar. —— Parochialium Ecclesiarum Rectores non possunt majorem eleemosynam exigere pro Defunctis in Ecclesiis Regularium sepeliendis, quam eis solveretur, si in propriis, vel aliis Sæcularium Ecclesiis sepeliri deberent. *Congreg. Episcopor. in una Observantium Altamuræ, apud* Nicol. *in Flosculi. verb.* Sepultura, *num.* 25. ¶ Hoc postea constituit Clemens X. 1672. 18. Jan. *in Bullar. tom. 5. Constitut 58. qua incipit* Alias ¶ Vide etiam, quæ diximus supra 1638 11. Mar. 916

1651. 23. Apr. —— Matrimonia sunt celebranda coram proprio Parocho, non autem coram Capellano alicujus Hospitalis, licet coram eo alia celebrata fuerint Matrimonia, prævijs Denunciationibus in Ecclesia ejusdem Hospitalis. *Congr Concil. in Eugubina ad cap. 1. sess. 24. de reform Matrim apud* Pascucc. *par. 2 tit.* de Matrimonio, *pag. mihi* 20 917

1651. 28 Apr. —— Funus comitantes non permittantur expectare per viam, vel ad Domum Defuncti, non obstante contraria consuetudine, quod non adesset Clerus; sed solus Parochus. *Congr. Rit in una Regularium Civitatis Castellanæ, & in Thelesina* 1633. 12 *Febr ac in Tropien.* 1631 8. *Febr apud* eund *par. 1. tit.* de Funeribus; *pag.* 302. *& refert etiam* Nicol. *in Floscul verb.* Sepultura, *num.* 10. *ac in Lucubrationib. tom. 1. lib 4. tit. 15. num. 25.* 918

1651. 2. Maii —— Delinquens prope Ecclesiam spe confugii, gaudet immunitate *Congr. Immun. in Verulana, apud* d Pascucc. *par 1. tit* de Immunitate Ecclesiastica, *pag.* 368 *ubi aliæ ad hanc rem Decisiones antea emanatæ in Florentina* 1631 11. *Aug.* 919

Aug. & *in Meliten.* 1629. 4. *Dec. ac postea in Derthon.* 1670. 9. *Sept.*

1651. 7. Jun. —— Parochus nec propter necessitatem potest habitare in Civitate extra suam Parochia sitam in alia Civitate, ad docendam Grammaticam, etiam relicto Vicario cum congrua portione, licet solemnioribus diebus interesse velit, nisi ex dispensatione Sacræ *Congr. Episcopor. in Imolen.* & *antea in Faventina*, *apud* Nicol. *in Lucubrationib. tom.* 2. *lib.* 3. *tit.* 4. *num.* 14. 920

1651. 26. Jun. —— Beneficium, quo quis per sententiam contumacialem fuit privatus, si intra annum reclamaverit, venit illi restituendum. *Rota in Callien. Prioratus coram* Bichio, *decis. recent par.* 11. *decis* 177 *num.* 13. 921

1652. 3. Ferbr. —— Non licet Regularibus commoranti per aliquot dies in eorum Conventu, ibique defuncto omnia Sacramenta administrare, & in eorum Ecclesia dare Sepulturam, absque licentia Parochi, cui Quarta Funeralis debetur. *Congr. Concil. in Ripana ad cap.* 11. *sess.* 25. *de reform apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic Jac Pign par.* 2. *tit.* de Regularibus, *pag* 290. & *refert etiam* Petra *in Commentar ad Constitut. Apostolic. tom.* 2 *Constitut.* 9. *Innocentii III sect.* 1. *n* 49. *pag. mihi* 276 922

1652. 10. Feb. —— Clericus pensionarius censetur Beneficiatus, & gaudet privilegio fori. *Congr Immunit in Perusina*, *apud* d. Pascucc. *par.* 1. *tit.* de Immunitate Ecclesiastica, *pag.* 422. 923

1652. 24. Febr —— Parochiales Hierosolymitanæ possunt ab Episcopo tanquam Delegato Apostolico visitari, & in Visitatione Decreta condi in concernentibus Curam Animarum, administrationem Sacramentorum, implementum onerum Missarum ex piis dispositionibus provenientium, & illa sunt exequutioni demandanda *Congregat. Concil. in Vulturarien. apud* eund. *ibid. tit.* de Equitibus, *pag mihi* 724. 924

1652 24. Febr —— Renunciatio Patrimonii do- 925

na-

nati, ad cujus titulum Clericus promotus fuit ad Ordines Sacros, si fiat absque licentia Episcopi post obtentum Beneficium Ecclesiasticum sufficiens, non sustinetur. *Congr.concil. in Aquilana ad cap.2. sess. 21. de reform apud* eund *par.2. tit.* de Patrimonio, *pag.* 220.

1652. 16 Mar. —— Quarta Funeralium non est Parocho solvenda a Monasterio Monialium erecto post Concilium Tridentinum authoritate Apostolica sub regimine Fratrum Reformatorum S. Francisci, nisi adsit legitima consuetudo in contrarium *Congr.concil. in Albiganen.ad cap.13. sess.25. de reform. apud* Pascucc. *in Compend ad consuls. canonic. Jac. Pignatel. par. 2.tit.* de Monialibus, *pag.* 71. 926

1652. 4. Maii.—— Confraternitates Ecclesiasticæ, dum Episcopus earum Ecclesias, & Oratoria visitat, tenentur, pro rata cum Rectoribus Ecclesiarum Parochialium, contribuere cibariis, & victualibus Episcopo visitanti præstari solitis, sed videatur consuetudo. *Congr.concil.in Dertbonen.ad cap.3. sess.24. de reform. apud* eund *d.par.2. tit* de Visitatione, *pag* 429. 927

1652. 14. Maii. —— Habitationes Beneficiatorum non sunt locandæ Laicis, neque aliis. *Congreg. Immunit. in Perusina, apud* eund.*par.1. tit.*de Immunitate Ecclesiastica, *pag.mihi* 367 ex quo elicit, quod gaudeant immunitate, quamvis Laicis non debeant locari. 928

1652. 17. Maii. —— Non est exercenda Cancellaria per Sacerdotes, præsertim curatos, nisi propter necessitatem, & per modum provisionis. *Congr.Episcopor.& antea* 1647 19 *Jul.ac* 1646 13. *Jul. nec non* 1645. 22. *Dec. apud* Nicol. *in Floscul. verb.*Cancellaria, *num* 1. 929

1652. 15. Jun. —— Potest Episcopus visitare nedum Ecclesiam Parochialem Regularium in concernentibus Curam Animarum, & administrationem Sacramentorum, nec non Personam il- 930

lam

lam exercentem, verum etiam Ædes Parochiales: & poteſt renuentes compellere etiam per cenſuras. *Congr concil in Auguſtana ad cap 7 ſeſſ 7 de reform. & ex conſtitut. Gregorii XV. de exempt privil. apud* Paſcucc *in compend ad conſult. canonic. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Viſitatione, *pag.* 428.

1652. 15. Jun. —— Cadavera Viatorum perfunctorie tranſeuntium ſepelienda ſunt in Eccleſia Cathedrali: Forenſium vero, qui habent proprias Domos, ſepelienda ſunt in Eccleſia Parochiali, intra cujus fines exiſtunt Domus, in quibus moriuntur. *Congr. concil in Piſauren. Quarta funeralis, apud* eund *ibid. tit* de Sepulturæ electione, *pag.* 391. 931

1652 15. Jun. —— Fratres Sacerdotes Profeſſi Ordinum Militiarum non poſſunt conſequi, & retinere Beneficia cum cura, & ſine cura, abſque diſpenſatione Apoſtolica. *Congr concil. in Portugallen. ad cap* 10. & 11. *ſeſſ* 24 *de reform. apud* eund. *par. . tit.* de Equitibus, *pag.* 27. *& referunt etiam* Monacel. *in Formular. leg pract. par* 2 *tit.* 13. *form.* 1. *num.* 87. & Petra *in commentar ad conſtitut. Apoſt. tom* 2. *Conſtitut.* 1. *Anaſtaſii IV. ſect.* 1 *num.* 28. *pag. mihi* 9. & 115 932

1652. 17. Jul. —— Quidquid donatur Eccleſiæ, redditur irrevocabile, cum hoc ſit ſpeciale in Eccleſia, quod quando aliquid donatur, efficiatur proprium illius patrimonium, adeo ut amplius revocari non poſſit; ac ita, ut de illo diſponi nequeat, ne quidem in Codicillis: nam qui diſponere non poteſt per Teſtamentum, nec per alium actum de rebus alteri donatis poteſt diſponere. *Rota in Tudertina Donationis coram Cerro*, juxta *l. verba*, *C. de teſtam l. ſi ante* 8. *C. de donat ante nuptias*, *apud* Paſcucc. *in compend. ad conſult. canonic Jac Pignatel. par.* 1. *tit* de Eccleſiis, & Eccleſiaſticis, *pag. mihi* 248 933

1652. 27. Jul. —— Epiſcopus viſitat Domum Reſidentiæ Parochi dependentis a Monaſteriis Regula- 934

gularium, etiam non suppressorum. *Congregat. concil. in Augustana, & antea in ead.* 15. *Jun. ejusd anni*, *apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. in fine* 1. *par. pag. mihi* 442. *num.* 4.

1652. 2 Aug. —— Curatus non potest esse Monialium Confessarius, si exinde cura notabiliter pateretur. *Congr. Episcopor. in Taurinen. & antea in Parmen* 7. *Mar. ejusd anni*, *apud* Nicol. *in Floscul verb.* Confessarius, *num.* 33 ¶ Vide quæ supra diximus 1615. 10. Apr. 935

1652 17. Aug. —— Pensionarii, etiam Regulares, tenentur contribuere Seminario. *Congregat. concil in Tropien. apud* eund. *ibid. verb.* Seminarium, *num.* 4. 936

1652. 17. Aug. —— Non licet Confratribus Societatum, absque præcedente legitima facultate Juris sepeliendi, & absque interventu ipsius Parochi, sepulturam Defunctis dare in suis Oratoriis *Congr concil. in una Nullius ad cap* 13. *sess.* 25. *de reform. apud* Pascucc. *par.* 1. *tit.* de Funeribus, *pag.* 298. *ubi etiam quod* concessa Capella, vel Ecclesia, non intelligitur concessum jus funerandi, nisi expresse fuerit concessum, ex Archid. *in c.* 1. *de pact. in* 6. & Bonifac *in Clem. dudum*, §. *hujusmodi*, *num. unic. de Sepult.* quare tam ipsi Sodales, quam alii sepeliendi sunt in Parochia, si non eligant Sepulturam, ex Petr. de Ubald *de Canon. Episc. cap.* 11. 937

1652. 7. Sept. —— In Ecclesia Collegiata non potest absque licentia Sedis Apostolicæ asservari Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum; nisi sit Parochialis. *Congr. concil. ad cap.* 3 *sess.* 13. *de Ss. Euchar. Sacram apud* eund. *ibid. tit* de Eucharistia, *pag. mihi* 282 938

1652. 15 Oct —— Regularium Superiores infra terminum sex mensium dimittant realiter coram Ordinariis Locorum possessionem corporalem Conventuum intra fines Italiæ, & Insularum adjacentium, in quibus ob parvum Religioso- 939

rum

rum numerum Regularis disciplina servari non potest: eoque termino elapso non liceat Regularibus in hujusmodi Ecclesiis Missas, & Divina Officia celebrare, Confessiones Sacramentales audire, alia Sacramenta administrare, Functiones Parochiales exercere, & Mortuos sepelire. *Innocentius* X. *apud* Cherubin. *in Bullar. tom.* 4. *Constitut.* 27. *quæ incipit* Instaurandæ.

1652. 15. Oct —— Cura Animarum si quæ prædictis Conventibus immineat, per Presbyteros Sæculares ab ipsis Ordinariis approbandos laudabiliter exerceatur, Ecclesiæque debito non defraudentur servitio, & Missarum onera adimpleantur. *Innocentius* X. *apud* eund *ibid.* 940

1652 10 Dec. —— In Hospitiis, vel Granciis non permittitur Curæ exercitium per Regulares, sed per Presbyteros Sæculares, ab ipsis Regularibus nominandos. *Congr. Episcopor. apud* Pascucc. *in compend. ad consult. canonic. Jac. Pignatel. p.* 2. *tit.* de Regularibus, *pag. mihi* 295. 941

1653. 24. Jan —— Beneficium dimittens animo aliud consequendi, si non consequatur, illud primum non censetur amissum. *Rota in Hieracen. Parochialis coram* Zarate, *dec recent. par.* 11. *decis.* 302. *num.* 7. 942

1653. 29. Mar. —— Per affinitatem supervenientem ex illicita copula dissolvuntur Sponsalia de futuro in gradibus a Concilio restrictis. *Congreg. Concil. in Melvitana ad cap.* 4 *sess* 24. *de reform Matrim apud* Pascucc. *par.* 2. *tit.* de Matrimonio, *pag.* 20. 943

1653. 10. Jun. —— Gabella, sive Vectigal non solvitur in transportatione Cadaveris ab uno ad alium locum. *Congr Immunit. in Firmana*, *apud* eund. *par.* 1. *tit.* de Immunitate Ecclesiastica, *pag* 452. 944

1653 25. Jun. —— Si in Resignatione ad alterius favorem facta verus valor non sit expressus, Resignatio nulla, nec jus, seu titulus. Resignante 945

abdicatur. *Rota in Viterbien. Beneficiorum coram* Celso *apud* Rosam *de Executorib. Litterar. Apostolic. par.* 1. *cap.* 6. *num.* 241.

1653. 4. Jul —— Archipresbyter ultra assignationem pro congrua Curæ, debet participare de Distributionibus quotidianis: cum enim debeat una cum Canonicis interesse Horis Divinis, & inservire Ecclesiæ, sequitur, quod sicut ipse duplex onus sustinet, ita duplicis oneris emolumenta habere debeat. *Rota in Majoricen. celebrationis Missarum coram* Bichio, *apud* Pascucc. *in compend. ad consult. canonic. Jac. Pignatel par.* 2. *tit.* de Parocho, *pag. mibi* 29. 946

1653. 4. Jul. —— Qui degens in una Parochia, testatur dicens, *volo Sepulturam in ea Parochia, in qua moriar*, si infirmetur, & deferatur ad Hospitale positum intra fines alterius Parochiæ, in qua moritur, sepeliendus est in Parochia, in qua habitabat, antequam deferretur ad Hospitale. *Rot. in Romana Jurium Funeralium coram* Zarate, *apud* eund. *ibid tit.* de sepulturæ electione, *pag.* 392 *ubi etiam quod* Parochia non amittitur, dum quis discedit animo revertendi, ut tenent DD. scilicet Abb *in cap. de his, de Sepult.* & Gratian. *discept.* 76 *num* 18. 947

1653. 4. Jul —— Delatio Stolæ est de Juribus Parochialibus, & proinde spectat privative ad Parochos. *Rota in d. Romana Jurium Funeralium coram* eod §. *Quibus consequens*, & § *seq apud* eund. *d. par.* 2 *tit.* de Processionibus, *pag. mibi* 273. & *par.* 1. *tit.* de Funeribus, *pag.* 317 *ex alia Rotæ Decisione in d. Romana coram Vallisoletano*, traditque Lezana *in Sum. quæst. regul. cap.* 12. *num.* 41. *ubi n.* 3. ait, fuisse declaratum a Sacra *Congregat concil.* 1620. 20. *Jul.* Stola igitur est signum proprie denotans Jurisdictionem, & officium Sacerdotale, per Gloss. *in l. un. verb fibulis*, *C. nulli licere*: & ideo si Episcopus intersit Funeri, non licet Parocho eam deferre, quia Episcopo præsente, cessat ju- 948

jurisdictio, & non fungitur officio Sacerdotali, Gratian. *discept*. 298. *n*. 74.

1653. 28. Nov. —— Confraternitates possunt erigere, & ampliare suas Ecclesias, vel Oratoria sine præjudicio Jurium Parochialium, dummodo Ecclesia antiqua esset angusta, & incapax: non tamen possunt mutare titulum. *Congregat. episcop. in Urbevetana, & alibi, apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Confraternitas, *num*. 11. 949

1653 29. Nov. —— Quando duæ Civitates sunt invicem unitæ, Beneficia unius non tenentur contribuere Seminario alterius; & si in una nullum extet Seminarium, non tenentur contribuere alteri, quæ habet. *Congregat. concil. in Valuen. Sulmonen. apud* eund. *ibid. verb* Seminarium, *num*. 7. *& refert etiam* Pascucc. *par*. 2. *tit*. de Seminario, *pag*. 384. *ubi tamen ait quod* hoc non procedit, si Seminarium esset erectum ad formam Tridentini *cap*. 18. *sess*. 25. *§. Si vero*: eo enim casu Beneficia unius Diœcesis tenerentur contribuere Seminario alterius Diæcesis etiam non unitæ, prout etiam habet Nicol. *in Lucubrationib. tom*. 2. *lib*. 3. *tit*. 5. *num* 5 *ad XV*. 950

1654. 17. Jan. —— Ad Synodum hi tantum accedere tenentur, qui habent Officium, vel Beneficium, & non alii. *Congregat. concil in Forosempronien. & antea in Eugubina* 1650. 13. *Aug ac Congregat. Rit. in Hipporegien*. 1637 9. *Aug. nec* non *Congregat. Episcopor*. in Aquilana 1589. 21. Mar juxta Abbat. *in cap. quod super, de major & obedien. in princip.* apud d. Pascucc. *par*. 2. *tit* de Synodo, *pag*. 404. *ubi etiam* Constitutiones enim Synodales non obligant, nisi Diæcesanos Subditos, ex Bott. *par*. 3. *art*. 2. *conclus*. 1 *num*. 1. & ex eo Seraph *decis* 813. *n*. 4. 951

1654. 18. Apr. —— Non debet Episcopus prohibere quin Regulares Missas celebrare possint pro devotione in Ecclesiis secularibus de consensu Rectorum. *Congreg. Concil. in Senonien. apud* eund. 952

1651. 10. Mar. —— Rectorem habere ex una potius Familia, quam ex aliena, Ecclesiæ non interest, dummodo is habilitate præpolleat, ut notat Archidiac. *in cap. unic. sub num.* 2. *de Jurepatr. lib.* 6. *apud Rotam in Arianen. Beneficii coram* Verospio, *decis. recent. par.* 11. *decis* 126. *nu.* 8. 915

1651 27 Mar. —— Parochialium Ecclesiarum Rectores non possunt majorem eleemosynam exigere pro Defunctis in Ecclesiis Regularium sepeliendis, quam eis solveretur, si in propriis, vel aliis Sæcularium Ecclesiis sepeliri deberent. *Congreg. Episcopor. in una Observantium Altamuræ, apud* Nicol. *in Flosculi verb.* Sepultura, *num.* 25. ¶ Hoc postea constituit Clemens X. 1672. 18. Jan. *in Bullar. tom.* 5. *Constitut* 58. *quæ incipit* Alias ¶ Vide etiam, quæ diximus supra 1638 11. Mar. 916

1651. 23. Apr. —— Matrimonia sunt celebranda coram proprio Parocho, non autem coram Capellano alicujus Hospitalis, licet coram eo alia celebrata fuerint Matrimonia, præviis Denunciationibus in Ecclesia ejusdem Hospitalis. *Congr Concil. in Eugubina ad cap.* 1. *sess.* 24. *de reform Matrim apud* Pascucc. *par.* 2 *tit.* de Matrimonio, *pag. mihi* 20 917

1651. 28 Apr. —— Funus comitantes non permittantur expectare per viam, vel ad Domum Defuncti, non obstante contraria consuetudine, quod non adesset Clerus, sed solus Parochus. *Congr. Rit in una Regularium Civitatis Castellanæ, & in Thelesina* 1633. 12 *Febr ac in Tropien.* 1631 8. *Febr apud* eund *par.* 1. *tit.* de Funeribus, *pag.* 302. *& refert etiam* Nicol. *in Floscul verb.* Sepultura, *num.* 10. *ac in Lucubrationib. tom.* 1. *lib* 4 *tit.* 15. *num.* 25. 918

1651. 2. Maii —— Delinquens prope Ecclesiam spe confugii, gaudet immunitate *Congr. Immun. in Verulana, apud* d Pascucc. *par* 1. *tit* de Immunitate Ecclesiastica, *pag.* 368 *ubi aliæ ad hanc rem Decisiones antea emanatæ in Florentina* 1631 11 *Aug.* 919

Aug.&inMeliten. 1629.4.*Dec. ac postea in Dertbon.* 1670. 9. *Sept.*

1651. 7. Jun. —— Parochus nec propter necessitatem potest habitare in Civitate extra suam Parochia sitam in alia Civitate, ad docendam Grammaticam, etiam relicto Vicario cum congrua portione, licet solemnioribus diebus interesse velit, nisi ex dispensatione Sacræ *Congr. Episcopor. in Imolen. & antea in Faventina*, *apud* Nicol. *in Lucubrationib. tom.* 2. *lib.* 3. *tit.* 4. *num.* 14. 920

1651. 26. Jun. —— Beneficium, quo quis per sententiam contumacialem fuit privatus, si intra annum reclamaverit, venit illi restituendum. *Rota in Callien. Prioratus coram* Bichio, *decis. recent par.* 11. *decis* 177 *num.* 13. 921

1652. 3. Ferbr. —— Non licet Regularibus commoranti per aliquot dies in eorum Conventu, ibique defuncto omnia Sacramenta administrare, & in eorum Ecclesia dare Sepulturam, absque licentia Parochi, cui Quarta Funeralis debetur. *Congr. Concil. in Ripana ad cap.* 13. *sess.* 25. *de reform apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic Jac Pign par.* 2. *tit.* de Regularibus, *pag* 290. *& refert etiam* Petra *in Commentar ad Constitut. Apostolic. tom.* 2 *Constitut.* 9. *Innocentii III sect.* 1. *n* 49. *pag. mihi* 276 922

1652. 10. Feb. —— Clericus pensionarius censetur Beneficiatus, & gaudet privilegio fori. *Congr Immunit in Perusina*, *apud* d. Pascucc. *par.* 1. *tit.* de Immunitate Ecclesiastica, *pag.* 427. 923

1652. 24. Febr —— Parochiales Hierosolymitanæ possunt ab Episcopo tanquam Delegato Apostolico visitari, & in Visitatione Decreta condi in concernentibus Curam Animarum, administrationem Sacramentorum, implementum onerum Missarum ex piis dispositionibus provenientium, & illa sunt exequutioni demandanda *Congregat. Concil. in Vulturarien. apud* eund. *ibid. tit.* de Equitibus, *pag mihi* 724. 924

1652 24. Febr —— Renunciatio Patrimonii dona- 925

nati, ad cujus titulum Clericus promotus fuit ad Ordines Sacros, si fiat absque licentia Episcopi post obtentum Beneficium Ecclesiasticum sufficiens, non sustinetur. *Congr. concil. in Aquilana ad cap. 2. sess. 21. de reform apud* eund *par. 2. tit.* de Patrimonio, *pag.* 220.

1652. 16 Mar. —— Quarta Funeralium non est Parocho solvenda a Monasterio Monialium erecto post Concilium Tridentinum authoritate Apostolica sub regimine Fratrum Reformatorum S. Francisci, nisi adsit legitima consuetudo in contrarium. *Congr. concil. in Albiganen. ad cap. 13. sess. 25. de reform. apud* Pascucc. *in Compend ad consult. canonic. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Monialibus, *pag.* 71. 926

1652. 4. Maii. —— Confraternitates Ecclesiasticæ, dum Episcopus earum Ecclesias, & Oratoria visitat, tenentur, pro rata cum Rectoribus Ecclesiarum Parochialium, contribuere cibariis, & victualibus Episcopo visitanti prestari solitis, sed videatur consuetudo. *Congr. concil. in Dertbonen. ad cap. 3. sess. 24. de reform. apud* eund *d. par. 2. tit* de Visitatione, *pag* 429. 927

1652. 14. Maii. —— Habitationes Beneficiatorum non sunt locandæ Laicis, neque aliis. *Congreg. Immunit. in Perusina, apud* eund. *par. 1. tit.* de Immunitate Ecclesiastica, *pag. mihi* 367 ex quo elicit, quod gaudeant immunitate, quamvis Laicis non debeant locari. 928

1652. 17. Maii. —— Non est exercenda Cancellaria per Sacerdotes, præsertim curatos, nisi propter necessitatem, & per modum provisionis. *Congr. Episcopor. & antea* 1647 19 *Jul. ac* 1646 13. *Jul. nec non* 1645. 22. *Dec. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Cancellaria, *num* 1. 929

1652. 15. Jun. —— Potest Episcopus visitare nedum Ecclesiam Parochialem Regularium in concernentibus Curam Animarum, & administrationem Sacramentorum, nec non Personam illam 930

lam exercentem, verum etiam Ædes Parochiales: & potest renuentes compellere etiam per censuras. *Congr concil in Augustana ad cap 7 sess 7 de reform. & ex constitut. Gregorii XV. de exempt privil. apud* Pascucc *in compend ad consult. canonic. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Visitatione, *pag.* 428.

1652. 15. Jun. —— Cadavera Viatorum perfunctorie transeuntium sepelienda sunt in Ecclesia Cathedrali: Forensium vero, qui habent proprias Domos, sepelienda sunt in Ecclesia Parochiali, intra cujus fines existunt Domus, in quibus moriuntur. *Congr. concil in Pisauren. Quarta funeralis, apud* eund *ibid. tit* de Sepulturæ electione, *pag.* 391. 931

1652 15. Jun. —— Fratres Sacerdotes Professi Ordinum Militiarum non possunt consequi, & retinere Beneficia cum cura, & sine cura, absque dispensatione Apostolica. *Congr concil. in Portugallen. ad cap* 10. & 11. *sess* 24 *de reform. apud* eund. *par. . tit.* de Equitibus, *pag.* 27. *& referunt etiam* Monacel. *in Formular. leg pract. par* 2 *tit.* 13. *form.* 1. *num.* 87. & Petra *in commentar ad constitut. Apost. tom* 2. *Constitut.* 1. *Anastasii IV. sect.* 1 *num.* 28. *pag. mihi* 9. & 115 932

1652. 17. Jul. —— Quidquid donatur Ecclesiæ, redditur irrevocabile, cum hoc sit speciale in Ecclesia, quod quando aliquid donatur, efficiatur proprium illius patrimonium, adeo ut amplius revocari non possit; ac ita, ut de illo disponi nequeat, ne quidem in Codicillis: nam qui disponere non potest per Testamentum, nec per alium actum de rebus alteri donatis potest disponere. *Rota in Tudertina Donationis coram Cerro*, juxta *l. verba*, *C. de testam l. si ante* 8. *C. de donat ante nuptias*, *apud* Pascucc. *in compend. ad consult. canonic Jac Pignatel. par* 1. *tit* de Ecclesiis, & Ecclesiasticis, *pag. mihi* 248 933

1652. 27. Jul. —— Episcopus visitat Domum Residentiæ Parochi dependentis a Monasteriis Re- 934

N gula-

gularium, etiam non suppressorum. *Congregat. concil. in Augustana, & antea in ead.15.Jun.ejusd anni, apud* Monacel. *in Formular.leg.pract.in fine 1. par. pag. mihi* 442. *num.* 4.

1652. 2 Aug. —— Curatus non potest esse Monialium Confessarius, si exinde cura notabiliter pateretur. *Congr.Episcopor.in Taurinen.& antea in Parmen.7.Mar.ejusd anni, apud* Nicol.*in Floscul verb.*Confessarius, *num.*33 ¶ Vide quæ supra diximus 1615. 10. Apr. 935

1652 17. Aug. —— Pensionarii, etiam Regulares, tenentur contribuere Seminario. *Congregat.concil in Tropien. apud* eund.*ibid.verb.* Seminarium, *num.* 4. 936

1652. 17. Aug. —— Non licet Confratribus Societatum, absque præcedente legitima facultate Juris sepeliendi, & absque interventu ipsius Parochi, sepulturam Defunctis dare in suis Oratoriis *Congr concil. in una Nullius ad cap* 13. *sess.* 25. *de reform. apud* Pascucc.*par* 1.*tit.*de Funeribus, *pag.* 298. *ubi etiam quod* concessa Capella, vel Ecclesia, non intelligitur concessum jus funerandi, nisi expresse fuerit concessum, ex Archid. *in c.*1. *de pact.in* 6. & Bonifac *in Clem.dudum*, *§.hujusmodi*, *num.unic. de Sepult.*quare tam ipsi Sodales, quam alii sepeliendi sunt in Parochia, si non eligant Sepulturam, ex Petr. de Ubald *de Canon. Episc.cap.*11. 937

1652. 7. Sept. —— In Ecclesia Collegiata non potest absque licentia Sedis Apostolicæ asservari Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum; nisi sit Parochialis. *Congr.concil.ad cap.*3 *sess.*13.*de Ss.Euchar. Sacram apud* eund. *ibid.tit* de Eucharistia, *pag. mihi* 282 938

1652. 15 Oct. —— Regularium Superiores infra terminum sex mensium dimittant realiter coram Ordinariis Locorum possessionem corporalem Conventuum intra fines Italiæ, & Insularum adjacentium, in quibus ob parvum Religioso- 939

rum

rum numerum Regularis disciplina servari non potest: eoque termino elapso non liceat Regularibus in hujusmodi Ecclesiis Missas, & Divina Officia celebrare, Confessiones Sacramentales audire, alia Sacramenta administrare, Functiones Parochiales exercere, & Mortuos sepelire. *Innocentius* X. *apud* Cherubin. *in Bullar. tom.* 4. *Constitut.* 27. *quæ incipit* Instaurandæ.

1652. 15. Oct — Cura Animarum si quæ prædictis Conventibus immineat, per Presbyteros Sæculares ab ipsis Ordinariis approbandos laudabiliter exerceatur, Ecclesiæque debito non defraudentur servitio, & Missarum onera adimpleantur. *Innocentius* X. *apud* eund *ibid.* 940

1652 10 Dec. — In Hospitiis, vel Granciis non permittitur Curæ exercitium per Regulares, sed per Presbyteros Sæculares, ab ipsis Regularibus nominandos. *Congr. Episcopor. apud* Pascucc. *in compend. ad consult. canonic. Jac. Pignatel. p.* 2. *tit.* de Regularibus, *pag. mihi* 295. 941

1653. 24. Jan — Beneficium dimittens animo aliud consequendi, si non consequatur, illud primum non censetur amissum. *Rota in Hieracen. Parochialis coram* Zarate, *dec recent. par.* 11. *decis.* 302. *num.* 7. 942

1653. 29. Mar. — Per affinitatem supervenientem ex illicita copula dissolvuntur Sponsalia de futuro in gradibus a Concilio restrictis. *Congreg. Concil. in Melvitana ad cap.* 4 *sess* 24. *de reform Matrim apud* Pascucc. *par.* 2. *tit.* de Matrimonio, *pag.* 20. 943

1653. 10. Jun. — Gabella, sive Vectigal non solvitur in transportatione Cadaveris ab uno ad alium locum. *Congr Immunit. in Firmana, apud* eund. *par.* 1. *tit.* de Immunitate Ecclesiastica, *pag* 452. 944

1653 25. Jun. — Si in Resignatione ad alterius favorem facta verus valor non sit expressus, Resignatio nulla, nec jus, seu titulus. Resignante 945

abdicatur. *Rota in Viterbien. Beneficiorum coram* Celso *apud* Rosam *de Executorib. Litterar. Apostolic. par.* 1. *cap.* 6. *num.* 241.

1653. 4. Jul —— Archipresbyter ultra assignationem pro congrua Curæ, debet participare de Distributionibus quotidianis: cum enim debeat una cum Canonicis interesse Horis Divinis, & inservire Ecclesiæ, sequitur, quod sicut ipse duplex onus sustinet, ita duplicis oneris emolumenta habere debeat. *Rota in Majoricen. celebrationis Missarum coram* Bichio, *apud* Pascucc. *in compend. ad consult. canonic. Jac. Pignatel par.* 2. *tit.* de Parocho, *pag mihi* 29 946

1653. 4. Jul. —— Qui degens in una Parochia, testatur dicens, *volo Sepulturam in ea Parochia, in qua moriar*, si infirmetur, & deferatur ad Hospitale positum intra fines alterius Parochiæ, in qua moritur, sepeliendus est in Parochia, in qua habitabat, antequam defertetur ad Hospitale. *Rot. in Romana Jurium Funeralium coram* Zarate, *apud* eund *ibid tit.* de sepulturæ electione, *pag.* 392 *ubi etiam quod* Parochia non amittitur; dum quis discedit animo revertendi, ut tenent DD scilicet Abb *in cap. de his, de Sepult.* & Gratian. *discept.* 76 *num* 18. 947

1653. 4. Jul —— Delatio Stolæ est de Juribus Parochialibus, & proinde spectat privative ad Parochos. *Rota in d. Romana Jurium Funeralium coram* eod §. *Quibus consequenti*, & § *seq apud* eund. *d. par.* 2 *tit.* de Processionibus, *pag. mihi* 273. & *par.* 1. *tit.* de Funeribus, *pag.* 317 *ex alia Rotæ Decisione in d. Romana coram Vallisoletano*, traditque Lezana *in Sum. quæst. regul. cap.* 12. *num.* 41. *ubi n.* 3. ait, fuisse declaratum a Sacra *Congregat concil.* 1620. 20. *Jul.* Stola igitur est signum proprie denotans Jurisdictionem, & officium Sacerdotale, per Gloss. *in l. un. verb fibulis*, *C. nulli licere*: & ideo si Episcopus intersit Funeri, non licet Parocho eam deferre, quia Episcopo presente, cessat 948

ju-

jurisdictio, & non fungitur officio Sacerdotali, Gratian. *discept.* 298. *n.* 74.

1653. 28. Nov. —— Confraternitates possunt erigere, & ampliare suas Ecclesias, vel Oratoria sine præjudicio Jurium Parochialium, dummodo Ecclesia antiqua esset angusta, & incapax: non tamen possunt mutare titulum. *Congregat. episcop. in Urbevetana, & alibi, apud* Nicol. *in Flosc ul. verb.* Confraternitas, *num.* 11. 949

1653 29. Nov. —— Quando duæ Civitates sunt invicem unitæ, Beneficia unius non tenentur contribuere Seminario alterius; & si in una nullum extet Seminarium, non tenentur contribuere alteri, quæ habet. *Congregat. concil. in Vaiuen. Sulmonen. apud* eund. *ibid verb* Seminarium, *num.* 7. *& refert etiam* Pascucc. *par.* 2. *tit.* de Seminario, *pag.* 384. *ubi tamen ait quod* hoc non procedit, si Seminarium esset erectum ad formam Tridentini *cap.* 18. *sess.* 25. *§. Si vero*: eo enim casu Beneficia unius Diœcesis tenerentur contribuere Seminario alterius Diæcesis etiam non unitæ, prout etiam habet Nicol. *in Lucubrationib. tom.* 2. *lib.* 3. *tit.* 5. *num* 5 *ad XV.* 950

1654. 17. Jan. —— Ad Synodum hi tantum accedere tenentur, qui habent Officium, vel Beneficium, & non alii. *Congregat. concil in Forosempronien. & antea in Eugubina* 1650. 13. *Aug ac Congregat. Rit. in Hipporegien.* 1637. 9. *Aug. nec* non *Congregat. Episcopor.* in Aquilana 1589. 21. Mar juxta Abbat. *in cap. quod super, de major & obedien. in princip.* apud d. Pascucc. *par.* 2. *tit* de Synodo, *pag.* 404. *ubi etiam* Constitutiones enim Synodales non obligant, nisi Diæcesanos Subditos, ex Bott. *par.* 3. *art.* 2. *conclus.* 1 *num.* 1. & ex eo Seraph *decis* 813. *n.* 4. 951

1654. 18. Apr. —— Non debet Episcopus prohibere quin Regulares Missas celebrare possint pro devotione in Ecclesiis secularibus de consensu Rectorum. *Congreg. Concil. in Senonien. apud* eund. 952

Ibid. tit. de Missæ Sacrificio, *pag. mihi* 46

1654 28. Apr. —— Filii legitimi, & naturales Clericorum gaudent privilegio fori, durante vita Patris. *Congregat. Immunit. in Urbanen. apud* eund. *par* 1. *tit.* de Immunitate Ecclesiastica, *pag.* 367. ubi reddit rationem, quia scilicet reputantur una, & eadem Persona, *l. fin. C de impub. l. cum scimus, §. fin C. de Agric. & censf. lib.* 10. 953

1654. 13. Jun. —— Quando non confirmatus suscepit aliquem in Sacramento Confirmationis, licet ei opponatur impedimentum cognationis spiritualis, hujusmodi impedimentum non contrahitur ad effectum contrahendi Matrimonium. *Congregat. concil. in Lycien apud* Monacel *in Formular. leg pract. par.* 2. *tit.* 16. *form.* 2. *numer.* 30. 954

1654. 4. Jul. —— Ad Archipresbyterum in Cathedrali spectat exercitium curæ ejusdem Cathedralis. *Congregat Episcopor. in Firmana*: & sic Parochus ibi censetur, juxta Text *in cap.* 1. & *cap. Officium, de offic. Archipreth. apud.* Piton. *disceptat. Ecclesiasticar. par.* 2. *disceptat.* 45. *n.* 4 ex Pignatell *tom* 9. *consultat.* 150. *n.* 16. 955

1654. 4. Jul. —— Congrua scutorum centum constituta dicto Archipresbytero pro exercitio curæ debet esse de Juliis decem pro quolibet scuto *Congreg. Episcopor. in Firmana*, *apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. canonic. Jac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Parocho, *pag.* 219.

1654. 4. Aug. —— Conditiones appositæ in Capellaniis amovibilibus, Capellanis tamen non proportionatæ, ab ipsis debent observari. *Congreg. concil. in Romana Capellaniatum ad cap.* 5. *sess.* 25 *de reform. apud* eund. *par.* 1. *tit.* de capellis, & capellanis, *pag.* 99. *ubi quod* ejusmodi onera adiiciuntur legato in vim conditionis, sub qua relinquitur emolumentum perspiciendum, & proinde conditio est causa finalis dispositionis 956

1654

1654. 14. Nov. —— Ordinariis Locorum facultate sibi concessa a Sacro Concilio Tridentino *sess. 14. cap. 1. de reform.* licet ob legitimas causas suspendere etiam extrajudicialiter Clericos & Presbyteros Saeculares, etiam Parochos sibi subditos, sublata eis potestate appellandi. *Congregat. concil. in Bononien. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. pat 3. tit. 2. form. 6. n. 5.* 957

1655. 14. Maii. —— Episcopus est Parochus universalis in tota Diaecesi, cum in ea nullae sint Parochiae distinctae, nec ullus adsit Curatus particularis, sed Episcopus alicui ex Beneficiatis Curam demandare soleat, ex trad per Barbos. *de offic. Parochi par. 1. cap. 1. num. 44. vers. in illa, & de Jure Eccles. lib. 3 cap. 26 §. 2. n. 15. & in vot. decis. vot. 41. num. 42 apud* Rotam *in Palentina Decimarum coram* Zarate, *decis. recent. par. 12. dec. 16. n. 4. & 5.* 958

1655. 15 Maii. —— Non licet Canonicis Regularibus absque permissu Summi Pontificis assumere curam Animarum etiam ad tempus, multoque minus Beneficium Curatum etiam ad tempus. *Congtegat. concil. in Cremonen. & Taurinen. apud* Pascucc. *par. 2. tit.* de parocho, *pag. mihi* 193. ¶ Vide tamen infra 1664. 16. Jun. 959

1655. 9. Jun. —— Ad Beneficium obtinendum quis debet probare, quod fuit provisus de eo a persona, quae habet jus. *Rota in Ripana Beneficii coram* Bevilaqua, *decis. recent. par. 12. decis. 46. num. 2.* 960

1655. 14. Jun. —— Obtinens in Ecclesia Beneficium sufficiens ad congruam substentationem, non potest aliud absque Apostolica dispensatione obtinere, *cap. 15. de praeben. in 6 cap super n ordin.* ubi Gloss. *verb. Beneficiatis, eod. tract.* Lara *de Anniverf. & Capellan lib. 2. cap. 7 num. 2. apud* Rotam *in Calaguritana Beneficii de Aro ceam* Bichio, *tom. 2. dec. 639. n. 8. ubi num. 10. dictum fuit, quod* obtinens Beneficium insufficiens 961

non prohibetur aliud sufficiens assequi.

1655. 25. Jun —— Privatio primi Beneficii ob adeptionem secundi, non ex ipsa adeptione secundi, sed ex retentione procedit: & incompatibilitas non obstat assequendo, sed retinendo. *Rota in Loodien. Canonicatus coram* Verospio, *apud* Rotam *de Executorib. Litterar. Apostolicar. par* 1. *cap.* 5 *num* 72. 963

1655. 3. Jul. —— Resignatarius tenetur ad restitutionem fructuum usque ad tempus, quo resignavit. *Rota in Sulomonen. Beneficii coram* Albergato *decis. recent. par* 12 *decis* 77. *n* 7. 964

1655. 1. Oct. —— Si Episcopus propter litem super Juspatronatum recuset præsentatum examinare, id pro illa vice committi solet alicui Episcopo vicino sine partium præjudicio. *Congreg. Episcopor in Asculana, apud* Nicol *in Floscul. verb.* Parochus *n.* 25. 965

1656. 31. Jan —— Matrimonium si non fuerit scriptum in Libro Parochi, tunc fides ipsius Parochi adminiculata probat. *Rota in Reatina Castrorum coram* Albergato, *decis recent. par.* 12. *decis.* 117. *nu* 41. Ex Farinacc *decis.* 332. *n.* 2. *vers cui etiamsi major.* 966

1656 15. Maii —— Non sunt danda iis Beneficia, qui scandalum Populo sunt præbituri. *Rota in Calaguritana coram* Bichio, & *antea in ead* 1655 5. *Jul. coram* cod. *ex c. Tantis* 81. *cap. Omnipotens, ubi Gloss. de accus. apud* Pascucc *in Compend. ad Consult. Canonic. Jac. Pignatel. par.* 1 *tit.* de Irregularitate, *pag mihi* 570. 967

1656. 10. Jun. —— Sacerdos Capellanus, seu Portionarius in Parochiali, faciens Officium cum Cotta, & Stola, debet habere primum, & digniorem locum in Choro, etiam supra Rectorem, non obstante contraria consuetudine *Congr Rit in Maceracen.* & *antea in Nucerina Paganorum* 1637. 11. *Jul. apud* eund. *par.* 2. *tit.* de Parocho, *pag.* 209. 968

1657.

1657. 20. Jan. —— Absolutis Exequiis, Regulares recta, si velint, ad suos Conventus redire possunt, neque tenentur comitari Parochum ad suam Parochialem. *Congregat. Episcopor in Andrien apud* eund. *par.* 1. *tit.* de Funeribus, *pag.* 302. 969

1657. 7 Febr. —— Parochus non dicitur sibi præjudicasse, dum dedit licentiam alicui exercendi Jura Parochialia, quando de ejus consensu factum id fuit. *Rota in Toletana Manutentionis coram* Meltio, *decis recent. par.* 12. *decis.* 124. *n.* 4. 970

1657. 9. Apr. —— Parochus habet assistentiam Juris pro exercitio omnium actívum in Ecclesiis intra limites suæ Parochiæ existentibus, privative quoad omnes alios, *cap. dilectus, de Capell. Monach cap. statuimus, & cap. sacris* 16 *qu.* 1. *& cap fraternitatem, de Sepult. apud Rotam in d. Toletana coram ibid. decis.* 214. *num.* 6. 971

1657. 27. Apr. —— Decimas non solvendi possessio ex petitione, & denegata solutione probatur, nec non ex acquiescentia saltem per decem annos ut tenet Modern. Peruf *de manut. observ.* 10 *num.* 100 *cum seqq. & observ.* 58 *nu* 13. *ibid. cum seqq apud Rotam in Toletana Decimarum coram* Meltio, *decis. recent. par.* 12. *decis.* 223. *num.* 21. 972

1657. 9 Jun. —— Filius legitimus est capax Pensionis reservatæ in Beneficio a Patre resignando. *Congregat. Episcopor. in Brittonarien. apud* Nicolin *Floscul. verb.* Pensio *num.* 5. 973

1657 9 Jun. —— Potest Episcopus in Ecclesia Parochiali Monachorum exemptorum administrare Sacramentum Confirmationis, invitis ipsis Regularibus, & contra eos hujusmodi administrationem impedientes valet censuris procedere. *Congregat. Concil. in Brixien. apud* eund. *ibid. verb.* Chrisma, *num.* 3. *in fine, & in Lucubrationib. tom.* 2. *lib* 1. *tit* 15. *num.* 1, arg. *cap. responso* 43. *de sent. excom.* & arg. etiam *cap. quoniam* 19. *de sent. excom in* 6. 974

1657. 18. Jun. —— Decimarum quarta debetur Epi- 975

Episcopo per ipsosmet Parochos exhibenda, ut notat Gloss. *in cap conquerente, in verb. decimationum, de offic. Ordin apud Rotam in Toletana Decimarum de Capilla coram* Verospio, *decis. recent p. 12. decis* 253. *num 3 ubi num 4. & 15. dictum fuit, quod* Decimas defendere spectat ad Parochum, cum ejus principale interesse spectet ad eum, ut notat Innoc. *in cap. cum Venerabilis, n. 2. post med. vers si autem non haberet, de Relig Domib.* cum Abb & aliis: & Parocho non citato, non potest ei praejudicari in Decimis.

1657. 4 Jul. —— Beneficii privatio ob non residentiam, non nisi Juris ordine servato fieri potest, videlicet, praecedente contra eum monitione personali requisita, & ejus contumacia convincatur ex dispositione text. *in cap. tuae 11 de Cler non residen apud Rotam in Farfen. Canonicatus coram* Bevilaqua, *decis. recent. par.* 12. *decis.* 287. *num.* 7. & 8. 976

1657. 15 Sept. —— Si legatum relictum cum onere Missarum consisteret in pecunia in capsa retenta, per Haeredem legantis solvenda; donec non sequatur investimentum in bonis frugiferis, Ecclesia, sive alius Locus pius non tenetur ex propriis aliis redditibus Missas celebrari facere *Congreg concil. apud* Monacel. *in Formular. leg pract. par.* 1. *tit* 6 *form* 9. *n.* 1. 977

1657. 10. Dec. —— Beneficii Provisio, non expresso Curae annexione, subreptionis vitio subjacet, ut advertit Lotter *de re benefic. lib.* 1. *quaest.* 20. *num.* 163. *apud Rotam in Viennen Prioratus coram* Verospio, *decis. recent. par.* 12. *decis.* 292. *num* 23. 978

1658. 26. Jan. —— Partes residuae cereorum, & intortitiorum, quae a Parochianis in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum deferuntur in Ecclesiam Parochialem, ibique super Sepulchra, aut Altaria, durantibus Divinis Officiis, accensa permanent, spectant ad Parochum, 979

rochum, nisi obstet consuetudo, aut de contraria mente deferentium constet. *Congr. Episcopor. in Feretrana*, *apud* Nicol *in Lucubrationib. tom.* 1 *lib.* 4. *tit.* 15. de Interdictis, *num.* 26. *vers.* Amplia VI.

1658. 25. Febr. —— Decimæ præsumuntur reservatæ Ecclesiæ Matrici, donec ipsarum assignatio Ecclesiæ Filiali facta probetur, juxta Gloss. *in cap. statuimus*, *in verb. Baptismale* 16. *qu.* 1. & not. Rebuff *de Decim. quæst.* 6. *num* 12. *apud Rotam in Cracovien. Decimarum coram* Verospio, *decis recent. part.* 12. *decis.* 315. *num.* 2. 980

1658. 6. Jul. —— Sponsalibus validis ab initio contractis, deinde vero mutuo consensu dissolutis non est sublatum impedimentum justitiæ publicæ honestatis. *Congr. concil. approbante Alexandro VII. die* 10 *ejusd. Mensis*, *& Anni*, *apud* Nicol *in Floscul. verb.* Sponsalia, *num.* 6. *& in Lucubrat. tom.* 1 *lib.* 1. *tit.* 10 de Nuptiis, *num.* 54. *vers* Sed hodie, *& refert etiam* Pascucc. *par* 2. *tit.* de Matrimonio, *pag.* 26. *ubi quod* hoc antea declaraverat eadem Congregatio *in Vicentina* 1654. 13. *Jun. ad cap.* 3 *sess.* 24. *de reform. Matrim* 981

1658 23 Aug —— Licet Pauperibus Ruri commorantibus permittendum sit, ut diebus Festis suos contractus facere possint, (juxta ea quæ supra diximus 1590. 26 Jan.) excipiendi tamen sunt ab hac indulgentia duo casus; Festa scilicet solemniora, & Contractus, in quibus Decretum Judicis requiri contigerit. *Congr. Episcopor. in Cajetana*, *apud* d. Pascuccc. *part.* 1. *tit.* de Festis diebus *pag. mihi* 295. 982

1658. 10. Dec. —— Domus Parochi, licet non adhæreat Ecclesiæ, gaudet tamen immunitate *Congr. Immunit. in una Forlimpopuli*, *apud* eund. *d. par.* 1 *tit.* de Immunitate Ecclesiastica, *par.* 367. *& referi etiam* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom* 2 *cap* 4. *num.* 31. ex Pignatel. *consult.* 463 983

1659. 24. Jan. —— Testimonium Parochi super fa- 984

na

na mente tempore subministrati Sacramenti, dum dubitative loquitur nec concludit mentis sanitatem de tempore conditi Testamenti, tanquam invalidum non admittitur. *Rota in Avenionen Fideicommissi coram* Cerro Decano, *decis. recent. p.13. decis.8. num.8.*

1659 8. Febr. —— Potest Episcopus curam Animarum capitulo Ecclesiæ Cathedralis incumbentem, alicui canonicali præbendæ perpetuo unire, vel Vicariam perpetuam erigere. *Congreg. concil. in Aretina cura Animarum, apud* Pascucc. *in compend ad consult.canonic. Jac.Pignatel part 2 tit* de Parocho, *pag* 201. 985

1659. 10. Febr. —— Parochus Ecclesiæ si sit mortuus, tunc Defensor ad effectum dissolvendi unionem debet specialiter assignari, ut notant Gloss *in Clem. ult. in verb. vacabat, de reb. Eccles non alienan.* Rebuff *eod. tract. num.*25. & 26 Petr. de Perus. *de revocat union. cap.* 3. *apud Rotam in Bononien Dismembrationis coram* Verospio, *decis.recent part* 13. *decis* 29. *num.* 7. 986

1659. 10. Mar. —— Ecclesia antiquitus Monasterialis, ut pro Parochiali habeatur, plene & concludenter est probanda, cum de materia odiosa, & gratia certo modo obtenta agatur. *Rota in Ariminen Parochialis coram* Albergato Decano, *d. part.* 13. *decis.* 37. *num.*2. 987

1659. 31. Mar. —— Testamentum conditum juxta text in *cap. cum esses, de testam.* est nullum, si de tempore stipulationis Testamenti Parochus longe ab eo loco distabat; sicut etiam corruit, si semel excepit confessionem Testatoris, quia debet esse confessarius ordinarius, & non accidentalis, ut advertit Corn. *in cons.* 77 *num.*2. *vers. non obstat, lib.* 1. *apud Rotam in Esina Bonorum coram* Verospio, *d. part.*13. *decis.*52 *num* 4. & 6. 988

1659. 28 Apr. —— Beneficium Parochiale cum per assecutionem, & possessionem alterius vacare dicatur, multo magis jus quodcumque. *Rota in* 989

in Naulen. Parochialis coram Taja, *decis. recent. p.* 13. *decis.* 55 *num.* 1. *ubi num* 2 *&* 3. *dictum fuit*, *quod* Beneficium expectans, perdit gratiam, si aliud incompatibile consequatur, ut notatur *in Clem gratiæ de rescript.* & Liti renunciat, qui litigando super primum Beneficium, recipit secundum, ex Paris. *de resignat. lib.* 1. *quæst.* 1. *num.* 28

1659. 28. April —— Qualitas majoris Sacerdotio tanquam magis experti in servitio Ecclesiæ Parochialis, ubi boni Parochi ministerium addiscitur, in concursu alterius magis est consideranda. *Rota in d. Naulen. coram* eod. *ibid. num.* 7 990

1659. 5. Maji. —— Episcopus à Parocho quartam Decimarum exigere potest. *cap. conquerente* 16. *de offic. jud. ordin.* Gloss. *decimationum*, *& cap. cum contingat* 29. *de Decim* cum Gloss. *de jur comm. apud Rotam in Nullius*, *seu Beneventana Jurisdictionis coram* Taja, *decis. recent part.* 13. *decis.* 6. *num.* 3. *ubi num seq. dictum fuit*, *quod* Parocho mandatum de manutenendo in exactione Decimarum hodie ex sola Juris assistentia non datur. 991

1659. 8. Maji. —— Parochi, si velint, possunt Exequiis assistere, etiam in Ecclesiis Regularium, dummodo non faciant Officium, neque prætendant præcedentiam. *Congr. Episcop. in Cathacen. apud* Pascucc. *in compend. ad consult. canonic Jac. Pignatel. part.* 1. *tit.* de Funeribus, *pag. mihi* 300 992

1659. 16. Jun. —— Privilegium de Decimis mentionem non faciens, Decimas non comprehendit, maxime ordinarias, & speciales de Jure Divino debitas ratione Curæ Animarum, quæ individuam, & specialem mentionem requirunt: alias autem exemptio generalis, quamvis loqueretur de Decimis, intelligeretur tantummodo de extraordinariis, & temporalibus, ut pluribus citatis dixit *Rota in Hispalen. Decimarum coram* Cerro, *decis. recent. par.* 13 *decis.* 97. *num* 9. *&* 10. 993

1659. 23. Jun. —— Cum etiam de fæno Decima sit persolvenda, *cap* 5. *de Decim.* hinc sicut pridem 994

ex

ex tritico in agris persolvebatur, ita ex fæno loco tritici in iisdem agris producto solvenda est, *cap* 4. *ad fin. de Decim.* Moneta *eod. tit. cap.* 4. *sub n.* 64. *vers adverte*, *ubi etiam quod* mutatio seminis non alterat obligationem, sed de una specie fructuum, quæ procedit ab una radice, fit transitus ad quascumque alias etiam novas fructuum species, etiamsi ager convertatur in Domos, sive Domus in agros, ut dixit *Rota in Cavallicen. Decimæ Fæni coram* Taja, *decis. recent. par.* 13. *decis.* 102. *n.* 4 5. & 6.

1659. 23. Jun. —— Consuetudo non solvendi Decimas fæniles negativam non coarctat, removendo actum a sensu, prout requiritur. Decima igitur augmentum in omnibus fructibus æque ac augmentum in omnibus Decimis requirit, & Decima est quota, ut declaravit Dominus, cujus est Terra, & plenitudo ejus, *Deuteron. cap.* 14. *Decimam partem separabis*; adeoque ex aliis fructibus aliæ Decimæ debentur, *cap* 4. *de Decim.* & privilegium certè deficit incremento, ut dixit *Rota in d. Cavallicen coram* eod *ibid num.* 8. & *seqq* 995

1659. 24. Jun —— Non licet in Ecclesiis, in quibus non asservatur Sanctissimum Sacramentum, celebratio Missæ in Feria quinta in Cœna Domini, nec ejusdem Augustissimi Sacramenti asservatio in Sepulchro. *Congr. Rit. in Neapolitana, apud* Matthæucc *in Offic. cur Regul. tom.* 1. *c.* 12. *n.* 47 996

1659. 27 Jun. —— Oblationes factæ alicui Imagini depictæ in pariete spectant ad Parochum, non verò ad Episcopum, neque ad Dominum Domus *Congr. Concil. in Fanen.* & *antea in Triventina* 1611. 20 *Mar. apud* Pignatel. *tom.* 6. *consult* 83 & juxta Fagnan. *in cap. Pastoralis*, *num.* 16. & *seqq* Amostaz. *de caus. piis*, *lib.* 4. *num* 15. Cardin. de Luca *de Paroch discept.* 32. *num* 4. aliosque quam plures *citatos* a Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom.* 2. *Constitut.* 1. *Anastasii IV. sect.* 2. *n.* 33. *pag. mihi* 26. 997

1659.

1659. 27. Jun. —— Ab Hæredibus Defuncti Confratris sepulti in Oratorio suæ sodalitatis aliqui solvi debet proprio ejus Parocho jure Sepulturæ, quod in Civitate solvi solet. *Congr. Episcopor. in Sabinen.* juxta text. expressum *in cap. ad Apostolicam, de Simon.* ubi Innoc. III. hanc piam, & laudabilem consuetudinem pia Fidelium devotione introductam præcipit observari, ut refert Pascuc. *in Compend. ad Consult. Canonic. Jac. Pignatel par.* 2. *tit.* de Sepulturæ electione, *pag.* 395. *ubi etiam quod* si adsit laudabilis consuetudo solvendi jus Sepulturæ, etiam pro iis, qui sepeliuntur in propriis Sepulchris, servanda est, *ex ead. Congr. in d. Sabinen.* prout etiam habet Nicol. *in Lucubration. tom.* 1 *lib.* 4 *tit.* 15. de Interdictis, *num.* 22. 998

1659. 27. Sept. —— Non sunt invocandi Beati in publicis Precibus, præter indultas, & approbatas, nec eorum Reliquiæ in processionibus circumferendæ. *Congr. Rit. apud* Lantusc. *in Theatro Regular. verb.* Beati *ubi etiam quod* non est dicendum Symbolum in Missis de beatis, *ex ead. Congr.* 1664. 12. *Jul.* ¶. Vide infra 1660. 17. *Apr.* 999

1659. 14. Nov. —— Personæ particulares non possunt habere prospectum in Ecclesias. *Congregat. Episcopor. in Alexanen. & antea in Hortonen.* 1655. 11. *Jun. & in Veronen.* 15. *ejusd. mensis, & anni, ac in Consentina* 1646. 14. *Dec. apud* Pascucc *par.* 1. *tit.* de Ecclesiis, & Ecclesiasticis, *pag.* 243 *ubi etiam quod* claudi debent Fenestræ, maxime si prospectum habeant super Altaria, *ex ead. Congr. in Sulmonen.* 1648. 6 *Nov. &* 2602. 4. *Jun. ac in Hispalen.* 1583 5. *Jul. nec non in Missanen.* 1565. 29. *Octob.* 1000

1659. 28. Nov. —— Solutio Decimarum non fundatur in quantitate facultatum Ecclesiæ Parochialis astricis, an scilicet sit pauper, vel dives, sed in Cura Animarum, atque in situatione bonorum decimabilium intra fines ipsius Parochiæ, juxta dispositionem textus *in cap fin. de Paroch. in cap.* 1001

cap. cum sint, & *in cap. quoniam*, *de Decim.* qua propter Decimas deberi tam Rectoribus pauperibus, quam divitibus ex sententia Divi Thomae communiter recepta *in 2 2. qu. 87. art 3. ad primum* tradit Suarez *de Relig. lib 1. tit. de Decim. cap 11. num 9. apud Rotam in Calaguritana Decimarum S. Ascensi*, & *Davalillo coram* Cerro, *decis. recent par. 13 decis. 122. num. 7.* & 8.

1660 9 Jan. —— Privilegium ad Parochialem non extendi frustra obiicitur, cum contrarium ex Litteris Apostolicis clare demonstretur. *Rota in Nullius, seu S. Severini Parochialis coram* Bevilaqua, *d. par. 13. decis. 148. num. 5.* 1002

1660. 20. Febr. —— Citatio Parochianorum ad dismembrationem requiritur, & aliorum, quorum interest unionem non revocari, prout ex Marc. Anton. Maceraten. *lib. 1. resolut. 112. cas 29 vers 3. quia*, aliisq. citatis dixit *Rota in Bononien. Dismembrationis coram* Bevilaqua, *decis. recent. par. 13. decis 165. num. 10.* 1003

1660. 20. Febr. —— Ecclesia cum tempore dismembrationis non fuerit Parochialis, sed tantum Beneficium simplex, aut Curam Parochialis habitualem retinens, de eo ad effectum nullitatis dismembrationis ratio non est habenda, ut ex Gabr. *cons. 191. nu. 6.* & *7 lib 1* dixit *Rota in d. Bononien. coram* eod. *ibid. num 17.* 1004

1660. 20. Febr. —— Ecclesia desinit esse Curata, quando exercitium nullo modo est actu ex defectu materiae, vel subjecti, utpote quia Parochiani omnes defecerunt, ut in his terminis loquitur Gabr. *cons. 192. num. 1.* secus autem, ubi penes aliquem existit, illique Cura est delata, & tunc necessaria est mentio talis Curae habitualis, alias gratia subreptioni subjacet, ut explicat Lotter. *de re benefic. lib. 1. quaest. 20 num. 163.* & *164. apud Rotam in d. Bononien. coram* eod. *ibid. numer. 20.* & *21* 1005

1660. 14. Apr. —— Donatione Decimarum Monaste- 1006

nasterio facta cum subsequuta reali earumdem exactione, & possessione quadragenaria, Juris assistentia ad favorem Parochi cessat, per text. *in cap. quoniam*, *de Decim* & tradit Vitalian. *in Clem. 1 num 71. vers. unde oportet*, *de Jurepatron. apud Rotam in Cracovien Decimarum coram* Bourlemont, *decis. recent. par. 13. decis. 193. num. 5.*

1660 14 Apr —— Parochus Oppidum ob confusam ejusdem appellationem impugnans, diversitatem situs unius ab altero probare tenetur. *Rota in d. Cracovien. Decimar. coram* eod *ibid. num 7.* 1007

1660. 14. Apr. —— Donatio facta a non habente facultatem donandi, deficiente justa causa, utilitate Monasterii, & Beneplacito Apostolico, uti invalida, & nulla Parocho non suffragatur. *Rota in d Cracovien coram* eod. *ibid. num.* 8 1008

1660. 14 Apr. —— Instrumentum a Parocho litigante productum contra Rectores de eodem Jure disceptantes, plene probare videtur. Dec. *in cap cum Venerabilis*, *num* 9. *de except.* Gabr *de confess. conclus* 4 *num.* 14. *apud Rotam in d Cracovien. coram* eod *ibid. num* 11. 1009

1660 17. Apr —— In illis Ecclesiis, in quibus Officium, & Missa de Beatis recitari, & respective celebrari possunt, licet eorum Reliquias exponere, Imagines vel Simulachra super Altari collocare, ac Votivas Tabellas ibidem appendere. *Congr. Rit. apud* Lantusc. *in Theatro regular. verb* Beati, *n.* 15. *pag mihi* 54. *vers.* Quinto. 1010

1660. 30 Apr. —— Officium super Cadaveribus in Ecclesiis Regularium spectat ad ipsos Regulares, non autem ad Curatos Defunctorum, non obstante contraria consuetudine juxta Decretum Sacræ Rituum Congregationis 1638 27 Novembris. *Alexander VII in Bullar. tom. 5. Constitut* 95 *quæ incipit* Alias. ¶ Hoc antea decreverat congr. Episcopor. 1657 31. Aug. & postea 1671. 27. Nov. quæ quidem Decreta confirmavit *Clemens* X. 1672. 18 *Jan. in eod. tom. Bullar. Constitut.* 57. 1011

quae incipit Nuper. ¶ Plures etiam habet Decisiones Barbosa *de potest. Parochi*, *cap.* 27. *num.* 82. & plures quoque Mancin. *in Pract visitan. Infirm. in brevi tract. de Sepult dub* 5.

1660. 30. Apr. —— Defunctorum Cadavera in Ecclesiis Regularium ab Ædibus Defunctorum ad eorumdem Fratrum Ecclesias recto tramite deferri licite possunt, monito tamen prius, & requisito, ac expectato proprio Defunctorum Parocho, a quo Benedictionem, & ultimum *Vale* recipere possint: quo venire expresse recusante, possint iidem Fratres, etiam ipso invito, dicta Cadavera ad suas Ecclesias transportare Consanguinei vero talium Defunctorum illis parentare in Parochialibus, & aliis presbyterorum, etiam in Cathedralibus Ecclesiis nullo modo possint: Si quae vero immemorabilis consuetudo in contrarium super praemissis existere praetendatur, legitime probetur, & interim praesens Decretum ad unguem servetur. *Alexander VII. ibid* 1012

1660. 30 Apr. —— Quoties Cadavera Defunctorum ad Ecclesias Fratrum Mendicantium deferuntur, Officia Mortuorum, & reliqua, quae in hujusmodi ministerio adhiberi solent, non a Canonicis, neque a Clero, sed a Fratribus obiri, & peragi debent, juxta Decretum Sacrae Congregationis Concilii. *Alexander VII ibid.* 1013

1660 30. Apr. —— Electio, & numerus Religiosorum pro associandis Cadaveribus, ad libitum Haeredum Defunctorum spectat, & pertinet, & ita ubique servetur, prout antea decreverat Sacra Congregatio Rituum 1649. 14. Januarii. *Alexander VII ibid* 1014

1660. 5 Maii. —— Schedula Testamentaria per Parochum conscripta, privatae vim, non autem publicae Scripturae admittit, dum ipsius recognitio non concurrit, nec adhibitorum ibidem Testium examen super toto Testamenti tenore praecessit, & consequenter fide quacunque desti- 1015

destituitur, ut admittit Capr. *cons* 57. *num* 4. & 5. *cum seqq.* Paris. *cons* 51 *num.* 4. *lib* 3. Honded. *cons.* 26 *num.* 8 *cum seqq lib.* 2. *apud Rotam in Romana Testamenti coram* Verospio, *decis. recent. p.* 13. *decis.* 210. *num* 3.

1660. 7. Maii — Testes de Decimis exactis expresse deponentes, etiam de auditu a majoribus de publica voce, & fama, fidem probationis merentur. *Rota in Barbastren. Decimarum coram* Albergato Decano, *decis. recent. par.* 13. *dec.* 216. *num.* 1. 1016

1660. 7. Maii. — Assistentia Juris circa Decimas, quam regulariter habet Parochus, cessat, quando legitime constat, quod Decimæ justo titulo ad alium pertineant, ut declarat Marescott *var. resol. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 28. Modern *de manut. observ.* 73. *sub num* 172 & *seqq.* aliique citati *a Rota in d. Barbastren. coram* eod. *ibid num.* 3. 1017

1660. 14. Maii. — Parochi, quando de illorum interesse principaliter agitur, omnino citari debent ad hoc, ut acta, & sententia ferenda iis officiant, *l. de uno quoque, ff. de re judic. l. non ita Civus, de adopt C in l ingenuum, ff de stat. hom* Gabr. *cons.* 43. *num.* 35 *lib* 1. & *cons.* 149. *num.* 79 *lib.* 2. Surd. *cons.* 189 *num.* 44. Scacc. *de Camb.* §. 7 *gloss.* 5. *num.* 138 & *de sentent.* & *re jud. gloss.* 14 *quæst.* 12. *num* 14. & 122 *apud Rotam in Toletana Decimarum de Capilla coram* Bevilaqua, *decis. rec. par.* 13. *decis* 219. *num.* 6. 1018

1660. 14. Maii. — Parochi aggrediendo novum Judicem, causæ commissionem, ut in prima obtinere possunt, absque eo quod illuc usque gesta cum Episcopo, & aliis eos afficiant, ad text. *in l. & an eadem, in princip.* & ibi Bart. *in §. qui cum partem, ff. de except. rei jud.* Castren. *in l. cum quæritur, ff eod. apud Rotam in d. Toletana Decimarum coram* eod. *ibid. num* 9. 1019

1660. 14. Maii. — Parochi tanquam legitimi possessores, & successores in possessione suarum 1020

Ecclesiarum non remanent affecti actis & sententia, ipsis non citatis, lata, & respective factis contra Episcopum, juxta text *in l fin.* ubi Gloss *& communiter DD. C. de litigios apud Rotam in d. Toletana Decimarum coram* eod. *ibid. n.* 11.

1660. 26 Maii. —— Utilitas Parocho resultans ex permanentia Patrum in Sacramentorum administratione adjuvantium, fundationem Conventus contra formam constitutionum non sustinet, cum tale auxilium in hac materia non admittatur, sed ubi opus est, Ordinarius ex Tridentino *sess.* 21. *cap.* 4. *de reform.* cogit Rectores sibi tot Sacerdotes ad hoc munus adjungere, quot sunt necessarii. *Rota in Toletana Manutentionis coram* Bevilaqua, *decis. recent. par.* 13. *decis.* 225 *num.* 11. 1021

1660. 9. Iun —— Parocho concedente Rectori Hospitalis licentiam exercendi aliqua Iura Parochialia pro Infirmis, & aliis ibi degentibus, Iurisdictio ipsius æque firma remanet, ac si ipse exercuisset, ad text. *in l. item eorum*, *§. Decuriones*, *ff. quod cujusque univers. nom. apud Rotam in d. Toletana Manutentionis coram* eod. *ibid. decis.* 231. *num.* 3. 1022

1660 9. Iun. —— Ius aliquod Parochialitatis translatum in Hospitale, Ecclesiæ non præjudicat ob defectum Beneplaciti Apostolici omnino necessarii, etiam in transactione inter duas Ecclesias stipulata, *cap.* 1. *de reb. Eccles. non alienan.* Navarr. *de spol. Cleric. §.* 3. *num.* 7. *col.* 3. *in princ. vers. sed pro contraria parte*, Rebuff. *in cap. fine exceptione* 12. *quæst* 2. *num.* 66 Gratian *discept.* 5<7. *num.* 9. *apud Rotam in d. Toletana coram* eod. *ibid. num.* 6 *&* 7. 1023

1660. 9. Iun. —— Parochus propter Oblationes ad ipsum pertinentes, novas Ecclesiarum erectiones impugnare licite potest, *cap. dilectus* 2 *de Capell. Monach. cap Pastoralis* 9. *de his, quæ fiunt a Prælat. sine consen. Capituli*, *apud Rotam in d. Toletana coram* 1024

coram eod. *ibid. num.* 10. & *antea in ead.* 26. *Maii ejusd. Anni*, *num itid.* 10 *ac in Tirasonen. Fundationis Conventus* 1659. 4. Iun *coram* Bevilaqua, *ibid decis.* 115. *num* 6.

1660. 13. Nov. —— Capitulum non vocatum potest, invitis Hæredibus, lucrandi stipendii causa Funeribus interesse *Congregat. concil. in Matheranen Loci Grottula*, *apud* Monacel *in Formular leg. pract. par.* 2. *tit.* 13. *form.* 1. *n* 97. *ubi alia recentior Decisio in Lavellen.* 1668. 16 *Jun.* 1025

1660. 13. Nov. —— Non est relinquenda arbitrio Parochorum, vel Capituli Cathedralis taxa Funerum, aut Personarum associantium numerus: his enim talis facultas non tribuit, ut respondit *Congregat. Concil. in d. Matheranen. apud* eund. *ibid.* 1026

1660. 3. Dec. —— Obitus Parochi in possessione per narrativam a Collitigante in litteris Concursus emissam, plene justificatur. *Rota in Gerumden. Parochialis coram* Bevilaqua, *decis. recent p.* 13. *decis* 254. *num.* 4. 1027

1661. 4. Febr. —— Recognitio Testamenti a Parocho prævio Sacramento peracta non potest deservire ad effectum probationis ejusdem Testamenti. *Rota in Romana Testamenti coram* Verospio, *decis. recent. par.* 13 *decis.* 275. *n.* 9. 1028

1661. 4. Apr —— Ad Matrimonium contrahendum sufficiunt quælibet verba apta ad significandum mutuum consensum inter contrahentes *Rot. in Avenionen. Transactionis coram* Priolo, *decis. recent. par.* 13. *decis.* 312. *num* 4. 1029

1661. 7. Apr. —— Sententia a Parocho etiam juramento probata, potest ab eodem nomine suæ Ecclesiæ impugnari, ut tradit Bart. *in l. jubemus* 14. §. *sane*, *num.* 9. & 10. *C. de Sacros. Eccles.* Redoan. *de reb. Eccles. non alien. qu.* 77. *cap.* 3. *num* 1. *cum seqq.* & ideo manutentio est decernenda Parocho nomine Ecclesiæ agenti, etiamsi sententiam contrariam acceptasset, ut tradit Abb. *in cap. conquerente*, 1030

num 9. *post princip. de restitut spoliat.* & *in cap. litteræ*, *num* 4 *de dilat. apud Rotam in Novarjen. Divisionis Parochialium coram* Verospio; *d par.* 13. *dec.* 313. *num* 10 & 12.

1661. 7. Apr. —— Canonica portio est semper Parochiali persolvenda; licet Defuncti in Majorum Tumulis alibi existentibus tumulentur; juxta text. *in cap. pariter*, ibiq. Gloss. notat. & *in cap. super*, & *cap seqq. de Sepult.* Clement. *dudum*, §. *ac deinde*, *vers. verum ne Parochialis*, *eod tit. apud Rotam in d. Novarien coram* eod. *ibid. num.* 12. 1031

1661. 10. Jun. —— Archipresbyter Curam Animarum exercens, non potest transigere super Congrua in præjudicium Successorum, sine causæ cognitione, & sine Beneplacito Apostolico. *Rom. in Murana Congruæ coram* Bourlemont; *decis. recent par.* 13 *decis* 392. *n* 11. & *antea in ead.* 15. *Jun. ejusd. Anni*, *ibid. decis.* 347. 1032

1661. 20. Jun. —— Parocho attestanti de sana mente Testatoris major venit adhibenda fides, quam aliis Testibus deponentibus de dementia ejusdem. *Rota in Avenionen. Fideicommissi coram Cerro d. p.* 13. *dec.* 353 *num.* 9. 1033

1661. 12. Aug. —— Qui vim non infert; sed precibus Puellam extrahit è Domo Parentum, iis invitis; ut in Uxorem ducat, non dicitur raptum committere, ita ut Matrimonium sit invalidum. *Congregat. concil. in Mediolanen. apud* Pascucc. *in compend. ad consultat. canonic. Jac. Pignatel. par.* 2 *tit.* de Matrimonio; *pag. mihi* 31. 1034

1661. 1. Oct. —— Episcopus visitat etiam per suum Subdelegatum Monasteria; & Parochiales exemptas, tanquam in hac parte Delegatus Sedis Apostolicæ; absque eo quod possint Exempti Subdelegatum recusare, quoties exhibeat specialem facultatem in Scriptis. *Congregat. concil. in Passavien* ut ex Pignatel *consult.* 7. *num.* 19. & 29. *tom.* 7 refert Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *tit.* 12. *form.* 9 *num.* 4 & est juxta Fagnan. *in cap.* 1035

cap Quoniam, *num.* 27. & 35. *de offic. Deleg.*

1661. 16. Dec. —— Distributio Candelarum in Funeribus quoad differentiam quantitatis, pendet ab arbitrio Hæredum, aut aliorum distribui mandantium *Congregat. Episcopor in Placentina*; *apud* Pascucc. *par* 1. *tit.* de Funeribus, *pag mihi* 302. ubi ait, rationem decidendi esse manifestam quod unusquisque rei suæ liberrimum usum habet *l. in re mandata*, *C. mand.* 1036

1662. 23. Jan. —— Ad distractionem Bonorum Ecclesiæ non solum concurrere debet æs alienum, sed ulterius, quod Creditores urgeant apud Judicem. *Rota in Leodien Contractus coram* Cerro, *decis. recent. par.* 13. *decis.* 384. *num.* 8. 1037

1662 6. Febr —— Ecclesia Parochialis Matrix in omnibus præcedere debet Filiali, ad text *in cap. ad audientiam* 3. *de Eccles. ædifican.* Gloss *in cap transmissa*, *verb. decimas*, *de præscript. apud Rotam in Narnien. Divisionis Parochialium coram* Verospio, *decis recent. par.* 13. *decis.* 397. *n.* 1. 1038

1662. 6. Febr. —— Parochi antecessores non possunt præjudicare successoribus, & maxime sine Beneplacito Apostolico, ad text. *in cap. veniens* 8. *de trans.* Abb. *cons.* 56. *num.* 2. *lib* 1. Gratian. *discept.* 674. *num* 3. *cum seqq. apud Rotam in d Narnien coram* eod. *ibid. num* 20. 1039

1662. 27. Febr. —— Testamentum factum coram Parocho, & duobus Testibus, de Iure Canonico substinetur, *cap cum esses*, *de testam.* & tradit Corn. *cons.* 262 *vers. tamen intervenit*, *lib.* 4 Soccin Jun. *cons.* 178. *num.* 32. *lib.* 2. attamen *d. cap. cum esses* innititur potissime integritati, & fidei Parochi, quam si cavillare contigerit, Testamentum non substinetur, ut voluit Abb. *in d. cap sub nu.* 12 & Imolen. *num* 11. *apud Rotam in Tudertina successionis coram* Bourlemont, *decis. recent. par.* 13 *decis.* 404. *num.* 4. & 6. 1040

1662. 27. Mar. —— Parochus varians circa dispositionem Testamentariam in ejus dispositione 1041

facit mutare Testamentum coram se factum. *Rota in d. Tudertina coram* eod. *ibid numer.* 7. *ubi numer.* 9 *dictum fuit*, *quod* Testes in Testamentis factis coram Parocho, & duobus Testibus, debent esse omni exceptione majores, ut notat Capra *consf.*262. *num* 12. Paris. *consf.*24. *n.*13 *&* 14. *lib.* 31. Mantic. *de conjecturis*, *lib* 6 *tit.*3 *num* 6.

1662. 28. Febr —— Domus Ecclesiæ, quæ inservit pro habitatione Sacristæ, etsi ab Ecclesia disjuncta, gaudet immunitate. *Congreg. Immunit. in Pennen. apud* Pascucc *in compend ad consultat canonic. Jac. Pignatel. part.* 1 *tit.* de Immunitate Ecclesiastica, *pag.*366 *&* 527. 1042

1662. 28. Febr. —— Domus contigua Ecclesiæ, & quæ ultra januas in via publica, habet etiam egressum in choro ejusdem Ecclesiæ, non gaudet immunitate, si est Domus Laicorum *Congregat. Immunitat. in d. Pennen. apud* eund. *ibid. pag.* 367 1043

1662. 12 Maji. —— Funeralia sunt solvenda juxta taxam a Superiore conventam, non obstante causa remotioris itineris, & accreti laboris, & huic taxæ acquiescendum est, ut probat text. *in cap. statutum* 11. *§ Notarium*, ubi post Gloss. notant communiter DD citati a *Rota in Neapolitana Funeralium coram* Verospio, *decis. recent. part* 13. *decis* 438. *n.*1. *ubi num* 4. *dictum fuit*, *quod* debent persolvi, detracta portione speciali in conventione aliis debita, juxta text. *ibid. citat.* 1044

1662 16 Jun. —— Juris assistentia, quam habent Parochi pro Quarta funerali, non solum procedit in iis obventionibus, quæ dantur Ecclesiæ, in qua quis sibi elegit Sepulturam in ipsa die Funeris, & tempore quo Corpus est in Funeribus extra terram, sed etiam de quibuscunque, & quomodocunque relictis tam jure legati, quam institutionis, quæ dantur, & postquam Corpus terræ reconditum est, si causa & occasione Funeris 1045

neris elargita sunt, ut optime tenent DD. citati a *Rota in Burgen Funeralium coram*, Cerro, *decis. recent. part.* 13. *decis* 51. *num.* 2.

1662. 16. Jun. —— Parocho eo magis debetur Quarta funeralis, quando Congruam non habet. *Rota in d Burgen. coram* eod. *ibid. num* 9. *ubi n.* 10. & 11. *dictum fuit; quod* Privilegia adversus Quartam Funeralium non continentia derogationem *Clement. dudum*, non suffragantur: ideoque Quartæ generalis exactio vigore quadragenariæ possessionis Parochis debetur, non obstante contrario privilegio. 1046

1662. 26. Jun. —— Tunc Ecclesia Parochialis Regularium subjacet Episcopo in concernentibus Curam Animarum, quando Ecclesia est exempta, & in Diæcesi: non tamen ei subjacet Ecclesia nullius Diæcesis, licet habeat Curam Animarum. *Rota in Lucen. Jurisdictionis coram* Cerro, *decis. recent. part.* 13. *decis* 493. *num.* 7. 8. & 9. 1047

1662. 5. Aug —— Missæ privatæ pro Defunctis, seu de *requiem* in duplicibus nullatenus celebrentur: Quod si ex Benefactorum præscripto Missæ hujusmodi celebrandæ incidant in festum duplex, tunc minime transferantur in aliam diem non impeditam, ne dilatio Animabus suffragia expectantibus detrimento sit, sed dicantur de festo currenti cum applicatione Sacrificii juxta mentem eorumdem Benefactorum: Curentque Ecclesiarum Rectores, Sacristæ, aliique ad quos pertinet, ut hujusmodi Decretum inviolatum servetur, & in Sacristia affixum retineatur, ubi commode ab omnibus celebrare volentibus conspici, & legi possit: In eos autem, qui contrafacere ausi fuerint, vel præmissa adimplere neglexerint, Locorum Ordinarii, tum Sæculares, tum Regulares pro modo culpæ animadvertant. *Congreg. rit. approbante Alexander VII. apud* Gavant *in Thesaur. Sacror. rit. part.* 1. *in fine*, *pag.* 248 & 1048

& referunt etiam Lantusca *in Theatro Regular verb.* Missa, *n.* 6 *ac* Matthæuc. *in offic. Cur. Regular. tom.* 1 *cap* 6. *num.* 8.

1662. 4. Dec. —— Sequestro est locus in Beneficialibus, dum Jus utriusq; Collitigantis est turbidum. *Rota in Faventina Parochialis coram* Bourlemont *decis. recent par* 13. *decis.* 514 *n* 1. 1049

1663. 16 Febr —— Consuetudini statur in dubio, an Decimæ debeantur Ecclesiæ, in cujus Parochia sita sunt Prædia, an verò Ecclesiæ, in qua percipiuntur Sacramenta, *ad cap. cum sint* 18. *& cap. ad Apostolica* 20. *de Decim* & utrobiq; Abb *in princ. apud Rotam in Hispalen. Decimarum coram* Taja, *decis. recent par.* 14 *decis.* 27. *n.* 1. 1050

1663. 16. Febr. —— Decimas ex terris propriis non potest quis percipere, etiamsi duplicem personam repræsentet, quia assequendo, mediante emptione, dominium fundi, ex quo Decima debebatur, extinguitur Jus, quod ante dictam emptionem habebat, consequendi Decimas ex eo *Rota in d. Hispalen. coram* eod. *ibid num.* 6. *&* 7. 1051

1663. 16. Febr. —— Ecclesia Sacramentalis in mercede proveniente ex labore, Ecclesia Prædialis in fructibus fundi, circa Decimam exactionem, suam intentionem fundat *Rota in d. Hispalen Decimarum coram eod* Taja, *ibidem*, *n.* 13. 1052

1663. 16. Febr. —— Decimæ prædiales solvuntur etiam de prædiis dotalibus Parochiæ existentibus intra alterius Parochiæ fines, Covar. *variar. resolut.* 18. *n.* 8. *vers.* 2. *licet*, *lib.* 1. Monet. *de Decim. cap.* 5. *a n.* 6. Azor. *instit moral. cap.* 24 *quæst* 5. *num.* 7. *tom.* 3. *apud Rotam iud. Hispalen. coram* eod. *ibid. num* 16. 1053

1663. 16. Febr. —— Cum Ecclesia Prædialis fundet intentionem suam de jure communi quoad Decimas prædiorum suæ Parochiæ, inquit Zabarell. *cons* 88. *sub n* 4. *ad text. ibi allegatos*, *cum aliis apud* Barbos. *ad cap. cum contingat, de Decim num.* 1054

num. 7. & de offic. Paroch. cap. 28. §. 2 num. 8 proinde resultat *cap uti Parochum Prædialem* non versari in casu *cap. cum sint, & cap. ad Apostolica*, adeoque non contendere cum Parocho Sacramentali contra tertium debitorem Decimarum, sed in casu *d. cap. cum contingat* quod Ecclesia possidens prædia in aliena Parochia tenetur ad Decimas secundùm receptiorem sententiam, ut resolvit *Rota in d. Hispalen. coram* eod. *ibid. num. 7. & seqq.*

1663. 10. Mar. —— Quoad Fenestram in ipsis Parietibus Ecclesiæ, ex qua prospici possit in Ecclesiam, indulgendum est Patrono ex gratia personaliter: Parocho verò licet. *Congregat. Concil. in Urbinaten. apud* Pascucc *in Compend. ad consultat. Canonic. Jac. Pignatel. par. 1. tit.* de Ecclesiis, & Ecclesiasticis, *pag.* 244. 1055

1663. 18. Jun. —— Nomen Decimæ manipularis declarat portionem Ecclesiæ debitam, esse quotam partem ipsorum fructuum, distinctio vero Decimarum prædialium, & personalium denotat eorumdem realitatem Parocho debitarum, ut pro eis detur vindicatio, *Can. modern.* 23. *num.* 16. *qu.* 1 ibiq; Gloss. *sibi vindicent*, cum Gloss. marginal. & clarius dixit Dominus suas esse Decimas, *cap. tua* 26. *de Decim.* & ibi Abb *num.* 7 ita ut fructus ipsi alienari non possint, nisi cum onere Decimarum, *cap Pastoralis* 28. *& cap. cum non sint* 33 *de Decim.* Monet. *itid. de Decim cap.* 6. *n.* 20. quin etiam juxta Vaticinium Malachiæ Prophetæ *infer omnem decimationem in borreum meum, ut sit cibus in Domo mea, can.* 1. 16. *quæst.* 7 *& can. revertimini* 65. 16. *dist qu* 1. *apud Rotam in Tracovien. Decimarum coram* Taja, *decis. recent. par.* 14. *decis.* 91. *num.* 2. *& seqq.* 1056

1663. 4. Aug. —— Passio in Hebdomada majori legenda est in Missis privatis in cornu Evangelii, licet in Missa solemni legatur a Celebrante in cornu Epistolæ. *Congregat. Rit. in Responsione ad quosdam Episcopos Dalmatiæ, ad I.* prout habet Gay 1057

in

in Thesaur. Sacror. Rit. tom. 2. ante tabul. prim. Ord. perpet. pag mihi 180. ¶ Notandum, quod Evangelium pro solemni Palmarum Benedictione canendum est in cornu Epistolæ ab illo, qui celebrat absque Diacono, & Subdiacono, prout decrevit *ead. Congr.* 1697. 27. *Apr in responsione ad Fulvium Secundum Franceschinum Cæremoniarum Magistrum Oppidi Perusiæ Eugubinæ Diœcesis, a quo benigne fuit ad me transmissum pergratum Originale, cum authentico præfatæ Sacræ Congregationis Sigillo, quod adhuc venerabundus retineo.*

1663. 4. Aug. —— Non solum Crucis, & Imagines Salvatoris, sed etiam Icones Altarium, & omnes aliæ Imagines tegendæ sunt in primis Vesperis de Dominica Passionis. *Congr. Rit. ad* II. *apud* eundem, *ibidem.* 1058

1663 4. Aug. —— Sacrificia in die Commemorationis omnium Fidelium defunctorum possunt applicari ad libitum, scilicet, tum in genere pro omnibus, tum etiam in specie pro aliquibus Defunctis. *Congr. Rit. ad* IX. *apud* eundem *ibidem.* 1059

1663. 14. Aug. —— Episcopus nequit deputare Parochialibus Ecclesiis eos, qui habent Beneficia, quibus assignatæ sunt Distributiones quotidianæ, quia sunt incompatibiles cum Parochialibus, *Congr. Concil. in Campanien. apud* Pascucc. *in Comp ad Consult Canon Jac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Capitulo, & Canonicis, *pag. mihi* 122. 1060

1663. 9. Nov. —— Parochis in associatione, sive occasione associationis Cadaverum licet ingredi Ecclesiam Regularium, etiam cum Stola, & superpelliceo, dummodo Ecclesiam ingressi nullum super Cadavere Officium peragant. *Congr. Episcop in Placentina, & confirmavit in ead.* 1668. 7 *Dec. apud ibid tit* de Funeribus, *pag.* 300. ¶ Vide tamen infra 1698 2 Aug 1061

1663. 26. Nov. —— Decimæ non sunt solvendæ a Monachis de acquisitis ex cultura cum propriis manibus, sed exemptionem clarissimam in corpo- 1062

re

re Juris clausam habent *in cap ex parte* 10. *cap. licet* 11. *& cap. ad audientiam* 12. *de Decim.* & sic etiam ex Privilegio Sixti IV. qui postea Cistercciensibus indulsit; quod pro Bonis post Concilium acquisitis nec minus Decimas solvere debeant, quoties illa propriis manibus, vel sumptibus colant, ut meminit Barbosa *in d. cap. ex parte* 10 *num.* 3 *de Decim. apud Rotam in Calaguritana Decimarum de Ocon coram* Albergato Decano, *decis. recent. par.* 14 *decis.* 11 *nu.* 1. *&* 3.

1663 14. Dec. —— Resignans Beneficium pro obtinenda Parochiali, debet in litteris mentionem facere de Resignatione, alias Beneficium resignatum reservatur Sedi Apostolicæ *Rota in Urgellen. Parochialis coram* Verospio, *decis. recent. par.* 14. *decis.* 117. *num.* 4. 1063

1664. 30 Jan. —— Legatum pro celebratione Missarum per erectionem, & institutionem Ordinarii efficitur Beneficium Ecclesiasticum, etiamsi Testator assignaverit redditus simplices pro celebratione Missarum, ut ex Alphons. de Leon. *de offic Capell. quæst.* 5 *sect* 11. *num* 136. dixit *Rota in Savanen Beneficii, seu Jurispatronatus coram* Emerix, *decis. recent. par.* 14. *decis* 249. *n.* 3. 1064

1664. 11. Febr. —— Ex partita per Parochum extracta ex libro, in quo Baptizati describuntur, abunde probatur ætas, ad text. *in C. Imperator* 8. & ibi Gloss. ff. *de stat. hom* Gratian. *apud Rot. in Parmen. Nullitatis Professionis coram* Bevilaqua, *d. par.* 14 *decis.* 134 *num.* 3. 1065

1664. 14. Mar —— Ecclesiæ Parochialis Presbyteri non veniunt sub nomine Capituli, seu Collegii, licèt ad instar Collegii consueverint congregari, ad text. *in cap. dilecta* 14. ibiq; Gloss. notat *in verb. unum corpus*, *de excess. Prælat.* Gonzalez *ad reg.* 8. *gloss.* 19. *num.* 14. *cum seqq. apud Rotam in Marsicen. Jurisdictionis coram* Verospio, *decis. recent. par.* 14. *decis.* 156. *n* 7. 1066

1664. 14. Mar. —— Acta contra Archipresbyterum 1067

rum gesta, eosdem Presbyteros afficiunt, dum illorum jus cum scientia eorum fuit deductum in judicium, ac prævia citatio contra ipsos fuit executa, Alex. *in l. sæpe, num 6. ff de re jud. apud Rotam in d. Marsicen. Jurisdictionis coram* eod. *ibid. num.* 10.

1664 14. Mar. —— Presbyteri solventes expensas ab Episcopo in lite factas, censetur actis ab Archipresbytero gesti sinhærere, & sententias acceptasse, ita ut eas non possint amplius impugnare, ad text. *in l. ad solutionem 5 C de re jud* Jo: de Imol. *in cons.* 144. *in princ. & num.* 1. Roman *cons* 9. *ante fin.* Corn *cons.* 80. *num.* 4. *vers. similiter censetur, lib.* 1 Socc. Sen *cons.* 45. *num.* 11. *cum seqq. lib* 1 Alex. *cons.* 136. *num.* 2. Dec. *cons.* 22. *num.* 1. *apud Rotam in d. Marsicen. coram* eod *ibid. num.* 11. 1068

1664. 22 Mar. —— Qui Matrimonium contraxit cum Berta, & postea ante consumationem declaratum fuit nullum ob metum cadentem in constantem Virum, poterit ducere in Uxorem Sororem ejusdem Bertæ, quia tali casu nullum ei obstat impedimentum, ut declaravit *Congr. concil. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. part.* 2. *tit.* 16. *form* 2. *num.* 32. *ubi* secus si Matrimonium esset nullum ob non servatam formam concilii, aut ex alia causa, quia tunc oriretur impedimentum justitiæ publicæ honestatis, *ex ead. congr. in Cæsenaten* 1611. 18. *Jun. & antea* 1584. 8. *Nov.* 1069

1664. 30. Mar —— Clericus turpiter natus, ob assumptionem ad clericatum non potest dici turpis Persona, dum per ipsum clericatum ob morum probitatem consecutum, macula Paterni criminis (si quæ fuerit) sublata videtur, Felin. *in cap cum se* 23. *colum.* 2. *& num.* 12 *de re judic* quem cum aliis sequitur Surd. *de alimen. tit.* 7. *quæst.* 1 *num.* 42. *apud Rotam in Placentina Hæreditatis coram* Albergato Decano, *decis. recent. part.* 14. *decis.* 190. *num* 5. 1070

1664. 21. Maji. —— Sponsalia ex mutuo contrahen- 1071

hentium consensu, licet forent juramento munita, possunt dissolvi, ad text. *in cap.* 2. ubi Abb. *num.* 5 Butr. *num.* 7. *de sponsal.* Ostien. *in cap. ex litteris* 10. *ante fin. vers. dissensus, eod. tit.* Menoch. *cons.* 15. *num.* 1. & *de arbitr. lib.* 2. *centur.* 2. *cas.* 2. Surd *cons.* 364. *num* 24. *cum seqq.* Mascard. *de probat conclus.* 1035. *n.* 17. Sanchez. *de Matrim lib.* 1. *disp.* 52 *num.* 1 & 6 *apud Rotam in Corduben Matrimonii coram* Verospio, *d. par.* 14. *decis.* 185. *num.* 8.

1664 4 Jun. —— Ad actum comitandi Cadavera ad Sepulturam non est ordinata dignitas Portionarii, qui non est Socius Parochi, neque in dicto actu aliquam auctoritatem, & jurisdictionem habet, seu exercet, sed tanquam vocatus a Priore Confraternitatis, qui pro eo tempore est caput; & Rector in hujusmodi actibus tanquam sui propriis, & sibi magis congruentibus, unde æquum est, ut cæteris præferatur, ad text. *in l.* 1. *C. de offic Vicar* Alex *in l. Centurio* 15. *num.* 14. *ff de vulgar* & *Pupill.* Natta *cons.* 62. *num.* 2 *apud Rotam in Cæsaraugustana Praeminentiarum coram* Bevilaqua, *decis. recent. par.* 14. *decis* 226. *num.* 1. 4. & 5. 1072

1664. 6. Jun. —— Ecclesiam Parochialem exemptam esse a Jurisdictione Ordinarii, & esse de mensa Abbatiæ, per signa, & argumenta demonstrari sufficit. *Rota in Senogallien Parochialis coram* Priolo, *decis. recent par.* 14. *decis.* 97. *num.* 6. 1073

1664. 6. Jun. —— Unio non excluditur per Visitationem Episcopi, cum fieri potuerit jure delegato ex auctoritate Concilii Tridentini *sess.* 20. *cap* 8. *de reform.* concessa Ordinariis in Ecclesiis Monasterio subjectis. *Rota in d. Senogallien. coram eod. ibid. num.* 11. 1074

1664 16. Jun. —— Permissum est tantum Canonicis Regularibus habere Curam Animarum in Ecclesiis sibi omnimodo subjectis ad formam specialium Bullarum Summi Pontificis. *Rota in Pampilonen.* 1075

lonen. Vicariæ apud Murgam *ad constitut. Apostol. in fin decis* 11. *num.*2. *relatum* a Petra *in comment itid. ad constitut. Apostolic. tom* 2. *constitut.*1. *Anastasii IV sect.*1. *num.*40. *pag mihi* 13. *ubi quod* hæc ratio est communis etiam aliis Regularibus.

1664. 22. Nov. —— Anniversaria, & Missæ de *requiem*, quæ ex dispositione Testatorum cum cantu sunt quotannis celebrandæ, possunt cantari, etiamsi ipsorum obitus Dies inciderit in festum duplex majus. *Congreg. rit. in Novarien. approbante* Alexandro VII. 1667 22. *Jan. in Bullar. tom.*5. *constit.*176. *quæ incipit* Creditæ. 1076

1664. 5 Dec —— Parochialitas probatur levioribus probationibus, quando non agitur de illius substantia, sed incidenter, ad effectum decimandi; *Rota in Calaguritana Decimarum S. Ascentii de Davalillo coram* Cerro Decano, *decis recent. p.*14. *decis.* 232. *num.*7. 1077

1665 16 Mar. —— Parocho Curam Animarum habenti emolumenta, & omnia Jura Parochialia, dempta congrua præstanda Rectori uti ejus coadjutori, debentur. *Rota in Novarien. Parochialis coram* Emerix, *decis recent par.*14. *dec.*284. *num.*3. & 12. *ubi ex* Gratian. *discept.* 865 *n.*20. & *seqq.* Gabr. *cons.* 190. *num.*18. & *seqq* Moedan. *dec* 5. *per tot. de Decim.* 1078

1665. 16. Mar —— Concordia facta inter Parochum, & Rectorem non suffragatur, si sit Beneplacito Apostolico destituta. *Rota in d. Novar. Parochialis coram* eod *ibid num.*6 1079

1665. 22. Mar. —— Congruæ solutio quando est facienda in certa specie monetæ, si non possit in illa solvi, sufficit, quod fiat in æquivalenti: & in hoc attendendam esse observantiam, optimam rerum dubiarum interpretem dixit *Rota in Turritana Congruæ coram* Taja, *decis. recent. part.* 14. *decis.*287. *num.*1. & 7. 1080

1665. 20. Apr. —— Unio Parochialis pleno jure ad Monasterium, & jurisdictio Episcopi simul stare 1081

stare possunt, ut in terminis notarunt Imol. in cap. de Monach. num. 6. de Praeben. Rebuff. in Prax. ben. par. 1. tit. de union. Benefic. gloss. 11. num. 13 & recte explicat Flores de Men var. qq lib. 1. quaest. 10. num. 1. Ricc in Prax var. resol. tom. 1. resol. 293. num. 4. vers. 4. conclus. Petr. de Murg. quaest. Pastor. par. 1. quaest. 2. divis. 1, num. 47. apud Rotam in Pampilonen. Vicariae coram Ottalora; d. par. 14. dec. 293. num. 2.

1665. 4. Maii. —— Jus percipiendi Decimas ab immemorabili arguitur ex pacifica possessione illas exigendi, per quam praescriptio inducta est, etiam in aliena Parochia, cap. cum contingat 29. & seqq. de Decim Monet. itid. de Decim. cap 5. n 107. apud Rotam in Chelmen Decimarum coram Taja, decis. recent. par. 14 decis. 297. num. 4. 1082

1665 26. Jun. —— Mulier nolens contradicente Patre Matrimonium contrahere, non est cogenda ad illud contrahendum, juxta dispositionem text. in cap. super eo, de condit. apposit. ubi etiam Hostien. num. 4. Jo: Andr. vers. sed Canones, apud Rotam in romana praetensi Matrimonii coram Cerro Decano, d. par. 14. decis. 346. num. 7. 1083

1665. 10. Jul —— Possunt capellani sodalitatum reiterare Officium Defunctorum super cadavere Parochiani, absque Stola, & Aspersorio, absoluto tamen a Parocho Officio Funeris in sua Ecclesia Parochiali, in qua cadaver delatum sepeliendum est. Congregat. rit. in una Cavarum, apud Pascucc. in compend. ad consult. canonic. Jac. Pignatel. par. 1. tit de Funeribus, pag. mihi 317. 1084

1665. 5. Sept. —— Non est permittenda illa locorum proprietas, quam aliqui sibi persuadent habere in Ecclesiis, tanquam dicta loca sint sibi haereditaria, ut sunt Domus, & Possessiones, quae emuntur. Congr. Episcopor. in Anagnina, & antea in Januen 1583. 28 Jun. apud eund. ibid. tit. de Ecclesiis, & Ecclesiasticis, pag. 249. ubi etiam quod sicuti certum est, quod Laicis licet ad suum 1085

libitum hujusmodi Sedilia tollere, aliove transferre, sic licitum esse debet Prælato Ecclesiæ, vel Rectori illa tollere, ut servetur æqualitas, ex Passerin. *de hom. stat. tom. 2. quæst. 187. nu.* 379.

1665. 19 Sep. —— In Processione Sacratissimi Corporis Christi, & etiam in aliis generalibus actibus, in quibus Sanctissimum defertur, concurrentibus pluribus Sodalitatibus, præcedentia debetur Sodalitati Ss. Sacramenti. *Congr. Rit. in Lauden & antea in Mediolanen* 1655. 19. *Jun. apud* eund. *par. 2. tit.* de Præcedentia *pag* 250. ¶ Vide tamen infra 1666. 27. Nov. 1086

1665. 24. Sept. —— Congregatio Inquisitionis coram Alexandro VII. sequentes damnavit Propositiones, quarum prima, cæteris omissis: *Duplicatum stipendium potest Sacerdos pro eadem Missa licite accipere, applicando petenti partem etiam specialissimam fructus ipsimet celebranti correspondentem, id* [illegible] *post Decretum Urbani Octavi.* In Bullar tom 5. Constitut 162. præf Pontific. quæ incipit *Sanctissimus*, num. 8 ¶ Vide supra 1625 21. Iun. ubi Decretum Urbani VIII. 1087

1665. 24. Sept. —— Secunda: *Post Decretum Urbani potest Sacerdos, cui Missæ celebrandæ traduntur, per alium satisfacere collato illi minori stipendio, alia parte stipendii sibi retenta.* Ibidem, n. 9 1088

1965 24. Sept. —— Tertia. *Non est contra justitiam pro pluribus Sacrificiis stipendium accipere, & Sacrificium unum offerre: neque etiam est contra fidelitatem, etiamsi promittam promissione etiam juramento firmata, danti stipendium, quod pro nullo alio offeram.* Ibidem, n. 10. 1089

1665 24. Sept. —— Quarta: *Qui Beneficium Curatum habent, possunt sibi eligere in Confessarium simplicem Sacerdotem non approbatum ab Ordinario.* Ibidem, n. 6. ¶ Vide infra 1679. 12. Febr 1090

1665. 24 Sept. —— Quinta: *Restitutio a Pio V. imposita Beneficiatis non recitantibus non debetur in Conscientia ante sententiam declaratoriam Judicis, eo* 1091

quod

quod si pæna Ibidem, num. 20. ¶Vide supra 1571. 20 Sept

1665 24. Sept. —— Sexta: *Habens Capellaniam collativam, aut quodvis aliud Beneficium Ecclesiasticum, si studio litterarum vacet, satisfacit suæ obligationi, si Officium per alium recitet*. Ibidem, num. 21. 1092

1665. 27. Dec. —— Non sunt a Parochis cogendi, & compellendi Defunctorum Hæredes, ut si duodecim (ver, gr) Fratres vocent ad associandum Cadaver, totidem omnino pares numero Clericos Sæculares vocare debeant. *Congr. Conc in Papien. apud* Matthæucc. *in Offic Cur. Regular. tom.* 1. *cap.* 25. *num.* 15. *& refert etiam* Piton *discept Ecclesiast. par.* 1. *disceptat.* 50. *num.* 45. 1093

1666. 23. Jan. —— Episcopi judicio circa justam causam non residendi standum est, ut ex Decreto Sacræ Congregationis Concilii relato per Barb. *de Canonic. & Dignitatib. cap* 24. *num.* 91. & per Ciar *contr. foren. par.* 1. *cap.* 26. *num.* 22. dixit *Rota in Varmien. Distributionum coram* Ottalora, *decis recent. par.* 14. *decis.* 390. *num*. 5. 1094

1666. 29. Jan. —— Possessio Beneficii lite pendente apprehensa, est sequestranda, ne in Beneficialibus detur vitiosus ingressus, Archid. *in cap. quæ res, num.* 9. *vers. ex quibus juribus* 11. *qu.* & ne attentans commodo vitiosæ possessionis gaudeat, ut de stylo Tribunalis testatur Cassad *decis.* 3 *n.* 10 *de restit. spol. apud Rotam in Nullius, seu Tauren. Prioratus coram Carpineo, decis. recent. par* 14. *dec.* 399. *num* 2. 1095

1666. 13 Febr; —— Electio Sepulturæ, quam quis sive sanus, sive infirmus coram Parocho elegit, est valida, dummodo Parochus non testetur ad proprium commodum: *Congr. Concil ad* I. *apud* Matthæucc. *in Offic. cur. Regular. tom.* 2. *cap.* 21. *n.* 4. ex Pignatel. *tom.* 1 *consult.* 17. cujus Compilator Pascucc, idem refert *par.* 2. *tit.* de Sepulturæ electione, *pag. mihi* 399. 1096

in Thesaur. Sacror. Rit. tom. 2. ante tabul. prim. Ord. perpet. pag mihi 180. ¶ Notandum, quod Evangelium pro solemni Palmarum Benedictione canendum est in cornu Epistolæ ab illo, qui celebrat absque Diacono, & Subdiacono, prout decrevit *ead. Congr.* 1697. 27. *Apr in responsione ad Fulvium Secundum Franceschinum Cæremoniarum Magistrum Oppidi Pertia Eugubina Diœcesis, a quo benigne fuit ad me transmissum pergratum Originale, cum authentico præfatæ Sacræ Congregationis Sigillo, quod adhuc venerabundus retineo.*

1663. 4. Aug. —— Non solum Crucis, & Imagines Salvatoris, sed etiam Icones Altarium, & omnes aliæ Imagines tegendæ sunt in primis Vesperis de Dominica Passionis. *Congr. Rit. ad* II. *apud* eundem, *ibidem.* 1058

1663 4. Aug. —— Sacrificia in die Commemorationis omnium Fidelium defunctorum possunt applicari ad libitum, scilicet, tum in genere pro omnibus, tum etiam in specie pro aliquibus Defunctis. *Congr. Rit. ad* IX. *apud* eundem *ibidem.* 1059

1663. 14. Aug. —— Episcopus nequit deputare Parochialibus Ecclesiis eos, qui habent Beneficia, quibus assignatæ sunt Distributiones quotidianæ, quia sunt incompatibiles cum Parochialibus, *Congr. Concil. in Campanien. apud* Pascucc. *in Comp ad Consult Canon Jac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Capitulo, & Canonicis, *pag. mihi* 122. 1060

1663. 9. Nov. —— Parochis in associatione, sive occasione associationis Cadaverum licet ingredi Ecclesiam Regularium, etiam cum Stola, & superpelliceo, dummodo Ecclesiam ingressi nullum super Cadavere Officium peragant. *Congr. Episcop in Placentina, & confirmavit in ead.* 1668. 7 *Dec. apud ibid tit* de Funeribus, *pag.* 300. ¶ Vide tamen infra 1698 2 Aug 1061

1663. 26. Nov. —— Decimæ non sunt solvendæ a Monachis de acquisitis ex cultura cum propriis manibus, sed exemptionem clarissimam in corpore 1062

re

re Juris clausam habent *in cap ex parte* 10. *cap. licet* 11. *& cap. ad audientiam* 12. *de Decim.* & sic etiam ex Privilegio Sixti IV. qui postea Cistercienfibus indulsit; quod pro Bonis post Concilium acquisitis nec minus Decimas solvere debeant, quoties illa propriis manibus, vel sumptibus colant, ut meminit Barbosa *in d. cap. ex parte* 10 *num.* 3 *de Decim. apud Rotam in Calaguritana Decimarum de Ocon coram* Albergato Decano, *decis. recent. par.* 14 *decis.* 11 *nu.* 1. *&* 3.

1663 14. Dec. —— Resignans Beneficium pro obtinenda Parochiali, debet in litteris mentionem facere de Resignatione, alias Beneficium resignatum reservatur Sedi Apostolicæ *Rota in Urgellen. Parochialis coram* Verospio, *decis. recent. par.* 14. *decis.* 117. *num.* 4. 1063

1664. 30 Jan. —— Legatum pro celebratione Missarum per erectionem, & institutionem Ordinarii efficitur Beneficium Ecclesiasticum, etiamsi Testator assignaverit redditus simplices pro celebratione Missarum, ut ex Alphons. de Leon. *de offic Capell. quæst.* 5 *sect* 11. *num* 136. dixit *Rota in Savanen Beneficii, seu Jurispatronatus coram* Emerix, *decis. recent. par.* 14. *decis* 249. *n.* 3. 1064

1664. 11. Febr. —— Ex partita per Parochum extracta ex libro, in quo Baptizati describuntur, abunde probatur ætas, ad text. *in C. Imperator* 8. & ibi Gloss. ff. *de stat. hom* Gratian. *apud Rot. in Parmen. Nullitatis Professionis coram* Bevilaqua, *d. par.* 14 *decis.* 134 *num.* 3. 1065

1664. 14. Mar —— Ecclesiæ Parochialis Presbyteri non veniunt sub nomine Capituli, seu Collegii, licèt ad instar Collegii consueverint congregari, ad text. *in cap. dilecta* 14. ibiq; Gloss. notat *in verb. unum corpus, de excess. Prælat.* Gonzalez *ad reg.* 8. *gloss.* 19. *num.* 14. *cum seqq. apud Rotam in Marsicen. Jurisdictionis coram* Verospio, *decis. recent. par.* 14. *decis.* 156. *n* 7. 1066

1664. 14. Mar. —— Acta contra Archipresbyterum 1067

rum gesta, eosdem Presbyteros afficiunt, dum illorum jus cum scientia eorum fuit deductum in judicium, ac prævia citatio contra ipsos fuit executa, Alex. *in l. sæpe*, *num* 6. *ff de re jud. apud Rotam in d. Marsicen. Jurisdictionis coram* eod. *ibid. num.* 10.

1664 14. Mar. —— Presbyteri solventes expensas ab Episcopo in lite factas, censetur actis ab Archipresbytero gestis inhærere, & sententias acceptasse, ita ut eas non possint amplius impugnare, ad text. *in l. ad solutionem* 5 *C de re jud* Jo: de Imol. *in cons.* 144. *in princ.* & *num.* 1. Roman *cons* 9. *ante fin.* Corn *cons.* 80. *num.* 4. *vers. similiter censetur*, *lib.* 1 Socc. Sen *cons.* 45. *num.* 11. *cum seqq. lib* 1 Alex. *cons.* 136. *num.* 2. Dec. *cons.* 22. *num.* 1. *apud Rotam in d. Marsicen. coram* eod *ibid. num.* 11. 1068

1664. 22 Mar. —— Qui Matrimonium contraxit cum Berta, & postea ante consumationem declaratum fuit nullum ob metum cadentem in constantem Virum, poterit ducere in Uxorem Sororem ejusdem Bertæ, quia tali casu nullum ei obstat impedimentum, ut declaravit *Congr. concil. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. part.* 2. *tit.* 16. *form* 2. *num.* 32. *ubi* secus si Matrimonium esset nullum ob non servatam formam concilii, aut ex alia causa, quia tunc oriretur impedimentum justitiæ publicæ honestatis, *ex ead. congr. in Cæsenaten* 1611. 18. *Jun.* & *antea* 1584. 8. *Nov.* 1069

1664. 30. Mar —— Clericus turpiter natus, ob assumptionem ad clericatum non potest dici turpis Persona, dum per ipsum clericatum ob morum probitatem consecutum, macula Paterni criminis (si quæ fuerit) sublata videtur, Felin. *in cap cum se* 23. *colum.* 2. & *num.* 12 *de re judic* quem cum aliis sequitur Surd. *de alimen. tit.* 7. *quæst.* 1 *num.* 42. *apud Rotam in Placentina Hæreditatis coram* Albergato Decano, *decis. recent. part.* 14. *decis.* 190. *num* 5. 1070

1664. 21. Maji. —— Sponsalia ex mutuo contrahen- 1071

hentium consensu, licet forent juramento munita, possunt dissolvi, ad text. *in cap.* 2. ubi Abb. *num.* 5 Butr. *num. 7. de sponsal.* Ostien. *in cap. ex litteris* 10. *ante fin. vers. dissensus, eod. tit.* Menoch. *cons.* 15. *num.* 1. *& de arbitr. lib.* 2. *centur.* 2. *cas.* 2. Surd *cons.* 364. *num* 24. *cum seqq.* Mascard. *de probat conclus.* 1035. *n.* 17. Sanchez. *de Matrim. lib.* 1. *disp.* 52 *num.* 1 *&* 6 *apud Rotam in Corduben. Matrimonii coram* Verospio, *d. par* 14. *decis.* 185. *num.* 8.

1664 4 Jun —— Ad actum comitandi Cadavera ad Sepulturam non est ordinata dignitas Portionarii, qui non est Socius Parochi, neque in dicto actu aliquam auctoritatem, & jurisdictionem habet, seu exercet, sed tanquam vocatus a Priore Confraternitatis, qui pro eo tempore est caput, & Rector in hujusmodi actibus tanquam sui propriis, & sibi magis congruentibus, unde æquum est, ut cæteris præferatur, ad text. *in l.* 1. *C. de offic Vicar* Alex *in l. Centurio* 15. *num.* 14. *ff de vulgar & Pupill.* Natta *cons.* 62. *num.* 2 *apud Rotam in Cæsaraugustana Praeminentiarum coram* Bevilaqua, *decis. recent. par.* 14. *decis* 226. *num.* 1. 4. *&* 5. 1072

1664 6. Jun. —— Ecclesiam Parochialem exemptam esse a Jurisdictione Ordinarii, & esse de mensa Abbatiæ, per signa, & argumenta demonstrari sufficit. *Rota in Senogallien Parochialis coram* Priolo, *decis. rcent par.* 14. *decis.* 97. *num.* 6. 1073

1664 6. Jun. —— Unio non excluditur per Visitationem Episcopi, cum fieri potuerit jure delegato ex auctoritate Concilii Tridentini *sess.* 20. *cap* 8. *de reform.* concessa Ordinariis in Ecclesiis Monasterio subjectis. *Rota in d. Senogallien. coram eod. ibid. num.* 11. 1074

1664 16. Jun. —— Permissum est tantum Canonicis Regularibus habere Curam Animarum in Ecclesiis sibi omnimodo subjectis ad formam specialium Bullarum Summi Pontificis. *Rota in Pampilonen.* 1075

lonen. Vicariæ apud Murgam *ad constitut. Apostol. in fin decis* 11. *num.*2. *relatum* a Petra *in comment itid. ad constitut. Apostolic. tom* 2. *constitut.*1. *Anastasii IV sect.*1. *num.*40. *pag mihi* 13. *ubi quod* hæc ratio est communis etiam aliis Regularibus.

1664. 22. Nov. —— Anniversaria, & Missæ de *requiem*, quæ ex dispositione Testatorum cum cantu sunt quotannis celebrandæ, possunt cantari, etiamsi ipsorum obitus Dies inciderit in festum duplex majus. *Congreg. rit. in Novarien. approbante* Alexandro VII 1667 22. *Jan. in Bullar. tom.*5. *constit.*176. *quæ incipit* Creditæ. 1076

1664. 5 Dec —— Parochialitas probatur levioribus probationibus, quando non agitur de illius substantia, sed incidenter, ad effectum decimandi. *Rota in Calaguritana Decimarum S. Ascentii de Davalillo coram* Cerro Decano, *decis recent. p.*14. *decis.* 232. *num.*7. 1077

1665 16 Mar. —— Parocho Curam Animarum habenti emolumenta, & omnia Jura Parochialia, dempta congrua præstanda Rectori uti ejus coadjutori, debentur. *Rota in Novarien. Parochialis coram* Emerix, *decis recent par.*14. *dec.*284. *num.*3. & 12. *ubi ex* Gratian. *discept.* 865 *n.*20. & *seqq.*Gabr.*cons.*190.*num.*18.& *seqq* Moedan. *dec* 5. *per tot. de Decim.* 1078

1665. 16. Mar —— Concordia facta inter Parochum, & Rectorem non suffragatur, si sit Beneplacito Apostolico destituta. *Rota in d. Novar. Parochialis coram* eod *ibid num.*6 1079

1665. 22. Mar. —— Congruæ solutio quando est facienda in certa specie monetæ, si non possit in illa solvi, sufficit, quod fiat in æquivalenti: & in hoc attendendam esse observantiam, optimam rerum dubiarum interpretem dixit *Rota in Turritana Congrua coram* Taja, *decis. recent. part.* 14. *decis.*287. *num.*1. & 7. 1080

1665. 20. Apr. —— Unio Parochialis pleno jure ad Monasterium, & jurisdictio Episcopi simul stare 1081

ſtare poſſunt, ut in terminis notarunt Imol. *in cap. de Monach. num.* 6. *de Præben.* Rebuff. *in Prax. ben. par* 1 *tit. de union. Benefic. gloſſ.* 11. *num.* 13. & recte explicat Flores de Men *var. qq lib.* 1. *quaſt.* 10. *num.* 1. Ricc *in Prax var. reſol. tom.* 1. *reſol.* 293. *num.* 4. *verſ.* 4. *concluſ* Petr. de Murg. *quaſt. Paſtor. par.* 1. *quaſt.* 2. *diviſ.* 1. *num.* 47. *apud Rotam in Pampilonen. Vicariæ coram* Ottalora, *d par.* 14. *dec.* 293. *num.* 2.

1665. 4. Maii. —— Jus percipiendi Decimas ab immemorabili arguitur ex pacifica poſſeſſione illas exigendi, per quam præſcriptio inducta eſt, etiam in aliena Parochia, *cap. cum contingat* 29. & *ſeqq. de Decim* Monet. *itid. de Decim. cap* 5. *n* 107. *apud Rotam in Chelmen Decimarum coram* Taja, *deciſ. recent. par.* 14 *deciſ.* 297. *num.* 4. 1082

1665 26. Jun. —— Mulier nolens contradicente Patre Matrimonium contrahere, non eſt cogenda ad illud contrahendum, juxta diſpoſitionem text. *in cap. ſuper eo, de condit. appoſit.* ubi etiam Hoſtien. *num.* 4. Jo: Andr. *verſ ſed Canones, apud Rotam in romana pratenſi Matrimonii coram* Cerro Decano, *d. par.* 14. *deciſ.* 346. *num.* 7. 1083

1665. 10. Jul —— Poſſunt capellani ſodalitatum reiterare Officium Defunctorum ſuper cadavere Parochiani, abſque Stola, & Aſperſorio, abſoluto tamen a Parocho Officio Funeris in ſua Eccleſia Parochiali, in qua cadaver delatum ſepeliendum eſt. *Congregat. rit. in una Cavarum, apud* Paſcucc. *in compend. ad conſult. canonic. Jac. Pignatel. par.* 1. *tit* de Funeribus, *pag. mihi* 317. 1084

1665. 5. Sept. —— Non eſt permittenda illa locorum proprietas, quam aliqui ſibi perſuadent habere in Eccleſiis, tanquam dicta loca ſint ſibi hæreditaria, ut ſunt Domus, & Poſſeſſiones, quæ emuntur. *Congr. Epiſcopor. in Anagnina, & antea in Januen* 1583. 28 *Jun. apud* eund. *ibid tit.* de Eccleſiis, & Eccleſiaſticis, *pag.* 249. *ubi etiam quod* ſicuti certum eſt, quod Laicis licet ad ſuum 1085

quod si pœna Ibidem, num. 20. ¶Vide supra 1571. 20 Sept

1665. 24. Sept. —— Sexta: *Habens Capellaniam collativam, aut quodvis aliud Beneficium Ecclesiasticum, si studio litterarum vacet, satisfacit suæ obligationi, si Officium per alium recitet.* Ibidem, num. 21. 1092

1665. 27. Dec. —— Non sunt a Parochis cogendi, & compellendi Defunctorum Hæredes, ut si duodecim (ver. gr.) Fratres vocent ad associandum Cadaver, totidem omnino pares numero Clericos Sæculares vocare debeant. *Congr. Conc in Papien. apud* Matthæucc. *in Offic Cur. Regular. tom.* 1. *cap.* 25. *num.* 15. *& refert etiam* Piton. *discept Ecclesiast. par.* 1. *disceptat.* 50. *num.* 45. 1093

1666. 23. Jan. —— Episcopi judicio circa justam causam non residendi standum est, ut ex Decreto Sacræ Congregationis Concilii relato per Barb. *de Canonic. & Dignitatib. cap* 24. *num.* 91. & per Ciar *contr. foren. par.* 1. *cap.* 26. *num.* 22. dixit *Rota in Varmien. Distributionum coram* Ottalora, *decis recent. par.* 14. *decis.* 390. *num.* 5. 1094

1666. 29. Jan. —— Possessio Beneficii lite pendente apprehensa, est sequestranda, ne in Beneficialibus detur vitiosus ingressus, Archid. *in cap. quæ res, num.* 9. *vers. ex quibus juribus* 11. *qu.* & ne attentans commodo vitiosæ possessionis gaudeat, ut de stylo Tribunalis testatur Cassad *decis.* 3 *n.* 10 *de restit. spol. apud Rotam in Nullius, seu Tauren. Prioratus coram Carpineo, decis. recent. par* 14. *dec.* 399. *num* 2. 1095

1666. 13 Febr. —— Electio Sepulturæ, quam quis sive sanus, sive infirmus coram Parocho elegit, est valida, dummodo Parochus non testetur ad proprium commodum: *Congr. Concil ad I. apud* Matthæucc. *in Offic. cur. Regular. tom.* 2. *cap.* 21. *n.* 4. ex Pignatel. *tom.* 1 *consule.* 17. cujus Compilator Pascucc, idem refert *par.* 2. *tit.* de Sepulturæ electione, *pag. mihi* 390. 1096

1666. 13. Febr. —— Ad validitatem electionis Sepulturæ non requiritur necessario Testamentum; electio autem Sepulturæ, quando ipsa eligitur per Testamentum factum in vita, & non in morte, non est nulla. *Congr. Concil. ad II. & III. apud* eosd. *ibid.* 1097

1666. 13. Febr. —— Qui habet Capellam suæ Familiæ cum propria Sepultura, aut Capellam erexerit cum Sepultura propria, moriens absque Sepulturæ electione, non est sepeliendus in Cathedrali. *Congregat. Concil. ad IV. apud* eosd. *ibid.* 1098

1666. 13. Febr. —— Electio Sepulturæ facta coram duobus Testibus est valida: sicuti etiam valida est, facta per nutus, & signa in casu, quo quis loqui non possit, dummodo sufficienter constet de voluntate eligentis. *Congr. Concil. ad V. & VI. apud* eosd. *ibid. ubi ad VII. dictum fuit, quod* Confratres Sodalitatum, non electa Sepultura, non sunt sepeliendi in Sepulchro suæ Ecclesiæ. 1099

1666. 13. Febr. —— Si Sepultura non fuerit electa, Uxor in Sepulchro ultimi Viri sepeliatur: Filii vero in Sepulchro Majorum: Servi autem in Parochia. *Congr. Concil. ad VIII. apud* eosd. *ibid.* ¶ Quoad Uxorem Sacra Rituum Congregatio in Senogalliensi idem decreverat anno 1633. 15. Januarii, etiamsi tale Sepulchrum existat extra Parochiam, ubi ipsa mortua est, ut referunt Barbosa *de potest. Parochi, par* 3. *cap* 26. *num.* 28. & Mancin. *in Pract. visitan. Infirm. in brevi tract. de Sepult. dub.* 21. *ubi dub. seq.* ait, quod sepelienda est in Sepulchro ultimi Viri, etiam ex *cap. ult. de Sepult. in* 6. ¶ Quoad vero Filios, vide quæ diximus supra 1616. 21. Oct. & 1640. 20 Jan. 1100

1666. 13. Febr —— Ex eo, quod quis post mortem mandat suum Corpus indui Habitu Tertiariorum, non ideo sepeliendus est in Ecclesia Regulari. *Congr. Concil. ad IX. apud* eosd. *ibid.* ¶ Concordat hæc Resolutio cum ea, quam supra retulimus 1582. 23. Nov. 1101

1666

1666. 5. Mar. —— Parochus potest cuicunque Sacerdoti concedere licentiam, ut conjungat in Matrimonium suos Subditos etiam extra suam Parochiam, Sanchez *de Matrim. lib. 3. disp. 34. num* 3. Boss. *cap.* 4. §. 13. *num.* 26. & tradit Modern. de S. Angelo in Vado *in cap. quod nobis, de clandest. desp num.* 34. *& seq. apud Rotam in Mechlinien. Matrimonii coram* Certo Decano, *decis. recent. par.* 14. *decis.* 433. *num.* 3. 1101

1666. 5. Mar —— Attestatio Parochi, ad convalidandum Matrimonium suffragatur etiam post Matrimonii celebrationem, tanquam de re ad proprium officium spectante. *Rota in d. Mechlin. Matrimonii coram* eodem, *ibidem*, *num.* 6. 1103

1666. 5. Mar —— Parochi præsentia requiritur tantum ad hoc; ut Matrimonium innotescat Ecclesiæ, non ut præstet consensum, Sanchez *de Matrim. disput.* 39 *sub num.* 1. *lib* 3. *apud Rotam in d. Mechlinien. Matrim. coram* eod *ibid. num* 10. 1104

1666. 5. Mar —— Ut valide Matrimonium contrahatur de licentia Parochi, sufficit, quod ea sit generalis ad exercenda Jura Parochialia, d. Sanchez *disput.* 35. *num.* 13. Barbosa *de offic. Episc. allegat.* 32. *num* 127. & ita fuisse resolutum per Sacram concilii congregationem testatur d. Mod. *d cap. quod nobis*, *num.* 27. *apud Rotam in d. Mechlinien. coram* eod. *ibid. num.* 11. 1105

1666. 18 Mar. —— Congregatio Inquisitionis coram Alexandro VII. sequentes damnavit Propositiones, quarum prima, cæteris omissis: *Restitutio fructuum ob omissionem Horarum suppleri potest per quascunque eleemosynas, quas antea Beneficiatus de fructibus sui Beneficii fecerit*. In Bullar. tom. 5. constitut. 167. præf. Pontific. quæ incipit *Sanctissimus*, num. 33. 1106

1666. 18. Mar. —— Secunda: *Annuum legatum pro Anima relictum, non durat plus quam per decem annos*, In d. Bullar. loc. cit. num. 43. 1107

1666. 9. Apr. —— Clericus in Bello militans con- 1108

ita hostes explodens, & sæva exercens, efficitur irregularis, *cap. significasti, de homicid. volunt.* sive Bellum sit justum, sive injustum; Bellet. *disquisit. Cleric par. 1. tit de discipl. Cleric §. 5. num.* 140. *& seq.* Bonac. *de Censur. disput. 7. quæst. 4 punct.* 4. ratione cujus irregularitatis sine dispensatione Apostolica inhabilitatur ad Beneficium obtinendum, Abb. *in cap. cum nostis 6. num.* 22 *circa fin de concess. præben.* Sayr. *de Censur lib. 6. cap. 2. n.* 21. *vers. Secundario tamen*; Carol. Maran *respons.* 67. *num.* 16. *par. 4. apud Rotam in Leodien. Canonicatus Aquisgranen. coram* Albergato Decano, *decis. recent. par.* 14 *decis* 459. *num.* 1. 2. & 6.

1662. 28. Jun. —— Parochi, qui personaliter citati non se subiiciunt Visitationi, privantur Beneficio: & incidunt in Censuras. *Rota in Spiren. Censurarum coram* Albergato Decano, *d. par* 4. *dec.* 496 *num.* 1. 1109

1666. 28. Jun. —— Rector tenetur probare valorem Beneficii Jurispatronatus, quando illius fructus proveniunt a Fidelium largitionibus. *Rota in Leodien. Unionis coram* Bourlemont, *par.* 14. *dec.* 488 *num* 12. 1110

1666. 5. Jul. —— Rector Ecclesiæ Parochialis exigens minus quoad Congruam, sibi præjudicat in exactis, non vero in exigendis, ubi non concurrit præscriptio. *Rota in Turritana Congruæ coram* Priolo, *decis. recent par* 14 *decis* 564. *num* 9. *ubi num.* 10. *dictum fuit*, *quod* ad hoc, ut intret præscriptio, necessarium videtur, Rectores petiisse integram Summam juxta valorem currentem de tempore solutionis, & Capitulum recusasse, solumque solvisse juxta antiquam extimationem monetæ, cujus solutioni Rectores acquievisse. 1111

1666. ... Aug. —— Parochus Matricis Ecclesiæ non potest ad suum libitum inchoare generales Processiones, non expectatis Canonicis Collegiatæ, ad quam hoc spectat: & indicenda est hora conveniens: in dd. autem generalibus Processionibus 1112

nibus functiones benedicendi Campis, & maledicendi Animalia spectant ad Parochum: hora vero hujusmodi Processionum præscribi, & intimari debet a prima Dignitate Collegiatæ. *Congr Rit. ad V. & VI. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic. Jac. Pignatel par 1. tit* de Funeribus, *pag.* 315.

1666. .. Aug — Dum Capitulum fuerit invitatum ad funus, & illud renuat Parochus levare, potest idem Capitulum ab Hæredibus requisitum illud levare, requisito, & expectato Parocho, & renuente venire. *Congregat. Rit. ad VII apud* eund. *ibid. ubi ad IX. dictum fuit, quod* Capitulum collegiatæ, dum non habet jus funerandi, & Corpus est sepeliendum in ejus Ecclesia ex electione Defuncti, potest erigere Crucem intra limites Parochiæ, cujus jurisdictio, & territorium spectat ad Archipresbyterum. 1113

1666. .. Aug. — Officium faciendum in Ecclesia Archipresbyterali circa funus ad eandem delatum pro Sepultura spectat ad Archipresbyterum: capitulum autem, postquam illud associavit ad portam Ecclesiæ potest expectare, vel recedere. *Congregat. Rit. ad* X. *apud* eund. *ibid ubi ad XI. dictum fuit quod* Officium faciendum in Collegiata circa funus ad eandem delatum pro Sepultura, non spectat ad Parochum, sed ad Dignitatem, uti in propria Ecclesia. 1114

1666. 29. Oct — Non videtur injusta sententia privationis secutæ de Parochiali ob injustam causam absentiæ ex morbo, & lite, *cap. ad audien.* 15 *de Cleric. non residen cap. unic. d. tit. num* 6 *Rota coram* Seraph. *decis.* 1131 *num* 2 *vers. neque obstat*. *Canon.* 38 *qu.* 1. ubi est ad litteram Textus de Parocho absente, qui extra locum Beneficii in morbum incidit, Fagnan *ad cap ult. de Cleric. non residen. num.* 9 præsertim si ex insignibus Medicis constet, Parochum non posse longum iter facere absque periculo vitæ, maxime in ætate senili: 1115

& in hoc omnes conveniunt, monendum esse absentem, ut scire possit, an satis absens habeat justam causam: Clericus igitur non debet abesse sine licentia sui Prælati, & ex causa juxta *cap* 4. *de Cleric. non residen.* & ibi Gloss. *Prælati*, Lotter *de re benefic. qu* 27. *num.* 121 Marescott. *resolut.* 32. *num.* 24. *vers. item est advertendum lib.* 2. & aliquis eorum animadvertit, quod lite etiam super Parochiali pendente, non excusatur regulariter à residentia, Gloss. *d cap. num* 27 quo vero ad morbum; doceri talem esse debet, qui legitimum inferat impedimentum. *Sic Rota in Angolen. Archipresbyteratus coram* Taja, *decis recent. par.* 14 *dec* 506. *num.* 14. *& seqq.*

1566. 27. Nov. —— Præcedentia debetur Sodalitati, quæ est antiquior in loco. *Congreg.* Rit. *in Hortana*, *& antea in ead.* 1660. 20 *Febr* & hoc etiam firmaverat Rot. *in Albiganen. Præcedentiæ* 1653. 20. *Jun. coram* Bichio, juxta doctrinam Innoc. *in cap.* 1. *num.* 1. *de major. & obed apud* Pascucc *par.* 2. *tit.* de Præcedentia, *pag.* 247. *ubi etiam* quod licet Sodalitas Ss. Sacramenti posterius erecta præcedere debeat in Festivitatibus, quæ ad cultum ejusdem Sanctissimi attinent, exinde tamen non sequitur, quod in aliis festivitatibus, & actibus præcedere debeat. 1116

1567. 22. Jan —— Missæ de Festo duplici celebratæ in Altari Animabus perpetuo Privilegiato, & in quo proinde quotidie, etiam in duplicibus celebrandæ essent Missæ de *Requiem* ex obligatione, suffragantur, ac si celebratæ fuissent pro Defunctis juxta formam Privilegiorum. *Alexander VII in Bullar. tom* 5. *Constitut.* 176. *quæ incipit* Creditæ, *& referunt etiam* Lantusca *in Theatro Regular. in supplem. veeb.* Missa, *num.* 2. *ac* Matthæucc. *in Offic. Cur. regular tom.* 1. *cap.* 6. *num.* 8 ¶ *Vide infra* 1669 23 Sept. 1117

1667. 31. Jan. —— Privilegium in materia decimandi, si loquitur de aliquibus Bonis, non exten-

tenditur ad Bona postea quæsita, ut scribit Socc. Sen. *cons* 268. *num*. 4. *lib* 2. *apud* Rotam *in Hispal. Decimarum coram* Taja, *decis. recent. par*. 15. *decis*. 17. *num* 3.

1667. 11. Febr. —— Dilapidatio Bonorum Ecclesiæ probari debet concludenter, ubi ex illa Beneficiatus suo Beneficio privari prætenditur. *Rota in Cracovien Præpositura coram* Priolo, *decis. recent. par*. 15. *decis*. 31. *n*. 5. 1119

1667. 11. Febr. —— Privatio Beneficii non incurritur propter defectus ebrietatis, & crapulæ, sed tantum suspensio ab Officio, vel Beneficio, ubi quis præcedente prius monitione, a crapula, & vino postea non desistat, ut est text. *in cap. a crapula* 14. & ibi Abb. *num*. 1. & 3. *de vit. & honest. Cleric. apud* Rotam *in d. Cracovien. coram* eod. ibid. *num*. 7. 1120

1667. 11. Febr. —— Beneficiatus in sua possessione Beneficii manuteneri debet, non obstante sententia privationis nulla, & injusta. *Rota in d. Cracovien. Præpositura coram d.* Priolo, *ibidem, num*. 11. 1121

1667. 4. Mar. —— Cum etiam de pascuis Decimæ sint persolvendæ, *cap* 4. *de decim*. Oter. *de pasc. & jure pascen. tot. cap*. 35. persolvendæ sunt tam de pascuis, quæ venduntur, quam de pascuis, idest lacte, & lana Bestiarum, quæ pascunt in illis pascuis, licet Dominus fundi gratis patiatur pascere Bestias in fundo suo, quia cum herba evulsa de terra a Bestia, vel potius ab eo, qui Bestias pascit, transeat cum onere suo, Dominus Bestię decimam æstimationem totius herbæ debet dare Ecclesiæ, inquit Innoc. *ad d. cap*. 4. *ab ibit*. Butr *num*. 9 *vers. declaram. autem*, Abb. *num nit. vers. nota* 2 Card. Zabarell. num. 5. adeo ut decimam pascui esse prædialem hæsitari non debeat, quia dicitur prædialis, quæ ex fructibus prædiorum debetur, *apud alleg*. & Oter. *d. cap*. 35 *num*. 4. Salva semper consuetudine in hoc maxime attendenda, 1122

denda; *argum d. cap.* 4 Oter. *d. cap.* 35. *num.* 8. & *§.ult cap cum in aliquibus* 32. *de Decim.* & ibi Gloss. ult. *apud Rotam in Rossanen. Exemptionis coram* Taja, *decis. recentior. par* 15. *decis* 43. *n.* 8. & *seq.*

1667. 4. Mar. —— Decimæ Pascuorum, quas solvunt Diæcesani solvere tenentur etiam exempti de alienis pascuis in Diæcesi existentibus, sive emerint, sive conduxerint aliena pascua in Diæcesi existentia, quæ ita dicuntur affecta Decimis, ut eorum Domini illa pro novem partibus communia cum Episcopo pro decima habere videantur, nec plus juris in alium transferre possunt, quam ipsi habeant, *l. nemo plus* 53 *ff. de reg. jur.* & *cap. nemo potest* 79 *in* 6. *apud Rotam in d. Rossanen. coram* eod. *ibid. n* 12. 1123

1667. 4. Mar. —— Non est tolerabile, quod Parochiani pluribus Pastoribus obediant, & quod una, & eadem Ecclesia sit sponsa duorum in solidum, ut tradunt Labert. *de Jurepatr. lib.* 2. *par.* 1. *quæst.* 7. *art.* 17. *num.* 3. & *seqq.* Gabr. *cons* 190. *num.* 9. *lib.* 2. Maschard. *de probat. conclus.* 469. *num.* 5 *seqq.* aliiq; citati a *Rota in Novarien. Parochialis coram* Albergato Decano, *decis. recent. par.* 15. *decis.* 43. *num.* 12. 1124

1667. 11. Mar. —— Possessio Bonorum Ecclesiæ nunquam vacat, sed residet penes eandem Ecclesiam. Natt. *cons.* 562 *nu.* 11. 12. *lib* 2. *apud Rot. in Pampilonen. Jurium Parochialium coram* Ottalora, *decis. recent par.* 15. *decis.* 49. *n.* 1 1125

1667. 11. Mar. —— Ubi Papa Parochialem Ecclesiam concessit, concessio comprehendit Curam, & spiritualia, cum Parochialitas nihil aliud sit, quam cura Animarum. *Rota in d. Pampilonen. coram* eod. *ibid. num.* 3. ex Put. *decis.* 299. *in fin. lib.* 1. 1126

1667. 11. Mar. —— Curati, qui in eorum Ecclesiis per Monachos præsentantur, & ab Episcopis instituuntur, debent esse perpetui, text. *in cap. unic de Capell. Monach. in* 6. *apud Rotam in d. Pampilonen.* 1127

nen. coram eodem *ibid. numer.* 26.

1667. 11 Mar. —— Per unionem accessoriam extinguitur Parochialis, ita ut non possit amplius dici Beneficium, sed translata omnino cura in Abbatem, remanet merum prædium, & grangia Monasterii, ut declarat Garz. *de Benefic par.* 12 *cap.* 5. *num.* 192. *apud Rotam in d. Pampilonen. coram* eod. *ibid. num.* 31. 1128

1667. 11. Mar. —— Abbas Monasterii, cui fuit Parochialis unita, exercere potest omnia Iura Parochialia, prout exercere possunt alii Parochi. *Rota in d. Pampilonen. coram* eod. *ibid. numer* 33. 1129

1667. 23. Mar. —— Parochus ubi non est in causa, eo facilius Decimæ ad Episcopum spectare dicuntur. *Rota in Taurinen. Decimarum coram* Bourlemot, *decis. recent. par.* 15. *decis* 67. *n.* 22 1130

1667. 23. Mar. —— Beneficium æque principaliter unitum, unum non comprehenditur sub altero in impetratione, nisi de utroque mentio facta sit. *Rota in Pampilonen. Decimarum de Tafalla coram* Albergato Decano, *decis. recent. par.* 15. *decis* 65. *n.* 7. 1131

1667. 23. Mar —— Signa, & Conjecturæ, ex quibus desumitur, Unionem esse plenariam, sunt solita Decimarum perceptio facta a Monasterio, cui Parochialis unita reperitur: Deputatio coadjutoris facta per Abbatem ad petitionem Incolarum: Confessio eorumdem Incolarum petentium augeri salarium Vicario, ejusque coadjutori: Celebratio Missæ Popularis: & Prædicatio facta per Abbatem. *Rota in Pampilonen Vicariæ coram* Cerro Decano, *d. part.* 15. *decis.* 62. *n.* 11 & 12. 1132

1667. 23. Mar. —— Beneficia manualia, licet quandoque durent ad vitam, non ideo efficiuntur perpetua. *Rota in d. Pampilonen. Vicaria coram* eod. *ibid. num.* 23. 1133

1667. 23. Mar. —— Unio Parochialis Monasterio facta 1134

facta non præjudicat Episcopo in Juribus suis; non enim repugnat unioni, quod ipse in concernentibus curam Animarum exerceat suam Jurisdictionem. *Rota in d. Pampilonen. coram* eod *ibid. num.* 25 & 26.

1667. 13. Mar. —— Ordinarius in Parochialibus Monasterio unitis procedere potest, & uti Ordinarius, & uti Delegatus *Rota in d. Pampilonen. coram* eod. *ibid. n* 27. *ubi etiam quod* actus exerciti ab Ordinario in dd. Parochialibus Ecclesiis compatiuntur cum ipsa unione. 1135

1667 23. Mar. —— Ut quis fiat Parochianus alicujus Parochiæ ad effectum inibi contrahendi Matrimonium, sufficit, quod in eadem Parochia ille habitare incæperit, Ponc. *de Matrim. lib.* 5. *de consens. clandest. cap.* 13 § 1. *n.* 4. & 5. Cardin *in Clem* 1 *de privileg. num.* 8. Sanchez *eod. tract lib.* 3. *disput* 23 *num.* 14 Guttier. *cap.* 63, *num.* 14. & 15. etiamsi hoc faciat ad evitanda impedimenta, quæ Parentes contrahentium de facili præbituri erant Matrimonio, Barbos. *in collect. ad concil sess.* 24. *c.* 1 *n.* 12. *apud Rotam in Leodien. nullitatis Matrimonii coram* Carpineo, *decis. recent. part.* 15. *decis.* 60. *num.* 16. & 17 1136

1667. 1. Jun —— Causæ, quæ respiciunt tantum majorem Ecclesiæ decentiam, & Parochi incommoditatem non sufficiunt ad unionem substinendam, sed ad hunc effectum necessitas debet esse præcisa, & talis ut non inveniatur qui velit Parochiam acceptare, & Ecclesiæ inservire, Menoch. *cons.* 402. *num.* 87 & 88 *lib.* 1. Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *qu.* 28. *num.* 39. *cum seqq. apud Rotam in reginen. Parochialis coram* Ottalora, *d part.* 15. *decis.* 110. *num* 9. 1137

1667. 1. Jun. —— Cura Animarum si ante factam unionem fuit exercita in Ecclesia unita, hoc ipsum excludit Causam ejusdem unionis factæ propter defectum exercitii ejusdem Curæ. *Rota in d. reginen. coram* eod. *ibid. ubi num. seqq. dictum fuit*, 1138

fuit, *quod* Unione secuta, Ecclesia unita dismembrari non potest sine consensu, & citatione interesse habentium.

1667. 13. Aug. —— Nemini licet facere Octavas pro Defunctis, præsertim infra Octavam omnium Sanctorum, sine speciali indulto sedis Apostolicæ: neque intuitu alicujus Altaris Privilegiati in aliqua Ecclesia licet exponere tabellam super januam ipsius Ecclesiæ cum inscriptione *Indulgenza per li Morti*, sed tantum super ipso Altari privilegiato consuetis verbis *Altare privilegiatum pro Defunctis*, prout (dissentiendo a duabus Rotæ decisionibus editis 1665. 3. & 9. Jun. coram Ottalora) resolvit *Congr. rit. apud* Petram *in commentar ad constitut. Apostolic. tom.* 2. *pag. mihi* 183. *& refert etiam* Pascucc *in compend. ad const. canonic. Jac. Pignatel. part.* 1. *tit.* de Funeribus, *pag* 304 *ubi infert*, *quod* si aliqua Ecclesia habeat privilegium celebrandi cum Octava Commemorationem omnium Fidelium defunctorum a Summo Pontifice concessum, potest vigore hujus privilegii prohibere aliis Ecclesiis, ne eandem Octavam celebrent: nam quod alicui conceditur per privilegium, sine illo fieri non potest, *l. jus singulare* 15. *ff. de leg.* 1139

1667. 17. Sept —— Capellanus, seu Vicarius amovibilis administrans Curam Animarum Commendæ Hierosolymitanæ annexam, subest Ordinario, non solum quoad Animarum Curam, & Sacramentorum administrationem, verum etiam circa ea, quæ Curatus committeret cum scandalo, & hoc tam in Visitatione, quam extra; ideoque etiam in causis indifferentibus. *Congr. concil in Faventina apud* d. Pascucc *part.* 1. *tit.* de Equitibus, *pag.* 273 ¶ Hoc tamen quoad secundam partem procedit, quando non concurrant tria requisita necessaria pro exemptione, quod scilicet servitio Ecclesiæ, seu alterius loci Militum addictus sit: intra illorum septa, & domos resi- 1140

resideat: & sub eorum obedientia vivat: *In dicta igitur Faventina deficiebat dicto Capellano tertium requisitum:* & unicus defectus ex dictis requisitis sufficit, ut non intret exemptio, prout dixit *Rota in Toletana Jurisdictionis*, 27 *Jan ejusd anni.*

1667. 26. Nov —— Parochiani existentes intra limites alicujus Parochiæ, a qua semper Sacramenta receperunt, eidem Parochiæ Decimas persolvere teneritur, ut ex *cap. contingat*, *cap cam tua*, *de Decim* dixit *Rota in Cracovien. Decimarum coram* Ottalora, *decis recent. part.* 15. *decis* 126 *num.* 1. 1141

1667. 26. Nov. —— Decimarum quasi possessio non sufficit contra Parochum habentem pro se Juris assistentiam, nisi etiam justificetur titulus particularis, ad text. *in cap decimas*, *de restit. spoliat. in* 6. *cap. Ordinarii*, *de offic. ordin. eod. lib.* Bart. *cons.* 82 *in princ. lib.* 1 plene Calderin. *cons.* 10. *per tot. de probat. apud Rotam in d. Cracovien, coram* eod *ibid. num* 2 1142

1667 26. Nov. —— Decimarum concessio non probatur per scripturam neque ab Episcopo, vel ejus Cancellario conscriptam, neque Testibus præmunitam. *Rota in d Cracovien. coram* eod. *ibid num.* 3. *ubi num* 5. *dictum fuit*, *quod* Decimarum dismembratio a proprio Parocho probatur ineffectuata, si Decimæ loco illarum subrogatæ nunquam exactæ fuerunt. 1143

1667. 26. Nov. —— Episcopus non potest disponere de Decimis spectantibus ad Rectores Ecclesiarum sine consensu eorum; & hic consensus in hujusmodi dismembratione non probatur ex enunciativa Episcopi, cui ideo non creditur, si asserat, id fecisse cum consensu Parochi. *Rota in d Cracovien. coram* eod. *ibid num.* 7. & 8. 1144

1669. 3. Dec. —— Ex sola figura Matrimonii, quamvis invalidi, intrat impedimentum Affinitatis in tertio, vel quarto gradu. *Congreg concil. in Brixien ad cap.* 4. *sess.* 25. *de reform apud* Pascucc. 1145

in

in compend. ad consult. canonic. Jac. Pignatel. par. 2. *tit* de Matrimonio, *pag mihi* 22.

1667. 6 Dec. —— Clericus minorum Ordinum legitimæ ætatis, ad Parochialem approbatus, non potest reprobari ad Ordines Sacros, & Presbyteratum, quantum pertinet ad litteraturam, ut respondit *Congr. concil. in Cusentina*, *apud* Monacel *in Formular. leg. pract. part.* 2. *tit* 15. *form.* 1. *num.* 21. 1146

1667. 12. Dec. —— Collatio Beneficii litigiosi ad quem pertineat, futurus declarat eventus. *Rota in Cabilonen. seu Melevitana commenda coram* Taja, *decis. recent. part* 15. *decis.* 147. *num.* 4. ubi in detestationem hujusmodi litium *dictum fuit*: Liceat exclamare malas Lites, pejoresque Beneficiales, magis malignas, & maleficas, ac pestilentiales, quæ litigantibus (nisi commorientibus communi clade) non commoriuntur, nec 1147

Pugna suum finem, cum jacet Hostis, habet.

1667. 20. Dec. —— Si sit facultas ex consuetudine adeundi Forum Ecclesiasticum, vel Sæcularem, nequit prohiberi ab Episcopo, ut adiri valeat Forus Sæcularis, etsi sub prætextu, quod agatur de debitis contractis per Laicos ratione Beneficiorum *Congr. Immunit. in Tudertina*, & *antea sæpissime*, ut habet Petra *in commentar. ad constitut Apostolic. tom.* 1. *constitut.* 3. *Eugenii* III. *sect.* 1. *n* 21. *pag. mihi* 573. 1148

1668. 27. Jan. —— Ut quis efficiatur Parochianus sufficit solum habitationis principium, non tamen requiritur, quod inibi pro majori anni parte habitaverit. *Rota in Leodien. nullitatis Matrimonii coram* Carpineo, *decis. recent. part* 15. *decis.* 162. *num.* 20. *ubi num. seq. dictum fuit*, *quod* ut quis propter habitationem acquirat Jura Parochialia, requiritur mutatio domicilii animo non redeundi. 1149

1668. 1. Febr. —— Ecclesiæ Parochiales nec etiam ex consuetudine possunt ab Ordinariis Locorum erigi cum minori dote, quam fuerit a Sacro concilio 1150

cilio Tridentino constituta. *Rota in Leodien. Unionis coram* Bourlemont, *decis. recent. par.* 15. *decis.* 274. *num.* 9. *ubi quod* consuetudo aboletur a Decreto irritante Constitutionis Conciliaris.

1668 6 Febr. —— Communitas, & Populus etiam sine Jurepatronatus potest cogere Ecclesiam ad reædificandum Altare, in eoque antiquas Sanctorum Imagines reponendum, & Festivitates etiam celebrandum. *Rota in Ravennaten. bonorum, seu eleemosynarum coram* Taja, *d. p.*15. *decis.* 177. *num.* 6. 1151

1668. 6. Febr. —— Absurdum esse videtur, quod quis Missas, & Festa in Ecclesia celebrare teneatur, eandemque possit Ecclesiam destruere, vel destructam aliam in locum antiquæ non teneatur reædificare. *Rota in d. Ravennaten. coram* eod. *ibid. num.*8. *ubi etiam quod* Ecclesia diruta, si nova reædificari debet, ad instar veteris, & cum eadem denominatione Sanctorum reædificanda est. 1152

1668. 20. Febr. —— Primitiarum appellatione non veniunt, quæ vulgo appellantur, Fascinæ, cum non sint primi fructus, de quibus illæ solummodo solvuntur, DD. *in cap.* 1. *de Decim.* D. Thom. 2. *qu.*28. *art.*4. Silvest. *in Sum. verb. Decima*, *num.* 1 *in fin.* Leo *in Thesaur. for. Eccles. part.*2. *de Primit. & Oblat. cap.*28. *num.* 3. Moneta *de Decim. cap* 2 *num.*10. *apud Rotam in Bononien Primitiarum, seu Decimarum coram* Albergato Decano, *decis. recent. part.*15. *decis.*180 *num.*4. 1153

1668. 24. Mar. —— Cura Animarum Ecclesiæ Cathedralis non per amovibilem Vicarium, sed per certum Rectorem regenda, & administranda est, vel perpetua Vicaria erecta, vel injuncto alicui canonicatui onere ipsius curæ. *Congreg. concil. in Sarzanen. ac in Pisaurien. apud* Pascucc. *in compen. ad consult. canonic. Jac. Pignatel part.*2. *tit.* de Parocho, *pag. mihi* 201. 1154

1668. 24 Mar. —— Manutenendi sunt Parochi, ubi est consuetudo, in exactione medietatis Fune- 1155

ne-

neralium a Regularibus. *Congr concil. in Montis Politiani, apud* eund. *part* 1. *tit.* de Funeribus, *pag.* 309. *ubi quod* Quarta funeralis a diversis Summis Pontificibus constituta fuit diversa; nimirum, pars dimidia, tertia, & quarta, ut habetur *in cap. certificati*, *de sepult.* quare consuetudini cujusque Regionis hac in parte standum est, ubi id decernitur. Romæ est pars dimidia ex statuto illius Cleri *cap.* 4. *confirmato ab Urbano VIII.* 1629. 21. *Mar.* specialiter quoad hanc partem obtentis postea sententiis in contradictorio judicio, *anno* 1650. 20 *Dec.* & 1651. 2. *Aug contra Fratres Domus de Ara Cæli*, *Minores de Observantia nuncupatos*.

1668. 24. Mar —— Impubes major factus potest variare Ecclesiam a Tutore designatam pro celebratione Missarum *Congreg. concil. in Neapolitana celebrationis Missarum*, *apud* eund. *part.* 2. *tit.* de Legatis piis, *pag* 5. *ubi reddit rationem*, quia *scilicet*, Tutela Pubertate finitur, *instit. quib. mod. tut. fin. in princ.* 1156

1668. 16 Apr —— Dismembratio Ecclesiæ requirit justitiam, & validitatem, necessitatis nempe, utilitatis, & solemnitatis eodem modo, quo requiritur in alienatione Bonorum Ecclesiæ. *Rot. in Bononien. Dismembrationis coram* Laja, *decis. recent. part.* 15. *decis.* 226. *num.* 1. 1157

1668. 16. Apr. —— Parochialis Ecclesia, etiam habitu tantum Curata, Seminario uniri ab Episcopo minime potest, ut ex Sacra Congregatione concilii dixit *Rota in d. Bononien Dismembrationis coram eod ibid. num.* 3. 1158

1668. 16 Apr. —— Unionem simpliciter allegans, immemorabilem probare tenetur: deducens vero illam fuisse factam, & possedisse per quadraginta annos, titulum per solam famam justificare debet. *Rota in d Bononien. coram* eod. *ibid. n.* 12. 1159

1668. 7. Maji. —— Ad recuperationem Beneficii agi non potest, nisi prius revocata, vel retractata sententia criminali: postea vero utique permittitur. 1160

titur. *Rota in Montis Alti Parochialis coram* Albergato Decano, *decis. rec. par.* 15 *decis.* 236. *n.* 9

1668. 4. Iun. —— Quarta Funeralium, Oblationum, & legatorum, quæ reliquit Defunctus alteri Ecclesiæ, quam propriæ, de Iure Ecclesiæ Parochiali debetur, per text. *in cap. cum super* 8 *in cap. in nostra* 10. *de Sepult. cap* 2. *eod. tit in* 6. *cum plurib. Auctorib. citatis a Rota in Romana Quarta coram* Bourlemont. *d. par* 15. *decis.* 263. *num.* 1 1161

1668. 4 Iun. —— Privilegia Franciscanorum super immunitate a solutione Quartæ funeralis non vulnerantur a Sacro Concilio Tridentino *sess.* 25. *de reform cap.* 13. quia concilium in hujusmodi materia solum revocat privilegia impetrata intra quadraginta annos, non autem antea. *Rota in d. Romana coram* eod. *ibid. num* 10 1162

1668. 4. Iun. —— Parochus prætendens Ecclesiam fuisse solitam solvere Quartam funeralem, probare debet illius fundationem æque ante idem concilium fuisse, ut tradit Bonac. *de contract. disput.* 3 *quæst* 22. *punct.* 2. *num.* 4 *vers.* Observa tamen, *apud Rotam in d. Romana coram* eod. *ibid. num.* 13. 1163

1668. 4. Iun. —— Quarta Parochialis non debetur ex legato facto pro reparatione Ecclesiæ, per text. *in cap. ult. de testam.* ubi Abb. *num.* 2. Covar. *num.* 4. Ubald. *de Canonic. Episc. cap* 6. aliiq citati *a Rota in d. Romana coram* eod. *ibid. num.* 17. 1164

1668. 4. Jun. —— Beneficium Iurispatronatus curatum ab Episcopo providetur de OEconomo, filis inter Præsentatos oriatur. *Rota in Adrien. Beneficii coram* Ottalora, *decis recent. par.* 15. *decis.* 226 *num* 1. 1165

1668. 13. Iun. —— Parochus pro suo munere adimplendo non quærit licentiam ab Episcopo. Host. *rubr. de offic. Vicar. num.* 5 Vitalin. *in Clem unic. num.* 28. *eod. tit apud rotam in Novarien. Parochialium coram* Albergato Decano, *decis recent. p.* 15 *decis.* 281. *num.* 10. 1166

1668.

1668. 13. Iun. —— Ecclesiam simpliciter ædificatam in adjutorium Ecclesiæ Parochialis, non convincit, imo destruit illam quoque in Parochialem fuisse erectam. *Rota in d. Novar. coram* eod. *ibid. num.* 13. 1167

1668. 13 Iun. —— Quod aliquis sit Parochus proprius, & alter ab eo independenter exerceat Iura Parochialia, non admittitur in Iure. *Rota in d. Novarien. Parochialium coram* eod. *ibid. num.* 14 1168

1668. 13. Jun. —— Episcopus non potest in solidum duos Parochos constituere, neque duas Ecclesias in una, & eadem terminatione, *cap in Apibus* 7 *quæst.* 1. *cap. sicut in unaquaque* 21. *quæst.* 2. *cap. præcipimus*, *§. sicut duo*, *& in cap. plures Baptismales* 16. *qu.* 1. *apud Rotam in d. Novarien. coram* eod. *ibid num.* 16 1169

1668. 16. Jun. —— Non potest capitulum non vocatum, & invitis Hæredibus, interesse Funeribus, nec eidem licet taxam ad suum libitum facere, ut inhærendo declarationi in Matheranen. supra positæ, & editæ 1660. 13 Nov. censuit *Congr. Concil. in Lavellen. apud* Piton. *disceptat. Ecclesiastic. par.* 2 *disceptat.* 50. *num.* 44. 1170

1668. 22. Iun. —— Parochus non est incapax capellaniæ, quæ solam obligationem habet celebrandi Missam, absque onere explendi per seipsum, & non per alium. *Rota in Civitatis Plebis Capellaniæ coram* Carpineo, *decis. rec. par.* 15. *decis.* 299. *num.* 12. 1171

1668. 25. Jun. —— Beneficio quis privari non potest, nisi fuerit personaliter citatus, ex text. in cap. si quis, de cler. non resid. citatio autem personalis non requiritur ad privationem Beneficii stante distantia loci, vel difficultate citationis, sed ædictalis sufficit. *Rota in Anglonen. Archipresbyteratus coram* Ottalora, *decis. recent. d par.* 15. *decis.* 312. *num* 2 & 4. 1172

1668. 25. Iun. —— Beneficio privari non potest clericus non residens justa causa defensionis Be- 1173

neficii, vel si sit legitimo morbi impedimento detentus, quo minus resideat: quod probatur ex fide Physicorum, quibus tanquam peritis in arte omnino standum est, *l. septimo mense, ff de stat. homin. apud Rotam in d. Anglonen. coram* eod *ibid. num* 15. & 16.

1668. 27. Jun. —— Decimandi quasi possessio Parochi super aliquibus Bonis suffragatur etiam in toto territorio decimabili propter causam universalem. Posth. *de manuten. observat* 73 *num* 154. *cum seqq. apud Rotam in Toletana Decimarum coram* Ottalora, *decis. recent. par.* 15. *decis.* 321 *num.* 4. 1174

1668. 27. Jun —— Privilegium non solvendi Decimas non extenditur de persona ad personam, Alciat *cons.* 7. *num* 22. & 23. *lib.* 4. Bero *cons.* 153. *n.* 7. *lib.* 3. Menoch *de præsumpt.lib* 3. *præsumpt* 103. *n.* 35. *apud Rotam in d Toletana coram* eod. *ibid. num* 9. *ubi num.* 10. *dictum fuit, quod* neque extenditur de Bonis ad Bona, *cap pro exemptione, de privil. in* 6. Monet. *de Decim. cap.* 9 *num* 131. 1175

1668. 4. Sept. —— Priores Confraternitatum, & Administratores Capellaniarum fundatarum authoritate Episcopi, quarum redditus converti debent in celebrationem Missarum, aliorumque Divinorum Officiorum, ac piorum operum quamvis sint Laici, quoad administrationem talium redditum sint conveniendi in foro Ecclesiastico. *Cong Immunit. in Cirinolen apud* Pascucc. *in compend ad consult. canonic. Jac Pignatel par.* 1. *tit.* de Immunitate Ecclesiastica, *pag. mihi* 494. 1176

1668 13. Sept —— Parochi Sæculares, & Regulares in Regnis, Provinciis, & Regionibus Indiarum Orientalium degentes, nullo pacto cogant in posterum Pauperes ad operas, seu laborem impendendum pro suis Ecclesiis, non persoluta justa mercede, nisi id sponte, & ex pietate præstare voluerint: multoque minus audeant eos mulctare, qui renuerint. *Clemens IX in Bullar.* 1177

Bullar tom.5 Constitut.38. quæ incipit. In excelsa.

1668. 13. Sept. —— Cum iis, qui Sacro, aut cathechesi Doctrinæ Christianæ non interfuerint (si mos sit eos ut supponitur, aliqua pæna mulctare) ea moderatione se ingerant, ut nonnisi vere contumacibus, & contemnentibus, eaque modica, nec crebro irrogetur. *Clemens IX. ibidem*. 1178

1668. 13. Sept. —— Instruant Populum omni, qua decet, lenitate, abstinentes omnino a ferula, & a verbis indecentibus, maxime si cum Mulieribus, Viris Nobilibus, seu ætate provectis agitur. *Clemens IX. ibidem*. 1179

1668. 13. Sept. —— Caveant prædicti Parochi tam Sæculares, quam Regulares ullo modo se ingerere in rebus spectantibus ad politiam sæcularem, nec ullum ad officia publica proponant, quamvis aptior cæteris videatur, nec unquam intersint comitiis, aut conventibus, ubi de rebus publicis agitur. *Clemens IX ibid.* 1180

1668. 13. Sept. —— Ægrotis morti proximis, cujuscumque sint conditionis, quamvis in sordido ac vili degant loco, aut tugurio, Sacrum Eucharistiæ Viaticum deferatur, cum apud Deum nulla sit acceptio Personarum, ac pro nostra salute non stabulum, nec Crucis ignominiam exhorruerit. *Clemens IX. ibidem*. 1181

1668. 13. Sept. —— Nec ob instructionis defectum, qui Sacro Baptismate initiantur, immaculatam Christi legem prophanis, ac gentilitiis institutis ex ignorantia fædent, ac Idololatriam cum Orthodoxa Fide confundant, ut sæpe inibi evenire enunciatum est; caveant ii, qui iisdem instruendis incumbunt, ne in posterum ullus ad Baptisma admittatur, qui veterem hominem, ac gentilitios mores prorsus exutus, Christum plene non induerit, & in Fide sit sufficienter instuctus. *Clemens IX. ibidem*. 1182

1668. 13. Sept. —— Cadavera pauperum Fidelium gratis omnino posthac a Parochis Sepulturæ tradantur 1183

tur, nec ad extorquendam, aut emendicandam a Vicinis, vel Affinibus eleemoſynam publice exponantur. *Clemens IX ibidem*. ¶ Vide quæ ſupra diximus 1617 5. Maii.

1668. 13. Sept. —— Regularium Superiores ſedulo curent, ut Parochi extra Conventus in prædictis Regionibus commorantes, Regularis obſervantiæ ſpecimen cunctis ubique præbeant: eoſque idcirco ad Clauſtra & Regularem diſciplinam aliquando revocent, ne Regulari inſtituto paulatim exſoleſcente, dum aliis incumbunt, ſeipſos amittant, ac demum in deſtructionem potius, quam ædificationem Populorum miſſi videantur. *Clemens IX. ibidem*. 1184

1668. 13. Sept. —— Parochi non naturales illarum Partium ſive Regulares, ſive Sæculares ſint, teneantur omnino habere apud ſe Capellanum natalibus, & origine Indum pro Confeſſionibus audiendis, & diebus Feſtis hortationibus ad Populum lingua vernacula habendis, ne tali auxilio deſtituti, in ea, qua initiati ſunt, Orthodoxa Fide langueant, ac paulatim deficiant; iiſque pro ſuſtentatione & labore, ubi Populus ipſe id ſponte non præſtiterit, congruum ſuppeditent ſtipendium. *Clemens IX. ibidem* 1185

1668. 13. Sept. —— Præcipitur iiſdem Parochis, cęteriſque quarumcumque Eccleſiarum Superioribus, ut nedum Sacerdotes indigenas in eorum Eccleſiis celebrare volentes non arceant, verum etiam perurbaniter excipiant, quo frequentius illuc redeant ad omnipotenti Deo immolandum, ſentiantque chriſtianam charitatem omnes ęquis officiis amplexari. *Clemens IX ibidem*. 1186

1668. 13 Sept. —— Ut vero Fides adhuc in iis Regionibus pubeſcens, litterarum alimento coaleſcat, & Pueri reddantur idonei ad res Eccleſiaſticas percipiendas, iiſdem Parochis, & maxime Pagorum, & Villarum injungitur, ut eos vel per ſe, vel per Capellanos naturales, ſi tales ipſi non ſunt, 1187

ſunt, ultra Fidei Chriſtianæ rudimenta, Grammatrices etiam inſtitutionem, cæteraſque artes liberales, quoad fieri poteſt, edoceant. *Clemens* IX. *ibidem*.

1668. 2 Oct —— Hoſpitale erectum authoritate Ordinarii gaudet immunitate, ſicuti etiam ejus Hoſpitalarius, durante ſervitio. *Congregat. Immunit.apud* Paſcucc.*in compend. ad conſultat canonic. Jac Pignatel.par.*1. *tit.* de Immunitate Eccleſiaſtica, *pag. mihi* 493. 1188

1668. 26 Nov —— Diſpenſationis præſumptio retinendi plura Beneficia, inter quæ Parochialis exiſtat, optime intrat vicennalem & triennalem poſſeſſionem. *Rot.in Auguſtana Canonicatus coram* Albergato Decano, *deciſ.recent.par.*15.*deciſ.*341 *num* 6. 1189

1669. 28. Jan. —— Parochus ad Parochialem præſentatus, ſi ante inſtitutionem Ordinarii, poſſeſſionem accepit, jure ſuo privatur, Calder. *conſ.* 8. *de elect. apud Rotam in Colonien. Parochialis coram* Calataju, *deciſ recent. par* 16 *deciſ.*22 *num.* 17 1190

1669. 15. Febr. —— Parochus, ejuſque præſentia in Sponſalibus non requiritur, ſed ſolum pro contrahendo Matrimonio, ad quem effectum præſumitur ſolummodo requiſitus, Torn.*conſ.*54 *n.*18 *apud Rotam in Romana Matrimonii coram* Carpineo, *d. par* 16. *deciſ.* 405. *n* 5. 1191

1669. 15. Febr. —— Teſtibus pluribus, & cum interrogatoriis examinatis magis defertur, quam ſimplici atteſtationi Parochi etiam ſuper contractu Matrimonii. *Rot. in d. Romana coram* eod.*ibid nu.*9. *ubi num.* 11 *dictum fuit*, quod Teſtis etiam Parochus per plures varietates, & contrarietates deſinit eſſe integer teſtis,*ex Æſina Bonorum* 1659. 30 *Mar* & 1660. 6. *Jan. coram* Veroſpio. 1192

1669. 10. Maii. —— Eccleſia conſtructa intra limites alterius Eccleſiæ nulla data limitum diſtinctione pro Cura Animarum, non efficitur Parochia- 1193

chialis separata sed extructa in adjutorium primæ Parochialis. *Rot. in Novarien. Parochialis coram* Catataju *decis. recent. par.* 16. *decis.* 90 *nu.* 1. *ubi n. seq. dictum fuit, quod* Parochiales Ecclesiæ duæ in una, eademque limitum terminatione de jure esse non possunt, *Can: quod priori* 13. *quæst.* 1. & *Can. pluries* 16. *qu.* 1.

1669. 10. Maii. —— Parochus solus baptizare potest, Confessiones audire, cæteraque Curæ exercitium respicientia facere, juxta text. *in Can ficut in unaquaque* 21 *quæst.* 3. & tradita per Oldrad. *cons* 67. *n.* 2 *post med* Gomez. *ad reg. de Idiomate quæst.* 11. *num.* 7. *vers. idem etiam requiritur*, Staphyl *de liter. grat. tit de qualit. Benefic. num.* 20. aliiq: citati a *Rota in d Novarien. coram* eod. *ibid num* 12. *ubi num seq dictum fuit quod* Sacramentorum administratio ab aliquo facta non concludit illum esse vere Parochum, cùm hæc omnia ab ipso uti coadjutore fieri potuerint. 1194

1669. 10. Maii. —— Decreta facta ab Episcopo in actu Visitationis suæ Ecclesiæ maximè attendenda sunt *Rota in d. Novarien. Parochialis coram* eod. *ibid. num.* 16. 1195

1669 13. Maii. —— Abbatem, cui Parochialis fuerit principaliter unita, esse vere Parochum: & Episcopum in illius Cura suam habere jurisdictionem, non implicant inter se; sed ad invicem compatiuntur, ut pluribus citatis Auctoribus tenet *Rota in Pampilonen. Jurium Parochialium coram* Albergato Decano, *decis. recent. par.* 16. *decis.* 93. *num.* 10. 1196

1669. 24. Maii. —— Parochialis non recipit mutationem, nisi insimul concurrant spatium quadraginta annorum, voluntas, & potestas mutandi statum, ac etiam bona fides, juxta notata per Canonistas *in cap. cum de Beneficio, de Praeben in* 6. ibiq: præsertim Franch. *num.* 6. *apud Rotam in Melevitana Commenda coram* Bourlemont; *decis. recent par.* 1 6. *decis.* 105. *num.* 1. *ubi num seq dictum fuit*, 1197

fuit, quod Parochialis mutatio quamvis facta ab habente potestatem requiritur tamen quod constet de certo animo mutandi statum, ut tradit Felin. *in cap. in nostra, num. 41. de rescript.*

1669. 24 Maii. —— Commenda Parochialis etiam quod per annos quadraginta immutata remanserit, nisi insimul doceatur de potestate, & voluntate mutandi, nullam tamen dicitur recepisse mutationem, ut tradunt *in cap. cum de Beneficio*, Archidiac. Jo. Andr. & Franc *num.* 6. Gemin. *n.* 9. *de Praeben. in* 6. Felin *in cap in nostra, num* 41. *vers. secundo nota, de rescript.* Silva *de Benefic par.* 3 *quaest.* 11 *num* 124 *& seqq.* Rebuff *super concord. tit. de collat §. volumus, in verb. regularia, vers. tertio requiritur,* Lotter *de re benefic lib.* 1. *quaest.* 34. *num.* 52 *apud Rotam in d. Melevitana coram* eod *ibid. num* 4. 1198

1669 28 Jun. —— De Jure Canonico nulla Ecclesia, seu Capella aedificari debet intra fines Parochiae in praejudicium Parochi, nisi de illius consensu, & voluntate, per text. *in Can. quicumque* 16. *qu* 1. *cap ad audientiam lib* 1. *de Eccles. adific.* ibiq; Gloss. *in verb. Rectoris:* sicuti autem Parochus concedere potest licentiam aedificandi hujusmodi Ecclesiam, ita potest ipse in eadem Parochia Ecclesiam aedificare, argumentum ducto a majori ratione, quod in jure validissimum est, ad text. *in l. penult. C. de necess. haered* ibiq; *Gloss in verb. cum tanta*, & tenent plures Auctores citati *a Rota in Bononien. Capellae coram* Bourlemont, *decis recent. par.* 16. *decis.* 165. *n.* 1. *&* 2. 1199

1669 28. Iun. —— Privilegia Regularium, quod intra certos limites eorum Ecclesiarum aliae Ecclesiae aedificari non possint, non afficiunt Jura Parochorum: ad hoc enim, ut Parochis per dicta privilegia praejudicatum esse dicatur, de illis in eisdem privilegiis mentio facta esse debet, *cap super eo, de offi. deleg cap.* 2. *de dolo, & contum. cap. bona, de confirmat. utili vel inut.* cum notatis per Do- 1200

Doctores *in cap cum dilectus, de Jurepatr. in cap. cum dilecta, & cap. dilectus il 1 de rescript.* Gloss. *in Clement. per litteras, de Praeben & l. 2. §. Si quis a Principe, ff. ne quid in loco publico, apud Rotam in d. Bononien. coram* eod. *ibid. n.* 9.

1669. 28. Jun. —— Regulares, qui ex Privilegio obtinuerunt ædificare Ecclesiam intra territorium Parochiæ, minus convenienter dicuntur impedire Parochum inibi Ecclesiam ædificare volentem. *Rota in d. Bononien Capella coram* eod. *ibid. num.* 14. 1201

1669. 1 Jul. —— Sententia declarans, Decimas spectare ad Parochum alienum, & extraneum, non autem ad proprium, dicitur evidenter injusta, *can. statuimus, & can. in Sacris* 16. *quæst.* 1. *c. cum contingat, de Decim. cap. fin. de Paroch. apud Rotam in Samogitien Decimarum coram* Bevilaqua, *decis. recent. part.* 16. *decis.* 196. *n.* 1. 1202

1669. 1. Jul. —— Decimarum pertinentia ad proprium Parochum eo magis probatur, si concurrat ulterius sententia illas ad ipsum spectare declarans. *Rota in d. Samogitien. Decimarum coram* eod. *ibid num* 4. 1203

1669. 9. Jul. —— Permutationem Beneficii de Jurepatronatus quamvis non possit facere Beneficiatus sine consensu Patroni, si tamen illa fiat, hoc non impedit veram, & propriam vacationem ejusdem Beneficii. *Rota in Lucana Capellania coram* Cerro Decano, *decis recent. part.* 16 *dec.* 180. *num.* 4. 1204

1669. 23. Sept. —— Decretum superius positum, & editum 1667. 22 Jan extenditur etiam ad Altaria non in perpetuum, sed ad septennium, seu aliud brevius, vel longius tempus, ac non omnibus, sed aliquo, vel aliquibus tantum Hebdomadæ diebus Privilegiata; ac proinde Missæ, quæ ibidem de Festo currenti, in quo Missæ Defunctorum celebrari non possint, sive ex obligatione, sive ex sola Fidelium devotione celebrabuntur, suffragentur, 1205

tur, ita ut Animæ Christi fidelium, pro quibus celebratæ fuerint, Indulgentias per Privilegia hujusmodi concessas, consequantur in omnibus, & per omnia, perinde ac si Missæ Defunctorum ad formam eorundem Privilegiorum celebratæ fuissent. *Clemens* IX. *in Bullar. tom.5. constit.* 39 *quæ incipit* Cum felicis, *& referunt etiam* Lantusca *in supplem. ad Theatr. regular. verb.* Altare privilegiatum, *nec non* Matthæucc. *in Offic. Cur. regular tom.*1. *cap* 6. *num* 11. ¶ Vide infra 1688. 4. Maji.

1670. 10 Maji. —— Inductus dolo, blandis, ac subdolis verbis, ut exeat ab Ecclesia, ad quam confugerat, si exeat, & capiatur, est restituendus Ecclesiæ. *Congreg. Immunit. in Anagnina*, *& antea in Aquapendii* 1668. 24. Ian. apud Pascucc. *in compend. ad consult canonic. Jac. Pignatel. par.*1. *tit.* de Immunitate Ecclesiastica, *pag. mihi* 384. 1206

1670. 4. Jun. —— Clausula *verificato prius Jurepatronatus* coram Ordinario, dicitur adimpleta per sententiam in contradictorio judicio ab eodem Ordinario obtentam, juxta praxim traditam per Vivian. *de Jurepatr. lib.*13 *cap.*8 *a n.*12. *usq. ad fin. apud Rotam in Lucana Beneficii coram* Vicecomite, *decis recent. part.*16. *dec.* 323. *n.* 7. 1207

1670. 4. Jun. —— Infamia Beneficiati excluditur ex litteris sui Ordinarii super bona fama, honesta vita, nullaque criminis, vel censuræ innodatione, cui Ordinario regulariter in similibus defertur, per text. *in Clem* 2. *de Offic. Ordinar. apud Rotam in d. Lucana coram* eod *ibid. num.*23 *&* 24. 1208

1670. 16. Jun —— Resignans habetur pro mortuo, & consequenter suæ primævæ possessioni incumbere non valet. *Rota in Monasterien. Canonicatuum coram* Albergato Decano, *decis. recent. part* 16 *dec.*255. *num* 5. 1209

1670. 20. Jun. —— Permutans non potest permutationem impugnare ex eo, quod Compermutans non haberet jus in Beneficio permutato, si 1210

de

de tali non jure scientiam habuit: nec potest redarguere permutationem de nullitate ex hoc capite, & multo minus prætendere regressum, juxta Gloss *in cap. Beneficia, in verb sine culpa, de Praben in 6* cum qua transit Geminian. *ibid. sub num 8. vers. in verb. culpa*, Federic. de Sen. *de rer. permut. qu 7. num* 13. Jo: Andr. & Imolen. relati a Soccin. Sen. *cons.* 68. *num. 2. ver sed iterum adverten. lib. 2.* & generaliter Paris. *de resign. lib. 1. qu. 3. n* 71. *&* 118. *apud Rotam in Calaguritana Archidiacon. de Barbeviego coram* Emerix, *tom. 1. dec 27. n. 1.*

1670. 21. Jun. —— Regulares semel simpliciter approbati possunt in Diæcesi Episcopi approbantis quovis anni tempore, etiam Paschali, & quorumcumque Infirmorum Confessiones audire sine licentia Parochi, quem tamen monere debent de confessione audita saltem per Scripturam apud Infirmum relinquendam, ad quod præcipi possunt ab Episcopo sub pæna suspensionis a facultate audiendi Confessiones *Clement* X *in Bullar. tom. 5. constitut. 7 qua incipit* Superna, *& referunt etiam* Matthæucc. *in Offic. cur. Regular. tom. 2. cap* 15 *num.* 5. §. 10. & Monacel. *in Formular. leg. pract. part. 1 in fine, pag. mihi* 446 ¶ Quoad admonitionem Parochi hoc idem decreverat *Congreg. concil* 1587 2. *Jul. apud* Quaranta *in Sum. Bullar verb* Privilegia Regularium, *pag. mihi* 407. ¶ Vide etiam supra 1616. 22. Jan. 1211

1670. 21 Jun —— Qui Regularibus simpliciter approbatis Paschali tempore confessi fuerint, Constitutioni, quæ incipit *Omnis utriusque sexus*, quoad Confessionem dumtaxat satisfecisse censeantur. *Clemens X. in d. Bullar. loc. cit. & referunt* dd. Matthæucc. *&* Monacel. *ibid.* ¶ Sic antea decreverunt Leo X. in Concilio Lateranensi 1516. 19 Dec. *apud* Cherubin. *in Bullar. tom. 1. constitut. 22 quæ incipit* Dum intra, §. 6 *& refert etiam* Peyrin. *de Privileg. regular. tom. 1. constitut. 26. ejusd. Pontific.* 1212

1670.

1670. 23. Jun. —— Decimas non tenentur solvere Pauperes, si per solutionem ipsis deficeret victus necessarius. *Rota in Hispalen. Decimarum super remissoria coram* Taja, *decis. recent part.*16, *dec.*289 *num.*4. *ubi num.prec dictum fuit*, *quod* cæteroquin etiam Pauperes solvere tenentur Decimas pro Bonis, quæ possident, ex Rebuff. *de Decim. qu.*4. *num.*14. & ex Moneta *itid.de Decim.cap.*5. *quæst.*1. *num.*28. 1213

1670. 27. Jun. —— Cum unio sit quid facti, quod non præsumitur, nisi probetur, *l. in bello*, *ff. de capt. & postlim revers* & præsumptio Juris stet pro statu collativo Parochialis, cum unaquæque Ecclesia de jure suum debeat habere Rectorem, *Can sicut* 21. *qu.* 2. *c. quia nonnulli*, *de cleric. non resid. c. cum ignores*, *de Preben. c. cum singula eo*, *in* 6 & propterea a Jure exorbitet, Calder. *conf.*13. *vers unio*, *de reb. Eccles. non alienan.* Oldrad *conf.* 260. *num.*1. ideo qui unionem allegat, plene, & concludenter probare debet, Dec. *conf.*223. *n.*2. *post med.* Garz *de Benefic. part.*12. *cap* 2. *num.*224. *apud Rotam in Nolana Parochialis coram* Vicecomite, *decis recent part.*16 *decis.*310. *n.*4 *& seqq.* 1214

1670. 4. Jul. —— Officium, seu Beneficium Magistri Cantus vix compatitur cum Officio, & Beneficio Parochi. *Rota in Leodien. Beneficii coram* Taja, *decis receut. part.*16. *decis.*329. *num.*8. 1215

1670. 4. Jul. —— Pastoralis si fuerit nuncupata Ecclesia, idem sonat, ac si eadem dicta sit Parochialis, & Curata, ad text. *in cap. prædicatur*, *vers Pascite* 16. *quæst.* 1. & quod sit Parochialis probatur, si uti talis in antiquis institutionibus enunciatur: si quis illius institutionem, & possessionem accepit, uti de Parochiali: si tanquam talis collata fuit ab Episcopo. *Rota in Leodien. Parochialis coram* Bevilaqua, *d.part.*16.*decis.*317. *num.*8. *& seqq.* 1216

1670. 4. Jul —— Apostasia, quæ non sit perfidiæ per recessum a Fide, sed vel inobedientiæ, vel irregu- 1217

regularitatis, juxta notata per magistralem *Gloss.* 1. *cap.* 2. *del Apost.* non inducit privationem Beneficii ipso jure, Rebuff. *in prax. tit. de modo amittendi Beneficii*, *num.* 47. Garz *de Benefic. pa.* 11. *cap.* 10. §. 1. *num.* 148. *apud Rotam in Marsiaen. Archidiaconatus coram* Vicecomite, *decis. recent p* 16 *decis.* 325. *num.* 13. *ubi num.* 7. *dictum fuit*, *quod* Privationis sententia præcedere debet, antequam dicatur aliquis suo Beneficio privatus, idemque Beneficium vacare.

1670. 4. Jul. —— Crimen, & Delictum excluditur per attestationem Ordinarii, & Officialis illius Curiæ, quorum attestationibus statur in similibus ex regula, quod in Ordinariis præsumitur notitia suorum Subditorum, ad tradita per Canonistas *in Clem.* 2. *de offic. Ordinar. apud Rotam in d. Marsicen. coram* eod. *ibid. n.* 15. 1218

1670. 21. Aug. —— Ordinarii Locorum præcipiant omnibus & singulis Parochis in eorum Diœcesibus existentibus, ut pro Matrimoniis cum exteris contrahendis non faciant Publicationes in eorum Ecclesiis, nisi certiorato Ordinario, a quo, vel ejus Generali Vicario prius teneantur authenticam reportare, quod pro tali Matrimonio fuerunt examinati Testes in eorum Tribunali, qui probant statum liberum contrahere volentium. *Congr. Inquisit. coram Clemente* X. *in Bullar tom* 5 *Constitut.* 13 *quæ incipit* Cum alias, *in fine*, *& refert etiam* Monacel. *in Formular. leg pract. par.* 3. *in append pag. mihi* 313. 1219

1670. 9. Sept —— Occidens a porta Ecclesiæ existentem in Scala ante ipsam, gaudet immunitate, prout censuit *Congr. Immunit. apud* Pascucc *in Compend ad consult. canonic. Jac. Pignatel. p.* 1. *tit* de Immunitate Ecclesiastica, *pag mihi* 386. 1220

1670. 17. Nov. —— Parochi depositio, qui administravit Testatori Sacratissimam Eucharistiam, super illius sanitate mentis, maximi ponderis esse reputatur. *Rota in Avenonien. Fideicommissi* 1221

missi coram Albergato Decano *decis. recent. part.* 16. *decis.* 348 *num* 12.

1670 24. Nov. —— Jurispatronatus uti individuum consolidatur in Patrono præsentante capacem, altero Comparrono præsentante incapacem Gloss. *in cap.* 1. *de Jurepatr.* Corrad *in Prax. benefic. l b.*4. *cap.*6. *num* 2. & 3. *apud Rotam in Papien Commendæ coram* Emerix *tom.* 1. *decis.* 34. *n.* 7 1222

1670. 28 Nov. —— Sacerdos præpositus exercitio Curæ Animarum, & ad audiendas Confessiones deputatus habet majores qualitates, quam simplex Clericus: *Rota in Palentina Beneficii, coram eod. d tom.* 1. *decis.* 35. *n.* 2. 1223

1670. 28 Nov. —— Electio Musicæ pertinet ad Parochos, qui illam vocant propriis sumptibus: Episcopus tamen, ad quem circa celebrationem Divinorum Officiorum cura spectat, debet inspicere, ne quid impurum, aut lascivum inter canendum misceatur, ut admonet Tridentinum *sess.* 22. *in Decr. de observan. vers. ab Ecclesiis verò*, & bene explicat Barbosa *de potest. Episc. par.* 2 *in compend. n.* 3. juncto *num.* 11. *apud Rotam in Majoricen. Jur. canendi cor.* Emerix, *t.* 1. *dec.* 36. *n.* 4. & 5. 1224

1670. 10. Dec. —— Decimæ, & Primitiæ, quæ arrendantur, si ob incuriam Arrendatariorum alteri Personæ solvuntur, non ideo præjudicatur Parocho, & Ecclesiæ, cui illæ debentur. *Rota in Pampilonen. Primitiarum coram* Bourlemont, *decis. recent. par.* 16. *decis.* 382. *num.* 11. 1225

1670. 10. Dec. —— Ecclesia Sacramentalis sibi primitias deberi prætendens adversus Ecclesiam prædialem, consuetudinem legitime præscriptam probare tenetur: prædialis verò super sua pertinentia primitiarum nullam tenetur probare consuetudinem, qua semota, Decimarum, seu primitiarum jus assistit Ecclesiæ prædiali, non autem Sacramentali: & casum decidit text. *in cap fin. de Paroch. apud Rotam in d. Pampilonen. coram eod. ibid. num.* 16. & 17. 1226

1671.

1671. 12. Jan. —— Parochialis non dicitur Ecclesia, si non habet suos limites distinctos, neque Populum, vel alia ad Parochialitatem requisita: & ubi cessat Parochialitas, cessat Concursus. *Rota in Leodien. Parochialis coram* Calataju, *decis. recent. part.* 17 *decis.* 10 *num.* 3. & 4 1227

1671. 16 Febr. —— Pensio super Parochiali non aliter dicitur reservata, quam si pro Rectore centum liberi remaneant: & hi centum intelliguntur de moneta in Regione Parochialis currente, nisi in clausula *Dummodo remaneant centum pro rectore* non addat Summus Pontifex specificam expressionem Ducati auri de Camera, quia verba ista impedirent quamcumque interpretationem. *Rota in Eugubina nullitatis Pensionis coram* Bourlemont, *d. part.* 17. *decis.* 41. *num.* 11. & *seqq.* 1228

1671. 16. Febr. —— Pensio super Parochiali ut dicatur reservata etiam de incertis, de illis fieri debet mentio in Clausula *Dummodo*, &c. & nisi quatenus pro certa pecunia quotannis illa locari consueverint. *Rota in d. Eugubina coram* eod *ibid. num.* 13. & 15. 1229

1671. 23. Febr —— Parochialis erecta in Dignitatem non cadit sub concursu, sed sub Regula quarta Cancellariæ. *Rota in Parmen. Parochialis coram* Bevilaqua, *decis. recent part.* 17. *decis.* 49. *num.* 2. 1230

1671. 23 Febr. —— Episcopus sua facultate ordinaria non potest erigere Ecclesiam Parochialem in Collegiatam, quia hoc spectat ad Summum Pontificem, ut pluribus citatis Auctoribus firmavit *Rota in d Parmen coram* eod *ibid. n.* 4. 1231

1671. 11. Mar. —— Domus noviter conducta pro contrahendo Matrimonio, sine animo habitandi, dicitur conducta ad eludendum proprium Parochum. *Rota in Leodien nullitatis Matrimonii coram* Taia, *decis. recent. part* 17. *decis.* 75. *n.* 14. 1232

1671. 4. Apr. —— Attentans extrahere a cancellis ferreis, vulgo a ferrata Ecclesiæ Reum illi adhæren- 1233

ren-

rentem, incidit in excommunicationem. *Congr Episcop. in Perusina, apud* Pascucc. *in compend. ad consult. canonic. Jac. Pignatel part.* 1. *tit.* de Immunitate Ecclesiastica, *pag. mihi* 384.

1671. 13 Apr. —— Resignatio Beneficii non admittitur, nisi constito quod Beneficiatus habeat aliunde, unde commode vivere possit. *Rota in Hildesinen. canonicatus coram* Albergato Decano, *decis. recent. part.* 19. *tom.* 1. *decis* 348. *num* 2. 1234

1671. 20. Apr. —— Dum ab immemorabili fere tempore, quo aliqua Ecclesia constructa fuit, quilibet de Populo habuit facultatem adeundi illius Rectorem pro recipiendis Sacramentis, & aliis ad Curam Animarum pertinentibus, necessarium dicendum est, fuisse concessum eidem Rectori Fontem Baptismalem tanquam instrumentum, sine quo Curæ jurisdictio exerceri non potuisset, *l.* 2. *ff. de jurisdict omn. Judic.* Barbosa *axiom* 54. *num.* 1. *apud Rotam in Novarien Parochialis coram* Calataju, *decis. recent. part.* 17. *decis.* 104 *num.* 1. *ubi num. seq. dictum fuit, quod* Baptizandi jus potest ab Oratorio, vel Ecclesia non Parochiali præscribi etiam contra Cathedralem, vel Parochiam, *cap. cum olim*, ubi Abbas, *num* 5. Fagnan. *num.* 17 *de præscript. cap. dilectus, de Capell. Monach.* Ascan. Tamburin *de Jur. Abb. tom* 1. *disp.* 15. *qu* 9. *num.* 12. *aliique hoc loc. cit* 1235

1671. 20. Apr. —— Baptizandi, & Matrimonia exercendi facultate concessa, necessario resultat in exercente retentio Librorum Baptismi, & Matrimonii, ut disponit Sacrum Concilium Tridentinum *sess* 24. *cap.* 2. *de reform.* ibique Barbosa *num.* 28. Fusc. *de Visit. lib.* 1. *cap* 7 *num.* 17. & *l.* 2. *cap.* 3 *num.* 24 & 25. *apud Rotam in d. Novarien. coram* eod. *ibid. num.* 4. 1236

1671. 20. Apr. —— Ecclesia ex eo, quod retineat Fontem Baptismalem, non desinit esse Filialis, dum ex actu baptizandi non infertur ad Parochialitatem, nec e contra Ecclesia desinit esse 1237

Parochialis, si non habeat Fontem Baptismalem, nam Baptismus potest exerceri etiam a Laico, & Muliere, Fagnan. *in cap contingat*, *n.*58. *de Decim* Feder de Sen.*cons.*80.*num* 3.*& cons* 135. *in fine*, Gonzal.*ad reg.Cancell gloss* 6.*n.*48. *& seqq.* aliiq citati a *Rota in d. Novarien coram* eod. *ibid. num.* 5.

1671. 20. Apr. —— Textus *in cap. plures* 16 *q.* 1 prohibens duas Ecclesias Baptismales in unica terminatione, vel Parochia, intelligitur de duabus Ecclesiis Baptismalibus cum Parochialitate æque principaliter, ut exponunt *ibid* Archid. *num* 4. & Bellamer *num.*16. vel de duabus Ecclesiis Matricibus, quæ prohibentur esse plures sub unica terminatione propter limitum confusionem Parochialitatis essentiæ repugnantem, & ne unius Sponsæ plures sint Sponsi, & unius Ecclesiæ plura sint capita, *cap.* 1. *de Capell. Monach* Rebuff *in concord. tit de collat. c. statuimus il* 2. *verb Parochialis*, *apud Rotam in d. Novarien. coram* eod. *ibid num* 6. 7. & 8. 1238

1671. 20. Apr. —— Ecclesia una Parochialis in adjutorium principalis Parochiæ intra ejusdem fines, ejusque limites esse non prohibetur. *Rota in d. Novarien. coram* eod. *ibid. num.* 9 *ubi num.* 12. *dictum fuit*, *quod* Baptismatis Fons, & Libri, quamvis conservandi sint in Ecclesia illud exercente, debet tamen eadem esse subjecta Parocho Cathedralis Ecclesiæ. 1239

1671. 4. Maii. —— Parochialis onera, licite parva, & exigui servitii, taxantur ad minus in ducatis viginti. *Rota in Eugubina nullitatis pensionis coram* Bourlemont, *decis. recem par.* 17 *decis.* 120. *num.* 22. 1240

1671. 4. Maii. —— Congrua Rectoris in eisdem ducatis esse debet, in quibus fuit expressa Pensio super illius Parochiali imposita. *Rota in d. Eugubina coram* eod *ibid. num.* 2. *ubi num.* 26. *dictum fuit*, *quod* Congrua Parochialis sufficiens tempo- 1241

re

re Pensionis, & diminuitur ex postea, de fructibus ejusdem Pensionis augetur.

1671. 1. Jun. —— Sepulchri Jus privativum quoad alios resultat ex illius particulari existentia in Ecclesia, in quo solius Familiæ Cadavera sepulta sint. *Rota in Caputaquen. Juris sepeliendi coram* Bourlemont, *decis. recent. par. 17 decis.* 139. *n.* 2. *ubi. num.* 4. *dictum fuit*, *quod* Sepulchri concessionis, & licentiæ probatio deducitur ex illius existentia in Ecclesia cum successiva tumulatione cadaverum, juxta tradita per Posth. *de nut. observ.* 34. *num* 5. 1242

1671. 1. Jun. —— Armorum insculptio probat Sepulchri concessionem, & licentiam obtentam & demonstrat rem esse de dominio, & pertinentia illius, cujus sunt Arma, Stola *in consuet. Sabaud de Insigniis*, *& Armis*, *gloss* 2. *num.* 7. *vers. cum Armis*, *fol.* 139. quæ quidem Arma imprimi non possunt, nisi de voluntate Prælati Ecclesiæ, ad quem harum rerum cura pertinet, Thes. Jun. *qu forens. lib.* 1. *qu.* 11. *ad med. vers. non autem*, Tondut *res benefic. par.* 3 *cap.* 140. *num.* 7 *apud Rotam in d. Caputaquen. coram* eod *ibid. num.* 5. *&* 6. *ubi num.* 9 *dictum tamen fuit*, *quod* Sepulchrum privativum quoad alios ex solis Insigniis non acquiritur, ut innuit Gloss. *in l. vel qua* 6. *verb. monumentum*, *ff de relig. & sumpt funer.* 1243

1671. 1. Jun. —— Sepulchri probatio bene resultat ex illius constructione facta absque contradictione Prælati, & ideo sufficit licentia tacita, Grat. *cap.* 210. *num.* 51. *apud Rotam in d. Eugubina coram* eod. *ibid num.* 8 *ubi num.* 10. *dictum fuit quod* Probationes factæ super Jure Sepulchrorum interesse habentibus faciunt Jus quoad omnes, ad terminos *l. ingenuam*, ubi Gloss. Bart. & DD. *de stat. homin.* 1244

1671. 1. Jun. —— Parochi fides, & Libri circa humationem Cadaverum, etiam in alia Ecclesia, plene probant; Parocho enim in his, quæ perti- 1245

 nent

hent ad ejus officium, plene creditur. Gratian. *cap.*468. *num.*39. & *cap.*754. *num.*24. *in fine*, *apud Rotam in d. Eugubina coram* eod. *ibid. num.* 13. & 14.

1671. 1 Jun. —— In materia Sepulchrorum attenditur Regula *singula quae non prosunt, unita juvant* prout resolvit *Rota in d. Eugubina, coram* eod. *ibid. num.* 17. *ubi num* 20 *dictum fuit, quod* Sepulchrorum Ius dicitur habere annexam causam proprietatis, ex Ubald. *decis.* 153. *num.* 8. & *seqq.* & *decis.* 181. *num.* 1. 1246

1671. 15. Jun. —— Sepulchrum in Ecclesia construi potest, vel absque contradictione Ordinarii, aut de illius licentia cum justa causa, Lotter. *de re benefic. lib* 2. *quaest.* 4. *num.* 11. Barbos. *de Jur. Eccles. lib.* 2. *cap* 10. *num.* 11. *vers. secundo modo, apud Rotam in Calaguritana Praeminentiarum coram* Bourlemont, *decis. recent. par.* 17. *decis.* 163. *n.* 3. 1247

1671. 15. Iun. —— Congrua in Dignitatibus Curatis reservatur a Concilio Tridentino *sess.* 24 *de refor. cap.* 13. nisi tacite, vel expresse eidem derogatum sit *Rota in regien. Pensionis coram* Rondinino, *d. par.* 17. *decis.* 165. *num.* 16. 1248

1671. 19 Jun. —— Si Ecclesia non est Collegiata, praetendi non potest, quod Parochialis in ea existens sit prima Dignitas: Parochialis enim in Ecclesia libere collata ab Episcopo, repugnat Ecclesiae Collegiatae quae solet esse electiva, juxta text. *in c* 1. *de elect.* & *in cap causa noscitur* 6. *de bis, quae fiunt a Praelat. sine consen. Capit. apud Rotam in Beneventana Parochialis coram* Rondinino, *decis recent. par.* 17. *decis.* 196. *num* 4. & *seqq.* 1249

1671. 19 Jun. —— Archipresbyteratus Rurales sine jurisdictione, ac Collegio Dignitates vere non sunt, prout ex *d. cap.* 1. *de elect.* dixit *Rota in Parmen Parochialis coram* eod. *ibid. decis* 195. *n.* 18 & 20. 1250

1671. 1. Iul. —— Dismembratio facta ob impervium iter trium milliarium, quibus Incolae a Pa- 1251

ro

rochiali distabant, ita ut ex difficillimo accessu evidens versaretur Animarum periculum, ne sine Sacramentis decederent, reputatur justissima causa ad hoc, ut Vicarius deputetur, qui dictis Incolis Sacramenta ministret, cura habituali penes Ecclesiam Matricem permanente, ut est Textus expressus *in cap. ad audientiam* 3. ubi DD. & signanter Abbas, *num.* 16. *de Eccles. ædific.* innovatus a Concilio Tridentino *sess.* 21. *de reform. c* 4. ubi Barbosa *num.* 7. *&* 11. aliiq. citati *a Rota in Majoricen. Dismembrationis coram* Rondinino, *dec. recent. par.* 17. *decis.* 204. *num.* 1.

1671. 1. Jul. —— Rectoris accessum, & assensum in Dismembratione Ecclesiæ, ejusque deputatione Vicarii licet Iura requirant, *cap.* 1. *de reb Eccl. non alienan. in* 6. *& cap. ad audientiam, de Eccles. ædific.* id tamen procedit ad effectum, ut Rector sit vocandus, ad hoc ut justitia faciendæ Dismembrationis dignosci queat; quæ si superabundet, ipso quantumvis irrationabiliter reluctante, Dismembratio substinetur, ut explicat Text. *in d. cap ad audientiam, vers. si vero persona*, & habetur in Tridentino *d. cap.* 4. *ibi: etiam invitis Rectoribus, ut prosequitur Rota in d Majoricen. coram* eod. *ibid. num.* 2. 3 *&* 4. 1252

1671. 1. Iul. —— In Dismembratione Ecclesiæ Parochialis Congrua relinquenda est Rectori, qui persolvit mercedem Vicario pro subministratione Sacramentorum deputato, vel deputando cum Populus & Incolæ non nisi in subsidium teneantur solvere mercedem Rectoris deputati, ad clara verba Synodi Tridentinæ *sess.* 21. *de reform c.* 4. & notant Gloss. & DD. *in cap. ad audientiam*, aliiq. citati a *Rota in d. Majoricen. coram* eod *ibid. num.* 5. *&* 6. 1253

1671. 1. Sept. —— Captus a Curia Sæculari, si dum ducitur ad Carceres, ponat alterum pedem super gradum ostii Ecclesiæ, absque eo quod unquam a Satellitibus relinquatur, non suffragatur immu- 1254

nitas. *Congr. Immunit in Sarzenen. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic. Jac. Pignatel. p.* 1. *tit.* de Jmmunitate Ecclesiastica, *pag. mihi* 513.

1671. 16. Nov. —— Decimæ Prædiales debentur Parocho, intra cujus limites bona sita sunt, quamvis Domini; & cultores habitent in aliena Parochia, ibidemque recipiant Ecclesiastica Sacramenta, Abb. *in cap. cum sint homines* 18. *post num.* 6. *circa finem, vers. sed restat videre de Decim.* aliiq; citati *a Rota in Pampilonen. Primitiarum coram* Bourlemont, *decis. recent. par.* 17. *decis.* 208. *num* 1; *ubi tamen num* 9. *dictum fuit, quod* Testes parochiani super Decimis prætensis ab eorum parocho, non sunt integri Testes, nec omni exceptione majores, ex Farin *de testib. quæst.* 55 *num* 212. 1255

1671. 27. Nov. —— Parochi institutio non spectat ad Abbatem, si demandatur capitulo cum approbatione Ordinarii, Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 33. *num.* 99. *cum seqq. apud Rotam in Hispalen. Decimarum coram* Bourlemont, *d. par.* 17. *dec.* 213. *num.* 22. 1256

1671. 4. Dec. —— Confessio Rectoris, quod etiam soluta pensione adhuc remanent centum ducati, intelligitur de ducatis suę regionis, ad Gloss. *solidos*, & ibi Add. *verb. sed inter*, *§. nos autem instit. de Attil. tutore*, *l. si servus* 53. *§. fin. vers deinde regionis*, *de leg.* 1. *l. nummis* 73. *ibi, neque & regione*, *de l.* 3. Cancer *var. resol. lib.* 2. *cap* 6. *num.* 159 *vers. non tamen quoad hoc*, Gratian. *cap.* 884. *num.* 22. *apud Rotam in Eugubina Pensionis coram* Bourlemont, *decis. recent. par.* 17. *decis.* 245. *num.* 28. 1257

1671. 4. Dec. —— Pensio reservata super Parochiali cum clausula *dummodo remaneant centum pro Rectore*, deficiente conditione, remanet nulla in totum, non reducibilis, *Rota in d. Eugubina pensionis coram* eod. *ibid. num.* 32. 1258

1671. 19. Dec. —— Defunctorum Corpora in Eccle- 1259

clesiis Regularium tumulanda, deferenda sunt certo tramite, & per viam a Parocho declarandam ad Ecclesiam ipsorum Regularium, non autem prius ad Parochialem, & hoc servandum esse etiam HæredibusDefunctorum contradicentibus, & ad dictam parochialem prius deferri volentibus, censuit *Congregat. rit. apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. regular. tom.* 1. *cap.* 25. *n.* 26.

1672. 15. Jan. —— Facultas transferendi pensionem ad favorem unius, ad commodum alterius, est insolita, nec præsumitur a Papa concessa. Rota in Imolen. *Pensionis coram* Emerix, *tom.* 1, *decis.* 85. *num.* 7. ex Doctrina Putei, *decis* 512. *num.* 2. *lib.* 2. 1260

1672. 23. Jan. —— Jus decimandi est reale inhærens ipsis terris decimalibus, non autem respiciens hanc, vel illam speciem fructuum, late Bolognett. *cons* 29. *num* 25. *apud* Rotam *in* Ravennaten. *Decimarum coram* Emerix, *decis. recent. par.* 17 *decis* 232. *num.* 4. *ubi num. seqq. dictum fuit, quod* conventio solvendi Decimas de omnibus fructibus, nullam speciem excludit: verba enim universalia non patiuntur restrictionem, *Castren. cons* 17. *num.* 1. *vers. item est fundata, lib.* 2. 1261

1672. 23. Jan. —— Ecclesiæ, per subsequentes investituras, non censetur præjudicatum, neque illius status immutatus, Clar *in §. Emphyteusis, quæst.* 6, *nu.* 2. *apud* Rotam *in d.* Ravennaten. *Decimarum coram* eod. *ibid. nu.* 9. 1262

1672. 23. Jan. —— Decimis non præjudicant novi fructus in parva quantitate recollecti, si de illis persolutæ non sint: sicuti neque præjudicari potest per subrogationem fructuum, de quibus nunquam tuerint illæ solutæ: debentur autem in manipulis, aliisque speciebus fructuum jam recollectis absque ulla deductione expensarum, sine qua quantitas Decimarum per contractum promissa, integra debetur, ut distinguendo tradunt Bart. *in l. fructus, ff. solut. Matrim. num.* 6 & 7. 1263

& 7. ibidemq; Bald. & Alex. *num.* 4. Castren. *num.* 7. Jason. *in fine*, *vers. tertio limita*; & Monet. *de Decim. cap.* 6. *quaest.* 4. *num.* 31. *apud Rotam in d. Ravennaten. coram* eod. *ibid. numer.* 15. 16. & 17.

1672. 23. Ian. —— Primitias esse contradistinctas a Decimis probatur ex dispositione testium, quod etiam Iuris dispositione fundatur: & distinguuntur in nomine, substantia, & causa debendi, Castropal. *oper. moral. tom.* 2. *tract.* 10. *de Decim. & primit. disput. unic. punct.* 16. nam Decima est quota frugum, & aliorum licitè quaesitorum, debita Ministris Ecclesiae ratione administrationis Sacramentorum, juxta illud *in Levit. cap.* 27. & *Genes. cap* 8. Primitiae vero sunt primi fructus terrae oblati Deo illorum Creatori in recognitionem Divini Beneficii, quo ejus ineffabili bonitate, & providentia illis fruimur, ut habetur ex eod. *cap.* 20. & Deuteron *cap.* 26. Monet. *de Decim. vers. Primitiae autem*, Barbos. *de potest. Parochi, par.* 3. *cap.* 27. *num.* 1 *cap.* 28. *num.* 15. *apud Rotam in Bononien. Primitiarum coram* Albergato Decano, *decis. recent. par.* 17 *decis.* 230 *num.* 4. & *seqq.* 1264

1672. 23. Jan. —— Decimam unam habere Episcopum, & aliam Parochum, quae ita essent duae Decimae, de jure non permittitur, cap. 2. ubi notant omnes *de decim.* Butr. *in cap. Pastoralis*, *num.* 19. & Abb. *in cap. sane*, *num.* 6. *eod. tit.* dicens, esse contra Jus Divinum, & humanum, quod de eadem re solvatur duplex Decima. *Rota in d. Bononien. coram* eod. *ibid num.* 11. & 12. 1265

1672. 23 Jan —— Primitiae expressae cum relatione ad Sacrum Concilium intelliguntur etiam de Decimis: secus si exprimantur Decimae, & primitiae cum relatione praedicta, quia tunc relatio restringitur ad ea, in quibus verificari potest, non autem ad caetera, quibus non adaptatur. Surd. *cons.* 379. *numer.* 5. *apud Rotam in Bononien* 1266

coram

coram eod. *ibidem numer.* 15. & 16.

1672. 33. Jan —— Ad probandam præscriptionem negativam Testes deponere debent, quod Decima fuerit a Parochis petita, & a possessoribus denegata cum subsecuta petentium acquiescentia. *Rota in Ravennen. Decimarum coram* Emerix, *tom.* 1. *decis.* 87. *num.* 10. *ubi num.* 12. *dictum fuit quod* dicta præscriptio negativa non datur in jure exigendi Decimas, quando fructus alias in parva quantitate existentes, paulatim & annuatim excrescunt; ex Gloss. *in cap. commissum, verb. pascuis, de Decim.* Monet. *eod. tract. cap.* 4 *qu.* 1. *sub num.* 9. 1267

1672. 23. Jan. —— Non est defraudanda Ecclesia subrogando fructus decimari non consuetos loco aliorum, qui decimantur, ut ponderat Bolognet. *cons* 29. *num* 13. & *seq.* & *num.* 33. *vers. alioquin possent*; Valenzuel. *cons.* 33. *numer.* 33. *lib.* 1. *apud Rotam in d. Ravennaten. coram* eod. *ibid. num.* 13. 1268

1672. 37. Jan. —— Ecclesia ratificare volens contractum nullum, solemnitates pro validitate necessarias servare tenetur, ut notant DD. *ad cap.* 1. *de his, quæ fiunt a Prælat. sine cons. Capit. apud Rotam in Albanen. Transactionis coram* Taia, *decis. recent par.* 17. *decis.* 235. *num.* 13. 1269

1672. 12. Febr. —— Cura Animarum committi non potest, nisi præsente licentia, vel præsentatione Præpositi jus conferendi habentis: & provisio hujusmodi a Capitulo acceptata, & executioni demandata, constituit ultimum statum Beneficii, donec contrarium probetur. *Rota in Leodien. Plebania Congren. coram* Emerix, *decis. recent. par.* 17. *dec.* 255 *n.* 5. & 6. 1270

1673. 14. Mar. —— Ecclesia noviter constructa assumit, & retinet primævam exemptionem, aliaque privilegia, quæ antiquæ competebant, juxta text. *in cap quia Monasterium, de relig. Domib.* Gloss. *in cap. privilegium, vers. item, si autem Superio-* 1271

perioris, *de reg jur. in* 6. Felin. *in cap. cum dilecta*, *num* 21 *vers. quando autem Ecclesia*, *de rescript.* *apud Rotam in Caven seu Caputaquen Jurisdictionis coram* Emerix, *decis recent part.* 17. *decis.* 274. *num* 6

1672. 18. Mar. —— Congrua Parochi loco alimentorum succedit, ex qua ipse, & ejus Familia alimentari, & gradus majestas præservari debet, *cap. extirpan & cap de Monach. de Præb. cap.* 1. *eod tit. in* 6 Rebuff *in tract. de congr. qu.* 4 *in princ.* Cæsar. de Graff. *decis* 6. *num* 11. & 13 *de Præben. apud Rotam in Adrien seu Pennen. Congrua coram* Matthejo, *decis. recent part* 18 *tom* 1. *decis.* 389. *num.* 1. *ubi num.* 3. *dictum fuit*, *quod* Congrua assignatur in recompensam laborum, quibus subjacent Parochi indefessis vigiliis Curam Animarum exercentes, ex Innoc. *in cap. Episcopus*, *num.* 2. *vers. bene licet*, *de Præben.* ubi Panormitanus, & Felin. *num* 6. aliique quamplur. hoc loc. cit. 1271

1672. 18. Mar —— Cum Ecclesiarum Rectores dicantur necessarii Operatores, qui Vineam Christi bonis operibus fructiferam reddunt, digni sunt mercede sua, *cap. quacumque* 12. *qu.* 2. qui enim Altari servit, de Altari vivere debet, *cap. cum secundum Apost. de Præben. cap. penult. caus.* 1 *quæst.* 2. Innoc. *in cap Episc. num* 1. *eod. tit.* Abbas *in cap.* 1. *num* 3. *de Magistr. apud Rotam in d. Adrien. coram* eod. *ibid. num* 6. 7. & 8. 1272

1673. 18. Mar. —— Fructus Ecclesiæ, ubi non agitur de non annullanda Pensione, sed solum de assignanda Congrua Parocho, non adeo rigorose probandi sunt, ideoque leviores probationes sufficiunt *Rota in d. Adrien coram* eod. *ibid. num.* 11. & 12 *ubi num.* 14. & *seqq. dictum fuit*, *quod* sicut nemo propriis stipendiis militare compellitur, etiamsi divitiis abundet, sine difficultate admitti debet, quod Parochi sub vexillis Christi militantes, Congruam uti sibi debitam petere queant antequam solvantur Pensiones impositæ super fru- 1273

fructibus Ecclesiæ, aut aliæ reservationes deducantur; dùm Congrua, quæ Rectori debetur, non debeat computari inter fructus, sed inter impensas necessarias, quæ ab eadem Ecclesia fieri debent: & deductis prius impensis culturæ, Rectores pro consequendo credito Congruæ anteponendi sunt, uti potiores Pensionariis, qui uti creditores fructuum, ex illis solum satisfieri debent.

1672. 18. Mar. —— Parochus, acceptando Ecclesiam Pensionibus, & oneribus gravatam tacite, vel expresse, non sibi præjudicat. *Rota in d. Adrien seu Pennen. congrua coram eod.* Matthæjo, *d. decis.* 389. *n* 25. 1274

1672. 1. Apr. —— Ecclesia Parochialis, licet Archipresbyteratus nuncupetur, non ideo Dignitas esse probatur. *Rota in Parmen. Parochialis coram* Albergato Decano, *decis. recent. part.* 17. *decis.* 297. *num.* 5. 1275

1672. 9. Maji. —— Bona existentia intra limites Parochialis Ecclesiæ sunt subjecta solutioni Decimarum, *cap. cum contingat.* 29 *cap. cum in sua* 30 *de Decim. cap. fin. de Paroch. & cap. ad Decimas* 2. *de restitut. spoliat. in* 6. & ibi communiter DD citati a *Rota in Toletana coram* Castrillo, *decis. recent part.* 17. *decis.* 319. *ubi num seqq. dictum fuit, quod*, eo magis Decimæ debentur, si ultra Juris assistentiam concurrunt Testes super earum exactione: ideoque eas minuere, vel auferre jus habentibus percipiendi non est permittendum, *cap. commissum* 4. *vers. & sicut, cap. cum in sua* 30. *de Decim.* negativa autem Decimarum non probatur, si non docetur illas fuisse petitas, & denegatas; quam quidem negativam probare tenetur qui nullum habet titulum: secus si illarum exemptionem possideat, Gratian. *discept.* 830 *num.* 33. 1276

1672. 30. Maji. —— Ordines sacros suscipiens, & in eis exercens ante ætatem, fit irregularis, po- 1277

potestque privari Beneficio, juxta Constitutionem Pii II. editam 1401. 15. Kal. Dec. innovatam in Reg. 24. Cancellar. de male promotis, & confirmatam ab aliis Pontificibus, prout etiam citatis Auctoribus dixit *Rota in Leodien Beneficii coram* Priolo, *apud* Rosam *de Executorib. litterar. Apostolic. in fine Operis, decis. 5. num. 3. & decis. 6. edita in ead. Leodien. 1673. 6. Febr. coram* Rondinino, *num. 2. ubi quod* sit Beneficii incapax, juxta text. cum ibi notat. in Conc. Trident. *sess. 23. de reform. cap. 12.* & in d Constit. 7 Pii II.

1672. 5. Oct. —— Nullibi cautum reperitur, ut Matrimonio Vagorum Parochos teneri exquirere fidem Baptismatis, quia licet Concilium ipsis Parochis præcipiat, quod non possint Matrimonio Vagorum interesse, nisi diligenti inquisitione præmissa, & obtenta Ordinarii licentia; attamen, ultra quod istas diligentias esse Parochis arbitrarias, & multum pendere a facti, & temporum circumstantiis, dicit Michael Ferr. Manrique *resol. moral. & Vicarial part. 1. num. 7.* omnes versari debent circa inquisitionem status liberi, non autem circa Fidem, & Religionem ipsius contrahentis, & quod Parochus Baptismi fidem teneatur exquirere, ut colligitur ex optimo text. *in cap. Gaudemus, de divor.* ubi Innocentius III. consultans, an Infideles contrahentes in gradu prohibito, ad Fidem conversi libere, & licite possint remanere conjuncti, affirmative respondit, ea præsertim addita ratione, *cum per Sacramentum Baptismi non solvantur Conjugia, sed Crimina dimittantur*, ut resolvit *Rota in Romana prætensæ Immissionis coram* Marcello Severolo, *decis. recent. part. 14. decis. 535. num 49. & 50.* 1278

1672. 5 Oct. —— Quamvis posset dici, quod Parochi, qui eamdem Fidem exquirunt, prudenter se gerant, non per hoc, si id facere omittunt, possent redargui, & reprehendi, ac ex eo 1279

de-

deduci, quod per necesse illam viderint, cum ad id Contrahentes hortari, non autem cogere possint: quemadmodum in simili, licet ipsi Parochi curare debeant, ne sponsi contrahere volentes peccato mortali ad Matrimonii Sacramentum accedant, & ob id Peccatorem publicum, aut occultum Matrimonium contrahere volentem admonere de necessitate Confessionis, aut contritionis, & si ista ignorent, docere Fidei rudimenta, ac de Symbolo Fidei, & Decalogi, ac Ecclesiæ præceptis illos instruere; si tamen aliquis ex Sponsis id facere recuset, vel quia dicat se esse contritum, vel quia conteri nolit, aut sit incapax, & rudis addiscendi, vel id omnino recuset, non ob id ipsi Parochi per longum tempus, aut ubi sponsi instarent, Matrimonium illis impedire valent, ne Matrimonium celebrent, & illorum Matrimonio ipsi valide, & sine peccato assistunt, ut post alios late docet Boss. *de contract. Matrim. cap.* 15. *sub num* 2. *vers quo facto*, *& num.* 5. *ac per tot apud Rotam in d. Romana coram* eod *ibid num.* 52. *&* 53

1672. 5. Oct. —— Quando etiam ex præscripto Sacri Concilii Tridentini in Matrimonio Vagorum Parochus teneretur inquirere fidem Baptismatis Vagi contrahere volentis, quod est falsum; attamen animadvertendum, quod Parochus hoc potuit omittere, cum certum sit, quod, si Parochus non servata dispositione dicti Decreti Conciliaris, nempe non præmissa diligentia, & obtenta Ordinarii licentia Vagum in Matrimonium conjunxerit, licet ipse Parochus peccet mortaliter, non per hoc Matrimonium erit invalidum, ut post Veracruz, Henriquez, Petr de Ledesma, & alios late probant Sanchez *de Matrim. lib.* 3. *disput.* 25. *num.* 16. 17. Guttier. *in simili tract. cap.* 65. *num.* 15. *& cap.* 67 *num.* 2. Perez *itid. de Matrim disp.* 40. *sect.* 8. *n.* 9. Molphes. *in Sum. Theol. moral. tract.* 4. *cap.* 6. *numer.* 5. 1280

mer. 5. Homob. de Bonis *de exam. Eccles. tract.* 11, *cap.* 10. *quaest.* 33. *resol* 1. & 2. Barbos. *de Episcop. alleg* 32. *num.* 74 & *de offic. & potest. Parochi*, *cap.* 21. *num.* 89 *apud Rotam in d. Romana coram* eod. *ibid. num* 34.

1673. 13. Jan. —— Licet jus sepeliendi non sit essentiale constitutivum Parochiae, cum ex concessione, privilegio, vel consuetudine aliis Ecclesiis non Parochialibus competere possit, juxta Feder. de Sen. *cons.* 135. *num.* 2. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancellar. gloss.* 6. *num.* 55. Hojed *de incompatibil. Benefic. par* 1 *cap.* 13 *num* 6 Azor. *instit. moral, par.* 2 *lib.* 9. *cap.* 3. §. *Baptismalis*, Gratian *discept.* 865 *num.* 14. est tamen unum ex consecutivis ad Parochiam, ita ut posita Parochia, necesse sit ponere jus sepeliendi Homines in ea decedentes, qui alibi Sepulturam non elegerunt, ad terminos text. *in cap* 1. & *cap. cum liberum* 6. *de Sepult.* & ad explicationem text. *in cap placuit* 13. *quaest.* 2 & *in cap fraternitatis* 3. *de Sepult.* decrevit Bonifacius VIII *in cap* 2. §. *si quis illo eod. tit. in* 6 *apud Rotam in Tranen. Juris sepeliendi coram* Rondinino, *decis. recent. part* 18. *tom.* 1 *decis.* 7. *num.* 7. & 4. 1281

1673. 13. Jan. —— Ecclesia postea aedificata pro majori Populi commoditate, in adjutorium Ecclesiae Matricis dicitur fuisse constructa, eo pacto, quo Mater generat Filios, juxta Gloss. *in Clem.* 1. *vers. Matricem*, *de sent. excom.* & *in Clem unic. de Baptism.* prout requiritur ad hoc, ut Ecclesiae sint Matrices, & respective Filiales, ad terminos text. *in cap. ad audientiam* 3. *de Eccl. aedific in cap. ex transmissa* 10. *de praescript. in cap. praeterea* 10. *de transact.* & *in Clem.* 1. *de sent. excom.* & notant Canonistae omnes *in cap. cum contingat* ubi Abbas, *n.* 8. *de Decim. in cap. venerabilis*, *de verb. signific.* Rebuff. *de Decim. quaest.* 6. *n.* 71 *aliiq.* citati *a Rota in d. Tranen. coram* eod. *ibid n.* 7. & 8. 1282

1673. 13. Jan. —— Ecclesia una si sola Parochia- 1283
lis

lis existat; cæteræ dicuntur Filiales, & adjutrices illius, juxta hypothesim Rebuff. *de Decim. quæst.* 6 *num.* 19 Suarez *de relig. lib.* 1. *cap.* 24. *n.* 1. *in fin.* Gratian. *discept.* 865. *num.* 25. juxta celebre cons. Oldrad. 67. & But. 3. *apud Rotam in d. Tran. Juris sepeliendi coram eod.* Rondinino, *d. par* 18. *tom.* 1. *decis* 7 *num.* 10.

1673. 13. Ian. —— Ecclesia Matrix in dismembratione alterius Ecclesiæ sibi subditæ, potest sibi præservare jus sepeliendi, ad terminos text *in c. ex transmissa* 10. *de prascr.* id tamen debet expresse facere, juxta doctrinam Butr. concludentis per exempla exoneratis *in cap. ad audientiam*, *n.* 12. *de Eccles. ædific.* Lotter. *de re benefic. lib.* 10. *q.* 28. *num.* 53. alias omne id, quod non est exceptum, in dismembratam Ecclesiam translatum dicitur: & præservatio illa intelligitur de aliis juribus præterquam consecutivis ad dismembrationem ipsam *Rota in d. Tranen. coram* eod. *ibid. num* 13. 14. & 15 1284

1673. 20. Febr. —— Unionem Ecclesiæ Parochialis cum Monasterio non probat sola perceptio Decimarum, quæ fit ab Abbate, cum de jure speciali percipi possint etiam ab eo, qui non sit Parochus, Gonzal *ad reg* 8 *gloss* 6. *num.* 56 Lotter. *de re benefic quæst.* 28. *par.* 1, *num.* 54 *apud Rotam in Leodien. Parochialis coram* Calataju, *dec. recent. par.* 18. *tom* 1. *decis.* 32 *num.* 4. *ubi num seq. dictum fuit*; *quod* Abbas ut dicatur vere Parochus, ultra exactionem Decimarum, cætera quoque emolumenta Parochialia percipere debet, assignata sola congrua Vicario, juxta doctrinam Abb. *in cap. expesuisti*, *in fin de Praben.* Zabarell. *in Clem.* 1. *num.* 10. *de offic Vicar.* 1285

1673. 6. Mar. —— Consensus Ordinarii in erectione Beneficii Ecclesiastici ex lapsu longi temporis cum observantia præsumitur. *Rota in Florentina Capellania coram* Rondinino, *decis. recent par.* 18. *tom.* 1. *decis.* 48. *num.* 9. 1286

1673. 6. Mar. —— Beneficium sæculare dicitur, si sem- 1287

semper vacavit per obitum, vel resignationem, & si est adscriptum inter Beneficia Ecclesiastica, & fuit ab Ordinario visitatum, prout ex Paris *de resignat. lib.* 2. *quest.* 1. *num.* 118. *& seqq.* dixit *Rota in d. Florentina coram* eod *ibid. num.* 14

1673. 6. Mar. —— Capellania prophana si ter, aut bis fuerit semper collativa, præsumitur Ecclesiastica, etiamsi dubitetur, an fuerit constructa cum consensu Ordinarii, vel ne, Leo *de offic. Capellani, qu.* 3. *n.* 40. & prius dixerat Gomez *in reg de annali, qu.* 20 *in fin. apud Rotam in d Florentina coram* eod. *ibid. num* 18. 1288

1673. 17. Mar. —— Dispensationem illegitimitatis non probat assecutio Beneficii, nisi doceatur, Ordinarium habuisse notitiam ejusdem illegitimitatis. *Rota in Pampilonen. Beneficii coram* Calataju, *decis. recent part.* 18. *tom.* 1 *decis.* 73 *num* 6. 1289

1673. 12. Maji. —— Fundatio Capellaniæ adnotata existens in Secretaria Episcopatus non habetur in consideratione, si illa postea fuerit a Pontifice exclusa. *Rota in Vaden. Distributionum coram* Emerix, *d. part.* 18. *tom.* 1. *decis* 104. *num.* 8 1290

1673. 15 Maji —— Unio Parochialis pleno jure censetur facta donatione Ecclesiæ cum omnibus Decimis, Primitiis, & Oblationibus, ut ex Vitalin *in Clem frequent, num.* 48 *&* 49. *de excess Prælat.* Paris. *cons* 44 *num* 5. *lib.* 1 Garz. *de Ben part.* 12. *cap* 2. *num* 256. dixit *Rota in Tarraconen. Prioratus coram* eod. *tom.* 1. *decis.* 150. *num.* 2. 1291

1673. 16. Jun —— Congrua, quæ reservatur Rectori Curam Animarum exercenti non debet pendere ab incerto, cum venter non patiatur dilationem: nec admittit incertas, & possibiles obventiones: ab hujusmodi autem Congrua deduci debet impensa vini, Hostiarum, olei pro lampadibus, salaria Clericorum, & alia necessaria pro manutentione, & servitio Ecclesiæ. *Rota in Majoricen. Pensionis coram* Albergato Decano, *decis. recent. part.* 18. *tom.* 1. *decis.* 130. *num.* 9. *&* 10. 1292

1673.

1673. 3. Jul. —— Episcopus; & habentes causam ab eo, habent intentionem fundatam in perceptione Decimarum contra Parochum non probante Parochialitatem, & situationem intra limites Parochiæ de tempore concessionis factæ ab Episcopo, *cap. quoniam* 13. *de Decim.* Barbosa *de potest. Parochi*, *par.* 3. *cap.* 28. *num.* 14. *apud Rotam in Gnesnen. Decimarum coram* Emerix, *tom.* 1 *decis.* 169. *num* 1. 1293

1673. 27. Nov —— Capellania non potest dici Beneficium, si illa non habeat dotem, neque Rectorem perpetuum. *Rota in Florensina Capellaniæ coram* Rondinino, *decis. recent. par.* 18. *tom* 1. *decis.* 182. *num* 12. 1294

1673. 1. Dec. —— Sacramenta tempore Paschali, & infirmitatis subministrari non possunt, nisi a proprio Parocho. *Rota in Leodien. Parochialis coram* Calataju, *decis. recent. par.* 18 *tom.* 1. *decis.* 192. *num* 3. 1295

1673. 1. Dec. —— Parochialis Ecclesia dicitur illa, quæ æque in antiquis, ac modernis enunciativis semper fuit nominata Parochialis *Rota in d. Leodien. coram* eod. *ibid. num.* 4. *ubi num seq dictum fuit*, *quod* probatur etiam esse talem ex collatione tanquam de Parochiali ab Episcopo facta. 1296

1673 1. Dec. —— Prædicandi munus spectat ad Episcopum, & ideo non computatur inter onera Beneficii. *Rota in Beneventana Pensionis coram* Calataju, *decis. recent. par.* 18. *tom.* 1. *decis.* 188. *num.* 11. 1297

1673. 11. Dec. —— Ecclesia pro substentatione Beneficii non tenetur excutere Bona penes tertios existentia, Cyriac *contr.* 5. *num.* 145. *apud Rotam in Valentina suppressionis Beneficii coram* Calataju, *d. par* 18. *tom.* 1. *decis.* 197. *num.* 9. 1298

1674. 12. Jan. —— Fructuum Beneficii parte unita alteri Ecclesiæ, non ideo privatur Rector suo titulo, prout ex Garz. *de Benefic par.* 12. *cap.* 2 *n* 4. dixit *Rota in Nolana parochialis coram* Matthæjo, 1299

S *decis.*

decis. recent. par. 18 *tom.* 1. *decis.* 204. *num.* 25.

1674. 19. Ian. —— Congrua tunc solum immutatur ex augumento redditum Bonorum Ecclesiæ, si dominium remanet penes Parochum: secus si apud Vicarium, ut videtur sentire Gloss. *in cap. Avaritia, verb redditus in fine*, ubi adducitur *cap quod sequitur, de Monach. eod. tit apud Rotam in Barchinonen. Congrua coram* eod *d. par.* 18. *tom.* 1 *decis.* 218. *num.* 9. 1300

1674 19 Ian. —— Congrua si fuit sufficiens pro aliis Rectoribus, etiam hodie, & moderno Rectori sufficere debet *Rota in d. Barcinonen. Congrua coram* eod *ibid num.* 10. 1301

1674. 19. Ian. —— Unioni non repugnat, quod omnes fructus Vicario remaneant, & Parocho habituali sola eorum pars assignetur, *Rota in d. Barcinonen. Congrua coram* eod *ibid, num.* 14. 1302

1674. 26 Ian. —— Ob nullitatem alienationis non servata forma Beneplaciti Apostolici recte competit Ecclesiæ reintegratio; cum ex actu nullo ob defectum solemnitatum regulariter quidem amittatur possessio, quæ in animo consistit, dummodo non adsit defectus consensus, quotiescunque agatur de personis, quæ possunt desinere animo possidere, ad text. *in l.* 1. *§. si vir uxori*, ubi notavit Rainer de Forolivio *ff. de acquir. possess.* Iason *in l. indebiti*, *§. sed et si nummi*, *in* 2. *notab. ff. de condit. indeb.* Ruin. *cons.* 137. *num.* 11. *vol.* 1. *apud Rotam in Cracovien. Spolii coram* Rondinino, *decis. recent. par.* 19 *tom.* 2. *decis.* 433 *n* 5. & 6. 1303

1674. 26. Ian. —— Ecclesia per contractum a Prælato gestum possessionem non amittit, cum potius nomine Ecclesiæ eidem Prælato possessoria remedia competant, juxta text. *in cap littera*, ubi Abb. *num* 3. *de dilat.* & *in l. jubemus* 10. *in fin. Cod. de Sacros. Eccles.* quem text. ad hoc inducit Bart. *in l.* 1 *§. si vir uxori*, *num* 3. ibiqu. Iason. *num.* 28. aliique quamplures citati a *Rota in d. Cracovien. coram* eod. *ibid. num.* 7. 1304

1674.

1674. 16. Febr. —— Ad augmentum Cultus Divini maxime facit, quod quælibet Ecclesia habeat suum proprium Rectorem, ut tradit Mandos *ad reg* 12. *Cancellar. quæst.* 6. *num.* 2. *apud Rotam in Tarraconen. Prioratus coram* Emerix, *tom.* 1. *decis.* 182. *num.* 5. & *inter recent. par.* 19. *tom.* 2. *decis.* 434 *eod. num.* 1305

1674. 9. Apr —— Fides Parochi, & aliorum publicorum Ministrorum ideo probant, quia defertur Scripturæ, vel Libris, super quibus deponunt, non autem ipsis, juxta doctrinam Bart. *in l. nuda ratio*, *num* 5 *vers. si vero*, *ff. de donat.* & in his terminis loquitur Spad. *cons.* 51. *num.* 7. & 8. *vol* 2. *apud Rotam in Cusentina Cantoratus coram* Rondinino, *decis. recent. par.* 18. *tom.* 1, *dec* 262. *num* 9. 1306

1674. 9. Apr. —— Assignatio facta Parochis de Decimis utpote ligitiosis effectis ipso jure est nulla, ac si facta non fuisset, durante lite, ut ex Abb. *in cap. Ecclesia S. Mariæ* 3. *num* 10 *ut lit. pend.* Lancellot. *de attent. lit pend. p.* 2. *c.* 4, *in præf illat.* 3 *num* 520. Farinac. *in fragm verb litigiosæ*, *par.* 2 *num* 235. & *seq.* Cyriac. *controvers.* 533. *num.* 45. Olea, *de cess. jur. tit.* 3 *qu.* 11. *num.* 2. dixit *Rota in Toletana Decimarum de Capilla coram* Bourlemont, *decis. recent. par.* 19 *tom* 2 *decis.* 440 *num* 7 *ubi n seq dictum fuit*, *quod* Decimæ sic assignatæ transire dicuntur in assignatarios cum vitio litigiosi, vel verius transit solus litis eventus, quæ cum assignante agitatur. 1307

1674. 9. Apr. —— Matrimonium simpliciter contractum in facie Ecclesiæ non reputatur conditionale ex hoc, quod a Viro contractum fuerit cum supposito falso ipsi facto ab Uxore, quod Liberos prioris Matrimonii non haberet *Rota in Romana Quartæ coram* Emerix, *tom.* 1. *decis.* 192. *num.* 4. 1308

1674. 16. Apr —— Testis Affinis sponsæ pro ejus parte inductus, si non sit omni exceptione major, 1309

In Causa declarationis nullitatis Matrimonii venit reiiciendus; *cap. 1. § inquisita*, ibique Gloss. & DD. *de Consang.* Dec. *cons.* 133. *num.* 4. *vers. ergo pari er*, Paris. *cons.* 55 *num.* 19 *lib.* 4. *apud Rotam in Bononien. Matrimonii coram* d. Emerix, *d. tom.* 1. *decis.* 195. *num* 3.

1674. 16 Apr. —— Consuetudo, quod Sponsalia non censeantur contracta, nisi post tactum manuum, est multum attendenda, prout in hac materia attendendam esse docent Sanchez *de Matr. lib.* 1. *disput.* 18. *num.* 15. & *disput.* 22. *num.* 2. Perez *eod. tract. disput* 4 *sect.* 6 *num.* 2 Leander *qu. moral. tract.* 9. *de Matrim. disput.* 1, *qu.* 43. *vers. clarius*, *apud Rotam in d. Bononien. coram* eod. *ibid. num.* 6. 1310

1674. 16. Apr. —— Licet Sponsalia per Patrem nomine Filiæ contracta possint per ipsam ratificari per solam taciturnitatem si sit præsens, & per expressum vel tacitum consensum si sit absens, ut expresse disponit text *in cap. unic. §. porro*, *de despons. impub. in* 6. & late tradit Sanchez *de Matr. lib.* 1. *disput* 23. *num.* 6. & *seqq.* debet tamen de tali consensu saltem tacito plene constare per legitima, & certa signa; non autem per æquivoca, ex quibus non inducitur ratificatio; Soccin. Sen. *cons.* 24. *num.* 46 *lib.* 1 Surd. *decis* 221. *num.* 3. *apud Rotam in d. Bononien. coram* eod. *ibid num.* 8. & 9 1311

1674. 16. Apr. —— Ratificatio Sponsalium non inducitur ex quo Sponsa modeste subriserit postquam audierat, se fuisse alicui in Sponsam per Patrem promissam: *Rota in d. Bononien coram eod ibid num.* 10. *ubi tamen num seq. dictum fuit*, *quod* tr[illegible]missio Munusculorum facta Sponsæ per per Sponsum plurimum facit ad probanda Sponsalia, ex originali doctrina Glossi *in cap. litteras*, *verb. placere consueverint*; *vers. vel dat aliqua munuscula*, *de despons. impub.* Sanchez *de Matrim lib.* 1. *disput.* 16. *num* 6. *vers. vel mittit munuscula*. 1312

1674.

1674. 27. Apr. —— Permutatio Beneficii publicari non debet, si Permutatarius in illius possessione existat: etiamsi illam consequutus fuerit ex provisione nulla: *Rota in Valentina Vicariæ coram* Calataju, *decis. recent. par.* 18. *tom.* 1. *decis.* 273. *num.* 8. 1313

1674. 8. Jun. —— Decimæ, & alia, quæ in dies pro certa summa locantur, vel locari possunt, habentur pro certis fructibus, ad terminos text. *in l. divortio* 8. §. *quod in anno*, ubi præ cæteris Bart. *num.* 2. Castren. *ibid. in fin.* Jason. *num* 8. *ff. sol matrim.* sed tales dici non possunt Funeralia, Oblationes, & similia, quæ sunt penitus incerta, neque pro determinata Pensione locantur, ex ratione text. *in l. Sejo* 10. §. *Medico*, *ff. de legat. ann. apud Rotam in Majoric. Pensionis coram* Rondinino, *decis. recent. par.* 19. *tom.* 1. *decis.* 375. *n.* 20. & 21. 1314

1674. 15. Jun. —— Monasterium habens Jura Parochialia, fundatam habet intentionem exigendi Decimas super omnibus fructibus, & in omnes suos Parochianos, Moneta *de Decim. toto cap.* 4. & 5. & *cap* 6. *ex cap Parochianos* 14. & *cap. a nobis* 24. *de Decim. apud Rotam in Carpentoraten. Decimarum coram* Taja, *decis recent. part.* 18. *tom.* 1. *decis* 323. *num* 1. 1315

1674. 18. Jun. —— Domus Parochi non computatur inter fructus Beneficii, neque Domus Capellani, nisi sit solita locari, quia tunc non est dubium, quin computetur, & augeat fructus Capellaniæ. *Rota in Lauretana Pensionis coram* Albergato Decano, *d. par.* 18. *tom.* 1. *decis.* 325. *n.* 12. 13. & 16. 1316

1674 18 Jun —— Consensus Parochi super reservatione Pensionis recipit conditionem a Pontifice appositam *dummodo remaneant centum pro Rectore*, adeo ut Pensionarius non relevetur ab onere probandi valorem Parochialis, etiamsi Parochus reservationi consenserit: in quibus terminis est anti- 1317

tiqua, & celebris decisio in Salamantina Pensionis coram Gypsio relata a Garz. *de Benefic. par.* 1. *cap.* 5 *num* 464. & a Lotter. *de re benefic. lib.* 1 *quæst.* 38. *num.* 45. *apud Rotam in Bononien. Pensionis coram* Rondinino, *decis. recent. par.* 19. *tom.* 1. *decis.* 372. *num.* 1. & 2.

1674. 18. Iun. — Consensus Rectoris super reservatione Pensionis etiam cum expressione, & affirmativa valoris Beneficii restringitur ad tempus gratiæ. *Rota in d Bononien. coram* eod *ibid. num.* 5. *ubi num seq. dictum fuit, quòd* Clausula *dummodo remaneant centum pro Rectore* verificari debet non solum de tempore gratiæ, sed etiam in futurum, juxta Garz *de Benefic, par.* 1. *cap.* 5. *n.* 399 & 400 1318

1674. 18. Jun. — Parochus si non simpliciter Pensionis reservationi consensit, sed etiam Beneficii valorem affirmavit; ipse probare debet, quod sibi remanet Congrua. *Rotà in d Bononien. coram* eod *ibid. num.* 8, *ubi num. seq. dictum fuit; quòd* Pensio reducitur, quotiescunque probato valore Parochialis, & soluta Pensione, non amplius remanerent centum pro Rectore. 1319

1674. 28 Nov. — Congrua Rectori excommunicato declarato non debetur, ad notata per Gloss. & DD *in cap inter leximus, de judic. & in cap excommunicamus, §. credentes, de Hæret apud Rotam in Algaren. Pensionis coram* Matthæjo, *decis. recent. par.* 18. *tom* 1. *decis.* 374 *num* 7. 1320

1675. 1. Febr. — Cadaveris exhumatio, ob vexationem humanarum cinerum, quoad fieri potest, est semper vitanda; propter scandalum, quod exinde resultat, Gemin. *in cap. nonsolum, in fin de appellat. in* 6. Marsill. *singul.* 199 *num.* 1. aliique quamplures citati a *Rota in Tranen. Juris sepeliendi coram* Rondinino, *decis. recent. par.* 18. *tom* 2. *decis.* 429. *num* 3 *ubi num seq. limitatum fuit*, nisi vel justa causa excusaret a restitutione Cadaveris, quo casu expensæ, & alia ad funus con- 1321

consequutiva restituuntur, juxta text. *in cap. litteras, de restit. spoliat* Sanchez *de* Matrim. *lib* 10. *disput.* 12. *sub num.* 22 vel e converso dolosa contraventio in spretum inhibitionis ad primęvum juris rigorem, attentati funeris purgationem redigerat, ex Menoch. *in cap. non solum, num.* 8 *in fin de appellat in* 6. Vestr. *in prax lib* 8. *cap* 4 *num* 8 *ante finem; vers. admoneo tamen.*

1675. 4. Febr. —— Decimæ Ecclesiæ Matricis censentur ab ea dismembratæ, & spectare ad Filialem, eo ipso quod illa intra ejus limites fuit erecta. *Rota in Hispalen. Decimarum coram* Vicecomite, *decis. recent. par.* 18. *tom.* 2. *decis* 437 *n.* 7. *ubi num seq. dictum fuit, quod* Dismembratio Decimarum ab Ecclesia non inducitur, si cessante necessitate Ecclesia noviter erecta habebat sufficientes redditus. 1322

1675. 4. Febr. —— Cura non dicitur spectare ad Abbatem, si Persona, quæ illam exercere debet, eligenda sit a Capitulo cum approbatione Episcopi vicinioris, non autem ejusdem Abbatis, Butr. *in cap. de Monach sub num* 8. & Abb. *num* 7. *de Praeben.* Lotter *de re benefic lib.* 1. *qu.* 33. *n.* 99. *apud Rotam in d. Hispalen. coram* eod. *ibid. n* 8. 1323

1675. 4. Febr. —— Decimæ non dicuntur assignatæ Ecclesiæ noviter erectæ, nisi hoc expressum sit, quamvis illi fuerit assignatum territorium earundem Decimarum. *Rota in d. Hispalen coram* eod. *ibid. num* 11. *ubi num.* 13 *dictum fuit, quod* Papa in dismembratione Ecclesiæ non censetur voluisse comprehendere Decimas, quæ jure particulari, & extraordinario exiguntur, ex Castrill. *quotid. controv. lib.* 6. *de tertiis Decimar. cap.* 36 *a num.* 8. *tom.* 7. 1324

1675. 4. Febr. —— Episcopus pro Decimis nullam contra Laicos habet jurisdictionem, sed tantùm contra Ecclesias Parochiales super illarum quarta, ut solvendo quæstionem excitatam per Gloss. *in cap. conquerente, verb. decimationum,* & con- 1325

ciliando textuum antinomiam explicat alia Gloss. *in cap. cum contingat*, *verb. de Jure communi*, *de Decim.* Abb. *in d cap. conquerente*, *num* 2. Barbos. *de potest. Episc. alleg.* 86. *num* 35. & *seqq* & *num*. 38. *vers. unde*, *apud Rotam in d. Hispalen. coram* eod. *ibid. num.* 20.

1675 18. Febr. —— Assistentia juris super tumulatione Parochianorum assistit in favorem Parochorum, per text. *in cap. is cui*, *de Sepult.* & *in Clement. dudum*, §. *hujusmodi*, *eod. tit. apud Rotam in Trojana Juris funerandi coram* Albergato Decano *decis. recent. par.* 18. *tom* 2. *decis.* 456. *num* 6. 1326

1675 8. Mar. —— Fides Parochi, aliorumque Religiosorum ratione dignitatis eorum, magis attenditur, quam fides aliarum Personarum. Paris *cons* 54 *num* 30. & 31. *vol.* 4. *apud Rotam in Anconitana separationis Thori coram* Rondinino, *d. par.* 18. *tom.* 2 *decis.* 463. *num.* 11. 1327

1675. 29. Mar. —— Dictum Sacerdotis a Parocho deputati supplet personas, & depositiones aliorum Testium favore Matrimonii, ita ut plene probet, ut notat Bald. *in l si quis ex argentariis*, *in* §. *quod ante*, *num.* 1. *C. de eden* Alex *cons.* 56. *num* 12. *lib* 2. Roman. *cons.* 486 *in fin.* ibique Addit D qui plures cumulat, & in his terminis Sanchez *de Matrimon lib.* 3. *disput.* 41 *num* 5. *vers. secundo quia* § *apud Rotam in Leodien. Matrimon. coram* Emerix, *tom.* 1. *decis.* 253. *num.* 6 1328

1675. 29 Apr. —— Matrimonium contractum coram Parocho Conjugum validum est & per omissionem Denunciationum non annullatur. *Congr. Concil. in Spoletana*, *apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic. Jac. Pignatel. par.* 2 *tit.* de Matrimonio, *pag. mihi* 42. 1329

1675. 10. Maii —— Parochus omnibus Decimis privari non potest, Ascan. Tamburin *de Jur. Abb. tom* 1 *disput.* 15. *quæsito* 18. *num.* 3. Rebuff *de Decim quæst.* 14 *in fin.* Monet, *eod tract cap.* 5. *n.* 17. 1330

num. 17. *apud Rotam in Hispalen. Decimarum coram* Calataju, *decis. recent. par.* 18. *tom.* 2. *decis.* 511. *num.* 8.

1675. 10 Maii. —— Decimæ regulariter debentur etiam Ecclesiæ diviti, ex sententia D. Thom. *in* 2.2. *quæst.* 87. *art.* 3. *ad primum*. Suarez *de Relig lib.* 1. *tit. de Decim. cap.* 11. *num* 9. Mandos. *cons* 31. *in fine*, Rota *in Hispalen. coram* eod *ibid. n* 15. 1331

1675. 10 Maii. —— Parochi per dismembrationem seu privilegia Decimarum in favorem alterius Ecclesiæ læsionem reportare dicuntur, Rota *in d. Hispalen. coram* eod. *ibid. num.* 16. ex Gregor *decis.* 351. *n.* 11. 1332

1675. 13. Maii. —— Sicuti una Mulier non potest duos, vel plures Sponsos habere, *cap.* 1. *de spons. duor.* neque unum Corpus duo Capita, quia esset monstruosum, *c. quia plerisque, de offic. Ordin.* ita neque Ecclesia duos, vel plures Curatos, *c. cum non ignores, de Præben. can. in apibus* 7. *qu.* 1.° *can sicut unaquaque* 21. *qu.* 2. *apud* Rotam *in Vicen. Hebdomadariæ coram* Albergato Decano, *decis. recent. par.* 18. *tom.* 2. *decis.* 516. *num* 2. 3. & 4. *ubi num seq. dictum fuit, quod* plures Hebdomadarii deputat. ad exercitium Curæ non possunt dici plures Parochi, ex Felin. *in cap. in nostra, sub num.* 15. *ante finem, vers. idem dicas, de rescript.* & ex Oldrad. Mandos, Gonzal. Lotter. *ibid. citatis.* 1333

1675. 10 Jun. —— Conventus in Ecclesia Parochi erigi non potest sine consensu Rectoris, qui non est cogendus ab Ordinario ad illum præstandum, Marches. *in prax. Vicar. Capitul. par.* 2. *tit.* 26. *num.* 59. & 64. *apud Rotam in Cracovien. Census coram* Taja, *decis. recent. par.* 18. *tom.* 2. *decis.* 536. *num.* 18. & 19. 1334

1675. 17. Jun —— Repugnat, quod ille, qui per plures annos antea fuerat Rector Ecclesiæ Parochialis, fit postea Clericus, contra text. *in c. licet Canon & cap. commissa, de elect. in* 6. Clem. *ut ii, qui, de ætat. & qualit.* renovata per Sacr. Conc- 1335

Conc. Trident. *seff.* 22. *cap.* 24 *de reform. apud Rotam in Cremonen. Juris patronatus coram* Emerix, *d. par.* 18 *tom.* 2. *decif.* 550. *n.* 18.

1675. 26. Iun. —— Parochus licet habeat fundatam intentionem super exactione Decimarum, tamen adversus donationem de illis factam, Parochialitatem ante donationem probare tenetur. *Rota in Cracovien. Decimarum super bono Jure coram* Rondinino, *decif. recent. par* 18. *tom.* 2. *decif* 574 *num.* 3. 1336

1675. 26. Jun. —— Parochialitas præsentis temporis non arguit Parochialitatem ad tempus præteritum, juxta notata per Staphyl. *de qualit. & stat. Benef num* 2. Rebuff. *in Prax. Benefic. tit. Sæculare Beneficium, quo duplex, num* 11 *apud Rotam in d. Cracovien. coram* eod. *ibid. num* 8. 1337

1655. 28. Jun. —— Decima, quæ solvebatur de agro, adhuc debetur, etiamsi in illo Domus construatur, Barbosa *ad cap.* 4 *de Decim num.* 2. *apud Rotam in Carpentoraten. Decimarum coram* Taja, *decif. recent. par.* 18. *tom.* 2. *decif.* 582. *n.* 4. 1338

1675. 28. Jun. —— Decimæ alio judicantur jure inter Parochum prædialem, & Sacramentalem, alio vero si litigatur inter Parochum prædialem, & suos Parochianos. *Rota in d. Carpentoraten. Decimarum coram* eod. *ibid. n.* 7. 1339

1675. 1. Iul —— Parochiales Functiones exerceri non possunt post introductam causam, ex vulgata regula Textus *tot. tit ut lite penden: nihil innovetur, apud* Rotam *in Comen. Dismembrationis coram* Rondinino, *decif. recent. par.* 18. *tom.* 2. *decif.* 595. *n.* 1. & 2. 1340

1675. 1. Jul. —— Transactio super Juribus Parochialibus facta a Parocho non præjudicat Parochianis; Conventio enim inita inter Parochum, & Capellanum, non debet Parochianis præjudicium inferre. *Rota in d. Comen. coram* eod. *ibid. n.* 3. & 7. 1341

1675. 13. Jul. —— Possunt Cadavera deponi arbitrio 1342

trio Hæredum in qualibet Ecclesia usque a tempus illa processionaliter deferendi ad Ecclesiam Sepulturæ, non obstante dissensu Parochi, seu prohibitione ab eodem facta uti Vicario Foraneo, à quo tamen petenda est licentia, licet non obtineatur: Servanda tamen est Synodus quoad tempus humationis. *Congregat. Rit. in Senogallien. apud* Matthæucc. in *Offic. Cur. regular. tom. 1. cap. 25. n. 1. ad I.*

1675. 13. Jul. —— Illatis Cadaveribus privatè ab Hæredibus ad aliquam tertiam Ecclesiam per modum Depositi, Regulares congregari debent in illa Ecclesia tertia, ubi Cadaver fuit depositum, & non in parochiali, ad effectum illa associandi ad Ecclesiam, ubi sunt tumulanda. *Congregat. rit. in d. Senogallien. apud* eund. *ibid. ad II.* 1343

1675. 13. Jul. —— Cadavera sepelienda in Ecclesiis Regularium, antequam ad eorum Ecclesiam deferantur, non debent prius asportari ad Parochialem, & in ea permanere ad aliquod tempus. *Congregat. rit. in d. Senogallien. coram* eod. *ibid. ad III.* 1344

1675. 13. Iul. —— Regulares non sunt cogendi ad exeundum a propriis Ecclesiis ad effectum associandi Cadavera in eisdem sepelienda, sed sufficit, quod illa expectent ad januas. *Congregat. rit. in d. Senogalien. apud* eund. *ibid. ad IV.* 1345

1675. 13. Iul. —— Vocato Parocho, & ipso renuente intervenire, vel alterum mittere, licet Regularibus absque Parocho deferre Cadavera in eorum Ecclesiis sepelienda, & in hujusmodi Funeribus nihil dandum est Parocho ultra solitum. *Congr. rit. in d. Senogallien. apud* eund. *ibid. ad VI.* 1346

1675. 15 Nov —— Curatus unius Diæcesis (quæcunque sit) in transitu Cadaveris, quod processionaliter defertur ad Ecclesiam Regularium ab alia Diæcesi, transeundo per propriam Parochiam, 1347

chiam, & Jurisdictionem, non potest aliquam partem ceræ, & pecuniarum prætendere. *Congr. Episcop. apud* Matthæucc. *in offic. Cur. regul. tom.1. cap.25. num.8.*

1675 15. Nov. —— Proprius Parochus Defuncti transeundo per Parochiam unius Parochi, alterius cujuscunque Diæcesis, ad effectum deferendi Processionaliter Cadaver ad Ecclesiam Regularium, potest libere, & licite per eandem cum stola, & Cruce elevata transire, etiam irrequisito Parocho. *Congreg. rit. apud* eund. *ibid. num 9.* 1348

1675. 2. Dec. —— Pensio reservata super Parochiali cum clausula *dummodo remaneant centum pro rectore*, substinetur in eo, quod excedit Scuta centum debita Rectori pro sua Congrua. *Rota in Majoric Pensionis coram* Taja, *decis. recent. par.19. tom.1. decis.379 num 3* 1349

1676. 10. Jan. —— Fides Parochi super probatione paupertatis pro consequendis alimentis, & sumptibus litis, non attenditur, sed rejicitur a *Rota in Romana Vineæ super alimentis coram* Albergato Decano, *decis. recent. part.18. tom.2. decis.612. num. 5.* 1350

1676. 7 Febr. —— Successor Beneficii si integros fructus percepit, integram etiam Pensionem persolvere tenetur. *Rota in Faventina Pensionis coram* Calataju, *d. part. 18. tom. 2. decis. 646. num 8.* 1351

1676. 2. Mar. —— Decimæ de jure spectant ad Parochum, qui solus in illis habet Juris assistentiam; & dicenti contrarium incumbit onus probandi *Rota in Hispalen Decimarum coram* Taja, *d part.18. tom 2. decis 661. n.6.* 1352

1676. 2. Mar —— Episcopus, ubi Parochiæ non sunt distinctæ, ipse dicitur universalis Parochus, & ad eum solum spectant Decimæ. *Rota in Hispalen. Decimarum coram eod. ibid num. 7.* 1353

1676. 2. Mar. —— Decimæ etiam sine Parochia præ- 1354

præscribi possunt; ita ut virtute præscriptionis aliquis illas exigat a Parochianis, ad text. alleg. a Barbosa *de Jur. Ecclesiast. cap.* 26 §. 2. *n.* 48. *vers. contrariam autem sententiam*, *apud Rotam in d. Hispalen. coram* eod. *ibid. num.* 11.

1676. 20. Mar — Pensio Parochiali imposita non sustinetur, si illius redditus sint reducti ad annua scuta septuaginta; vix sufficientia, non pro Pensione; sed pro sola Congrua Rectoris. *Rota in Faventina Pensionis coram* Calataju, *decis. recent part.* 18. *tom.* 2. *decis.* 680. *n.* 8. 1355

1676 17. Apr. — In materia Decimarum sicut & in quavis alia, tantum dicitur præscriptum, quantum fuit possessum; & non amplius, *l. quod meo*, *§. fin. ff. de acquir. poss.* Gloss. *in cap. audititi* 15 *in verb. interruptionem*, *in fin. de præscript.* Giovagnon. *respons.* 28. *n.* 1. *lib.* 2. Guttier. *canon. quæst. lib.* 2. *cap* 2. *num.* 83. *apud Rotam in Conchen. Decimarum coram* Emerix, *decis* 295. *num.* 6 *tom* 1. 1356

1676. 23. Jun — Clausula posita in Brevibus Indulgentiarum; scilicet: *Volumus autem, ut si alias Christi Fidelibus dictam Ecclesiam visitantibus alia Indulgentia perpetua, vel ad tempus nondum elapsum duratura, concessa fuerit, præsentes litteræ nullæ sint*; non comprehendit Altaria Privilegiata pro Defunctis. *Congreg Indulgentiar. in Cameracen. apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. regular. tom.* 1. *cap.* 6. *num.* 14. 1357

1676. 1. Jul. — Beneficium esse amovibile ad effectum manutentionis, sufficit sola deputatio Parochi; vel alterius Beneficiati, prout ex Rip. *in cap. cum Ecclesia Sutrina*, *num.* 52. & 53. *de caus. possess. & propr.* Menoch. *de retin. remed. ult. num.* 34. *apud Rotam in Marianen. Juris eligendi, & amovendi Curatos coram* Vicecomite, *decis recent part.* 18. *tom.* 2. *decis.* 773. *n.* 1. 1358

1676. 1 Jul. — Parochus, seu Plebanus Beneficii uniti nudum habet exercitium, & potius dicitur Servitor, cui certa merces datur, quam 1359

vere

vere Parochus, & Plebanus. *Rota in d. Marianen. coram* eod. *ibid. num* 8

1676. 1. Jul. —— Matrimonium probatur ex fide Parochi, qui aliquos in Matrimonio conjunxit, & Testium qui interfuerunt, qui licet Consanguinei, in hac materia probant, ut inquit text. *in cap.* 3. *de his, qui Matrimonium accusare possunt, apud Rotam in Cathacen. Matrimonii coram* Taja, *decis. recent. part.* 18. *tom.* 2. *decis.* 779. *num.* 4. 1360

1676. 11. Dec —— Mulier divertens a Viro, non sua levitate, sed judicio Episcopi, & Ecclesiæ, ad illum redire cogi non debet, Gloss. *ult in Can. Agathusa* 27 *qu.*2. *& Can. multorum* 35. *qu.* 6. *cap. de illa*, & ibi Gloss. Abb. & Canonistæ *de divort. apud Rotam in Barchinonen Divortii coram* Vicecomite, *d. part.*18. *tom.*2. *decis.*801. *n.*1. 1361

1677. 11. Jan. —— Congruam exercenti Curam Animarum solvere tenentur qui percipiunt Decimas spectantes ad Ecclesias Parochiales, juxta dispositionem text *in cap* 2. *§ Ubi autem, de Decim. in* 6. & notant Rebuff. *de Decim quæst.* 7. *n.* 4. Tondut. *resol. Benefic. cap* 58 *num.*16 *apud Rotam in Vallisoletana Congrua coram* Emerix, *tom.*1. *decis.* 300. *num* 2. *ubi num seqq. dictum fuit, quod* translatio Decimarum præsumitur facta cum tali onere præstandi Congruam exercentibus Curam Animarum, ex Rebuff *de congr. port. num.* 48. *& seqq.* & ex Gratian *disceptat.* 366. *num.*20 1362

1677. 11. Jan. —— Quantitas Congruæ regulanda est secundum qualitatem Loci, numerum Personarum, quibus subministranda sunt Sacramenta, & redditus Parochiarum quarum Cura est commissa Parochis, aliaque onera ab his subeunda. Gloss. *in cap. extirpandæ, verb. sufficiens, de Præben.* Rebuff. *de congr. port. num.*61 *& seqq.* Tondut. *qu. benefic. cap* 58. *num.*13 *&* 14 *apud Rotam in d. Vallisoletana coram* eod. *ibid. num.*4. *ubi num.*7. 1363

num. 7. *dictum fuit*, *quod* Congrua debet esse talis, ut Parochi, qui laborant in agro Domini, spiritualia Parochianis ministrando, absque sollicitudine aliunde quaerendi sibi victum, commode vivere possint, ut notat d. Rebuff. *loc. citat. numer.* 78. ne alias propter eorum inopiam proprium officium negligant, Populoque sibi credito, quem coercere, & a quo revereri debent, sint ludibrio, ac indigna eorum gradui cogantur committere, Lotter, *de re benefic. lib.* 2. *quaest.* 12. *num.* 25.

1677. 11. Jan. —— Non potest imputari Parocho quod Beneficium Curatum cum incompetenti 1364
Congrua acceptaverit, *Rota in d. Vallisoletana coram* eod. *ibid. num* 13. *ubi num.* 14. *dictum fuit*, *quod* Constitutio Pii V. taxans Congruam, loquitur de Vicariis, non autem Parochis, pro quibus ponderanda sunt praemissa de qualitate Loci, numero Personarum, redditibus Parochiarum, &c & ex diversis non fit illatio, vulgata *leg. Papinianus*, *ff. de minor.*

1677. 15. Jan. —— Nullis existentibus Parochis, 1365
solus Ordinarius habet intentionem fundatam in Decimis *Rota in Toletana Decimarum de Capilla coram* Bourlemont, *decis. recent. part* 19. *tom.* 2. *decis.* 466. *num.* 17.

1677. 15. Jan —— Curati ad nutum amovibiles 1366
nec jus, nec titulum, nec possessionem acquirunt, sed tantum merentur mercedem uti Capellani, Ministri simplices, & Servitores: & cum non sint proprie Parochi, non habent interesse in Decimis, nec proinde in earum controversiis sunt citandi. *Rota in d. Toletana coram* eod. *ibid num* 19. *& seqq.*

1677 15. Jan —— Si in Diaecesi nulli existant Pa- 1367
rochi, Ordinarius habet ubique jus proprium, & immediatum tanquam Parochus universalis, ut tradit Gonzal. *ad reg.* 8. *gloss.* 6. *num.* 80. *cum seq.* Put. *decis.* 361. *num.* 5. *lib.* 1. *apud Rotam in d.* To-

Toletana coram eodem *ibidem num.* 63.

1677. 29. Jan. —— Condemnatio facta ab Episcopo, Beneficiato non nocet, si ille in gradu appellationis absolutus sit. *Rota in Asten Præpositura coram* Calataju, *decis. recent. part.* 19. *tom.* 1. *decis.* 319. *num.* 1. 1368

1677. 29 Jan. —— Matrimonium probatur ex partita a Libro Matrimoniorum Parochi extracta, quæ fidem facit indubitatam, ut tradiderunt Sanchez *de Matrim. lib.* 3. *disput.* 15 *num.* 22 Mascard. *de probat. conclus.* 672. *n.* 18. *cum seqq* & alii, quos refert Barbosa *ad Concil sess.* 24. *de reform. cap* 1 *num.* 164. *apud Rotam in Olomucen canonicatus coram* Vicecomite, *d. par.* 19 *tom* 2. *decis.* 468. *num* 2. 1369

1677. 8 Febr. —— Nulla Ecclesia, excepta Matrice, seu Cathedrali, fundat de Jure intentionem in subjectione aliarum Ecclesiarum inferiorum, nisi quatenus illam probet ex jure speciali, vel præscriptione desumpta ex tex. *in cap. Dilectus* 2. *de Capell Monach.* ubi communiter Canonistæ *apud Rotam in Burgen. Preminentiarum coram* Bourlemont, *d. par.* 19. *tom* 2. *decis.* 469. *n.* 1. 1370

1677. 8. Febr. —— Pagus, seu Villa de Jure nullam habet jurisdictionem, sed subest Oppido, in cujus Territorio manet, juxta Extravag. *qui sint Rebelles*, §. *quoniam*, & ibi Gloss. *verb. Lombardia*, *vers. Villa*, *apud Rotam in d. Burgen. coram* eod. *ibid. num.* 4. *ubi num.* 12. *dictum fuit*, *quod* Ecclesiæ Parochiales extra Oppidum, dicuntur de Oppido, concurrente observantia. 1371

1677. 8 Febr. —— Regularibus tantum prohibitum est facere Processiones extra eorum Ecclesias, illarumque ambitum, prout habet *Rota in d. Burgen. Præeminentiarum coram eod.* Bourlemont, *d. decis.* 469 *n.* 48. 1372

1677. 8. Febr. —— Parochi tenentur omnibus diebus festivis Missam celebrare in propria Ecclesia, non autem in alia, quacunque consuetudine 1373

dine in contrarium non obstante, per text. *in cap. ut Dominicis* 2 *de Paroch.* & adduct. a Barbos. *Apost. decis. collect.* 555. *n.* 1. *apud Rotam in d. Burgen coram* eod *ibid n.* 67.

1677. 8. Mar. —— Parochiæ Iura, Ecclesiæ simpliciter unita pro sola applicatione redditum, remanent penes Vicarium. *Rota in Cavallicen. Decimæ Fani coram* Emerix, *decis. recent. par.* 19. *tom* 1. *decis.* 321. *num.* 13. 1374

1677. 22. Mar. —— Receptum passim est, consuetudine induci posse, ut ex certa specie fructuum Decima non solvatur, ut notant Monet. *de Decim. cap.* 26. §. 3 *num.* 65. & 66. Tondut. *quæst. benefic. par* 1. *cap* 39. *num.* 3. ad introducendam autem hujusmodi consuetudinem non requiritur, ut Decima fuerit petita, & denegata, licet hoc requiratur ad præscriptionem. *Rota in d Cavallicen. coram* eod. *tom.* 1. *decis.* 323. *num* 1. & 2. & *postea in Moguntina Readificationis Chori* 1680. 11. *Mar. coram* eod *ibid. decis.* 440. *num* 3. 1375

1677. 29. Mar. —— Fructus Bonorum Ecclesiæ judicari debent secundum tempus contractus, non autem inspici tempus superveniens, quo Bona alienata melioris conditionis effecta fuit. *Rota in Neapolitana Beneficii coram* Bourlemont, *decis. recent, par.* 19. *tom* 2. *decis.* 472 *n.* 24. 1376

1677. 29. Mar. —— Ecclesia diruta retinet nomen Ecclesiæ, eique debetur honor, & reventia, quamvis ejus vestigia vix appareant, ut tradit Lotter *de re benefic. lib* 1. *quæst.* 12. *num.* 45 Frances *de Eccles. Cathedr. cap* 7. *num.* 49. *apud Rotam in d. Neapolitana coram* eod. *ibid, n.* 31. 1377

1677. 29 Mar. —— Ut Ecclesia dicatur nova Consecratione indigere, sufficit ejus devastatio in majori parte, ut docet Gloss. *in cap. proposuisti* 4 *verb. reconciliari, circa med de Consecration.* Barbos. *de Episc. alleg.* 27. *num.* 13. Sola igitur ejus area est maxima pars Ecclesiæ, cui superficies cedit, arg. text. *in l. qui res* 98. § *aream, vers.* 1378

non est his similis, *ff. de sol* Gloss. *in leg Domo* 21. *vers. pars ejus*, *ff. de pign. act. apud Rotam in d. Neapolitana coram* eod *ibid. num* 32. *&* 33.

1677. 29. Mar. —— Possessio capta de Ecclesia suffragatur etiam quoad illius Bona, cum Ecclesia dicatur res suas possidere. *Rota in d. Neapolitana coram* eod *ibid num.* 35. *ubi num. seqq. dictum fuit*, *quod* Possessionem principalioris Ecclesiæ sufficit capere, ut dicatur capta etiam de aliis Ecclesiis dependentibus. 1379

1677. 2 Apr. —— Decimæ ex causa legitima possunt ad alium spectare, quam Parochum, ad litteram text. *in Clement.* 1. *de Decim.* ubi Vitalin. *num* 71. Cardin. *in Clement.* 1 *sub num.* 7 *de Jurepatr* Rebuff. *de congr. num.* 108. *apud Rotam in Cracovien. Decimarum super bono Jure coram* Rondinino, *decis. recent. par.* 19. *tom.* 1. *decis.* 68. *numer.* 3. 1380

1677 2. Apr. —— Assignatio Sedis, & Sepulturæ in Ecclesia spectat ad Fundatores qui sunt in hac quasi possessione, nemine alio comparente, qui hoc idem jus ad se pertinere contendat, Abb *cons.* 106 *sub num.* 1. *vers item tertio*, *lib.* 2. & ampliatur, si huic assignationi Rector Ecclesię assensum prę-stiterit, nec Ordinarius dissenserit *Rota in Burgen. Juris sedendi coram* Vicecomite, *d. par.* 19 *tom.* 2. *decis.* 474. *n.* 3. *&* 4. 1381

1677 2. Apr —— Rector Ecclesiæ potest istius loca distribuere, & assignare, salvis juribus honorificis Patrono ejusdem Ecclesiæ competentibus. *Rota in d. Burgen. coram* eod. *ibid n.* 5. *ubi n.* 6. *& seqq* limitatur, si Patronus in Fundatione jus prohibendi tales assignationes sibi reservaverit: non tamen valet illatio a Jurepatronatus ad jus prohibendi, ne Rector Ecclesiæ possit istius loca assignare. 1382

1677. 7 Maii. —— In Fundatione Capellaniæ de consensu Ordinarii possunt apponi conditiones bene visæ, & signanter exclusivæ reservationis 1383

ra-

ratione mensium. *Rota in Florentina Capellaniæ coram* Bourlemont, *decis.recent.par.*19. *tom* 2. *decis* 476. *num.* 1.

1677. 25. Jun. —— Congrua debetur Parocho a Capitulo percipiente omnes Decimas spectantes ad Ecclesias Parochiales, ut planum est ex text *in cap.*2. *§.ubi autem*, *de Decim.in* 6. & taxatur in scutis centum auri computatis computandis juxta consuetudinem loci: & sic taxata non dicitur excessiva, habita ratione loci, Parochianorum, & redditus Beneficii, & onerum, quæ subeunda sunt, juxta Gloss.*in cap.extirpanda*, *verb.sufficiens de Præben.apud Rotam in Vallisoletana Congrua coram* Emerix, *d.par.* 19. *tom* 1 *decis.* 112. *num.* 3. 4. *&* 5. 1384

1677. 25. Iun. —— Pactum Regularium non tumulandi Cadavera in eorum Ecclesia absque licentia Capituli habentis Jura Parochialia est licitum & de Iure validum, per text litteralem *in cap* 1 *de pact. in* 6. & servandum est, cum nihil magis naturale, & humanæ fidei consonum sit, quam pacta servare, *l. prima*, *& l. jurisgentium*, *§.Prætor ait*, *ff.de pact.* & tale pactum potest iniri absque Beneplacito Apostolico, quia cum sit de Iure permissum, Apostolicum Beneplacitum non requiritur, ut in terminis loquitur text.*in cap.*3. *de pact in* 6.*apud Rotam in Oxomen Observationis concordiæ coram* Vicecomite, *d.par.*19 *tom.*2.*dec.*477 *num* 1. 2. *&* 5. 1385

1677 28. Iun. —— Concordia facta super Decimis, seu Primitiis inter Curatos, & Beneficiatos non eget consensu Episcopi, vel Beneplacito Apostolico, *ad cap.ult. de pact. in* 6 & ibi Gloss. *antecessori*, ac Barbos *ibid. num.* 1. & eo magis; si observata fuit a semisæculo *Rota in Hispalen.decimarum coram* Taja, *decis. recent. par* 19. *tom.* 1. *decis.* 118. *num.* 6. *&* 7. 1386

1677. 15. Nov. —— Parochus potest esse etiam non Sacerdos, si ex constitutione Ecclesiæ alius 1387

Sacerdos Curam exercere debet, donec ille Sacerdotium assumat. *Rota in Pampi onen. duorum quartorum Beneficii coram* Albergato Decano, *d. par.* 19. *tom.*1. *decis* 129 *n.* 13

1678. 25. Ian. —— Iuris assistentia decimandi, quæ militat favore Parochi, Duran *decis.* 46. *n* 4. Cels. *decis.* 18. *num* 2. non procedit contra habentes pro se centenariam, & immemorabilem, quæ meliorem quemcunque titulum de mundo secum affert, *cap. super quibusdam, de verb signific l.* 1. *§. ductus aquæ, ff de aqu. quot & æstin. apud Rotam in Hispalen Decimarum coram* Pauluccio, *decis. recent par.* 19 *tom.* 1. *decis* 152 *n* 3. 1388

1678. 25 Ian. —— Libris Ecclesiæ plene creditur, etiam ad favorem ejusdem Ecclesiæ, Dec. *cons.* 146. *num.* 14 *vers. ita conclusio*, Lotter. *de re benefic. lib.* 2. *quæst.* 33 *numer* 32. *apud Rotam in d. Hispalen. Decimarum coram* eod *ibid. numer.* 8. 1389

1678. 14. Febr. —— Rectores Ecclesiarum Parochialium non possunt examinari ab Episcopo, nisi ad normam Decretorum Sacræ Congregationis Concilii Tridentini. *Rota in Compostellana Juris examinandi coram* Pauluccio, *decis. recent par.* 19. *tom* 1. *decis* 167 *n.* 1 1390

1678. 14. Febr. —— Ut Parochus possit denuo examinari ab Episcopo, requiritur vehemens suspicio inhabilitatis, & imperitiæ, de qua constare debet in scriptis. *Rota in d. Compostellana coram* eod. *ibid. num* 2 *ubi num seqq dictum fuit, quod* Rector excommunicatus ab Episcopo ad hoc, ut se subiiciat novo examini, absolvendus est saltem ad cautelam, ut tuto Divinis se ingerere possit, *cap.* 2. *cap.* 7. *§ porro, de senten. excomm. in* 6 1391

1678. 14. Febr. —— Parochus ad Curam jam receptus non dicitur contempsisse Episcopum, eique restitisse, si sine causa ipsum ad novum examen velit compellere, Decian. *cons.* 54 *n* 9. & 1392

& seqq. lib. 3. Capic. Latr. *consult* 1. *num.* 58 *apud Rotam in d Compostellana coram* eod. *ibid. num.* 9

1678. 14. Febr. —— Inhabilitas Parochorum ad novum examen subiiciendorum excluditur, si illi ad numerum effrenatum ab Episcopo examinari velint. *Rota in Compostellana Juris examinandi coram* Pauluccio, *decis. recent. par.* 9. *tom* 1. *decis.* 166. *num* 4 *ubi num. seqq. dictum fuit, quod* inhabilitas in suis Curatis prætensa ab Episcopo cessat, si illi ab alio Superiore examinati, idonei sunt reperti. 1393

1678. 14. Febr. —— Assertiones Episcopi vagæ non sufficiunt super inhabilitate suorum Parochorum, ne sit in ejus arbitrio illorum famam gravare, eos novo examini subiiciendo, Pignatel. *consult* 132 *num.* 19 *lib.* 1. *apud Rotam in d. Compostellana coram* eod. *ibid n* 9. & 10. 1394

1678. 14 Febr. —— Ab examine novo facto ab Episcopo de suis Parochis datur appellatio ad effectum devolutivum, ut notat Barbosa ad Concil Trident. *sess.* 21. *cap.*6. *num* 9. ac proinde acta sunt redigenda in scriptis, ut possint transportari ad Iudicem ad quem, qui valeat ex illorum revolutione cognoscere validitatem Decreti contra Parochos. *Rota in d. Compostellana coram* eod. *ibid n* 11 & 12. 1395

1678. 14. Febr. —— Suspicio supervenientis inhabilitatis ad Curam debet esse eo magis fundata, quo in favorem Parochorum militat vehemens præsumptio habilitatis, ex quo Parochiale Beneficium sunt adepti prævio examine per concursum, juxta præscriptum Sacri Concilii Tridentini *sess.* 24. *de reform. cap* 18. prout censuit *Rota in d. Compostellana coram* eod. *ibid num.* 13. ex Oldrad. *cons* 18 *post princ.* Felin *in cap. ex litteris, num.*6 *de consti* Dec *in cap. cum venerabilis, n.* 150 & 154. *de except.* Pignat. *consult.* 132 *n.* 5. *tom* 1. 1395

1678. 8. Apr. —— Contractus initus de rebus Ecclesiæ, servatis debitis solemnitatibus, ex vi Be- 1396

neplaciti Apostolici, habet præsumptionem utilitatis, & validitatis pro se, Ricc. *in Prax. alien. rer. Eccles. par.* 1 *resol.* 13. *num.* 1. Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 14. §. 10. *n.* 5. juvante insuper sententia Executorum super evidenti utilitate, ejusque diuturna observantia: tuncque præsertim, cum Executores ipsi assumentes partes Judicis ob clausulas in Brevi insertass processerunt servata forma Commissionis, Rosa *de Executorib. Litterar. Apostolicar. cap.* 4. *num.* 339 *apud* Rotam *in Lucana Bonor. coram* Paulutio, *decis. recent. par.* 19. *tom.* 2. *decis.* 548. *num.* 1 2. & 3.

1678 8. Apr. —— Ubi agitur de alienatione rerum Ecclesiæ inferioris, quæ habeat proprium Rectorem, tunc ipse citandus est, & de eo intelligitur clausula *vocatis vocandis*, Corrad. *in Prax. dispens lib.* 9. *cap.* 5. *num* 13. Pacion; *ubi supra*, §. 9 *num.* 28 & 29 cum ejus proprium, & naturale munus sit defendere Ecclesiam suam, supplente Summi Pontificis Beneplacito per Iudices Commissarios Episcopi auctoritatem, si requireretur, *ex cap. sine exceptione* 12. *quæst.* 2. ut observat Berous *cons.* 88 *num.* 20. & 21 *lib.* 1. *apud* Rotam *in d. Lucana coram eod ibid n.* 7. & 8. 1397

1678 8 Apr —— Rector ad instar Tutoris auctoritare non potest contractum ejus Ecclesiæ ad proprium commodum, §. *fin. Instit tit. de auctor. Tutor. l idem*, § *cum autem*, *ff. de testam. tut. l. sæpe*, *ff. de Curat fur*: cum suspectus quodammodo ipse rector consanguineus acquirentium redderetur rationabili præsumptione, ut tradit Ricc. *in Prax. alien. rer Eccles. resol.* 16 *n.* 1. quæ quidem præsumptio cessat, & eliditur ex quo debitæ solemnitates fuerunt adhibitæ, & intervenit Executorum sententia, quæ omnia inducunt præsumptionem longe potentiorem, ut limitando generalem regulam notant Ricc. *d. resol.* 16. *num.* 3. *ubi num.* 5 *addit, quod* ex præsumptione affectionis in Consanguineos alienatio facta, a Rectore non redditur 1398

nul-

nulla, *Rota in d. Lucana coram* eod. *ibid num.* 19. *& seqq.*

1678. 22. Apr. —— Bona patrimonialia Fabricæ Ecclesiarum Parochialium, maxime stante consuetudine, possunt per Communitatem, seu Laicos administrari. *Rota in Lucana prætensæ Unionis coram* Paluccio, *decis. recent. par.* 19. *tom* 1. *dec.* 203. *num.* 2. *ubi num.* 11. *dictum fuit, quod* Bona patrimonialia Ecclesiæ non possunt dici unita cum aliis Bonis ejusdem Ecclesiæ, si illa a Laicis, hæc autem ab ipsa Ecclesia administrata sunt. 1399

1678. 22. Apr. —— Licet Rectori de Iure competat administratio Bonorum Ecclesiæ, nec in ea possint Laici sese immiscere, *can Judicatum* 89. *dist.* Bona tamen operæ, seu Fabricæ sunt separata a patrimonialibus Ecclesiæ, de quibus loquitur *dict can* ideoque nullum est inconveniens, ut a Sæcularibus tractentur, maxime cum ea lege fuerint ab Institutoribus relicta, Buratt. *dec.* 22 *num.* 1. adstipulante præsertim immemorabili consuetudine, quæ inducta plurimum, imo omnia in hujusmodi materia operatur, *cap. duo simul, de offic. Ordin. cap. cum contingat, de for. compet. l. sed & ea*, juncta *leg. seq. ff. de legib. apud* Rotam *in d. Lucana coram* eod. *ibid. num.* 13 *& seqq.* 1400

1678. 9. Maii. —— Anniversarium, celebratio Missæ, & aliud quodcunque onus expressè in Fundatione appositum, adimplendum est, ad text. *in can. penult.* 18. *qu.* 2. *apud Rotam in Pampilonen. Anniversarii coram* Taja, *decis recent. p.* 19 *tom* 1. *decis.* 210. *num.* 5. *ubi num seqq. dictum fuit, quod* onus injunctum ab eo qui auxit dotem Beneficii, & ab Ordinario etiam qui præstitit consensum institutioni, adimpleri debet: variatio autem permittitur etiam post erectionem Beneficii, modo tamen sequatur ante consensum Episcopi. 1401

1678. 9. Maii. —— Onus Beneficii a Beneficiato acceptatum, ab eo impugnari amplius non potest; 1402

test, etiamsi Testator, & Fundator illud Beneficio non imposuerit. *Rota in d. Pampilonen. Anniversarii coram* eod *ibid. num* 8.

1678. 3. Jun. —— Parochi fundatam habent intentionem in administratione Sacramentorum, in exercitio omnium actuum, & jurium Parochialium, in exactione Oblationum, ac Funeralium, tam in Ecclesia Parochiali, quam intra fines totius Parochiæ privative quoad omnes, *cap. dilectus, de Capell. Monach. cap. fraternitatem, de Sepult.* pluresque Auctores citati a *Rota in Mediolan. Jurium Parochialium coram* Matthæjo, *decis. recent. part.* 19 *tom.* 1. *decis.* 225, *num* 1. 1403

1678. 3. Jun. —— Parochi plures ejusdem Ecclesiæ esse possunt, ad quos una simul totale ministerium Ecclesiæ pertineat, quia Juri non repugnat, quod duo, vel plures non possint esse in solidum Curati, *in cap non ignoret*, Ioan. Andr. *sub n* 2. *vers. sed contra, de Præbend. & Dignit.* Hostien. *ibid. num* 6. Butr. *pariter, num.* 6 Mil *in Rep in verb. Eccl. apud Rotam in d. Mediolanen. coram* eod *ibid. num* 2. 1404

1678. 3. Iun. —— Parochi ubi sunt plures unius Ecclesiæ, non omnes possunt esse Sponsi, sed repræsentant Sponsum, nempe Parochum, & de cætero vere habent Curam ipsam omnimodam, Innoc *in cap. cum non ignores, num.* 1. *de Præben.* Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 20. *a num.* 142. *ad* 143 *apud Rotam in d. Mediolanen. coram* eod. *ibid. num* 3 1405

1678. 3. Iun. —— Parochi plures, licet singuli dici non possint Rectores actu, negari non debet, quod habitu tales non possint denominari, & in ipsis tanquam in uno corpore conservatur unicitas, Lotter *de re benefic. lib* 1. *quæst* 20. *num.* 198 *in fine, apud Rotam in d. Mediolanen. coram* eod. *ibid. num.* 4. 1406

1678. 3. Iun. —— Sicuti una Uxor plurium Virorum consortium abhorret, ita Ecclesiam unum so- 1407

solum decet habere Sponsum, juxta text *in cap. quoniam, vers. probibemus, de offic. Ordin. cap. cum non ignores, de Praeben. & Dignitat. apud Rotam in d Mediolanen. coram* eod. *ibid. num. 5.*

1678 3 Iun. —— Parochi plures per modum unius Collegii, unum Corpus licet ex pluribus Personis constitutum repraesentantes, conservant unitatem, & unicitatem Parochialitatis Ecclesiae, & in eo consistit Cura Animarum, Bald *in l 1. num. 5. vers 7. quaro, ff. de offic. cons.* Bellamer. *cons. 38. num. 12 vers. Cura Parochialis Ecclesiae*, Card. Tusc *verb. Parochia, concl. 96. num. 1.* Lotter. *de re benefic. lib. 1. quaest. 20. n 144 & seq.* & in hoc casu licet sint plures Personae, tamen unus est Curatus, quia omnes habentur loco unius, Gloss. *in Can. nunc autem, verb. Diocletiani, dist. 21. apud Rotam in d. Mediolanen. coram* eodem *ibid. num. 6. & 7.* 1408

1678 3. Iun. —— Parochi, licet sint plures unius Ecclesiae, omnes simul illius gaudent praerogativis, & emolumentis ejusdem Ecclesiae: potiuntur enim jure decimandi, & funerandi. *Rota in d. Mediolanen coram eod* Matthaejo, *d decis. 225. n. 8.* 1409

1678. 3. Iun —— Ad plures, etiam Parochos ejusdem Ecclesiae, possunt spectare jura decimandi, text. *in cap. cum contingat, de Decim. & in cap. fin. de Paroch.* & ad eosdem etiam pertinere jura funerandi, ut egregie firmat Barbosa *de Parochor. part. 1 cap. 1. num. 3. apud Rotam in d. Mediolanen. coram* eod. *ibid. num. 10.* 1410

1678 3. Iun. —— Curati plures possunt de per se constituere Collegium, etiam sine alia superioritate Praelati, quae de essentia Collegii pernecesse non requiritur, ut firmat Ioan. Andr. *in cap. cum non ignores, num. 2 vers. & si sit*, Zabar. *ibi, num 2 de Praeb.* Archidiac. *in can. sicut, num. 2. vers. & licet non habeant Praelatum, caus. 21. qu 2.* Roman. *cons. 436. num. 6. apud Rotam in d Mediolanen. coram* eod. *ibid. num. 11.* 1411

1678.

1678. 3. Jun. —— Pontifex erigendo Ecclesiam Parochialem in Collegiatam, potest ab ea excludere Episcopum, & Canonicos, vel ipsam eidem Episcopo, Capitulo, & aliis etiam Personis tradere, ut ex Felin. *in cap. in nostra, sub n* 15. *de rescript* dixit *Rota in d. Mediolanen. coram* eod. *ibid num.* 21. 1412

1678. 3. Jun. —— Papa si nihil voluit demere Parochis, quorum Ecclesiam in Collegiatam erexit, ita nullum jus in Canonicos transferre voluisse censetur, prout prosequitur *Rota in d. Mediolanen. coram eod.* Mattæjo, *d. decis.* 225 *n.* 23. 1413

1678 3 Jun —— Ecclesia Parochialis erigi potest in Collegiatam, & nihilominus Cura remanere penes Parochum, prout antea erat, non autem in Collegium, vel Dignitatem transferri. *Rota in d Mediolanen. coram* eod *ibid. n* 24. 1414

1678. 3. Iun. —— Episcopus executor Litterarum Apostolicarum erectionis Parochialis in Collegiatam, non potest statuere, quod dominium Ecclesiæ, & supellectilium in posterum spectet ad Capitulum, & Canonicos, quia prout Executor remanet denudatus omni potestate primævum statutm immutandi, & novum inducendi, & ei deficit omnis facultas prævertendi formam sibi in Brevi præscriptam, & sub certis modis limitatam, *ut ex cap. Venerabilis* 37. *de offic. delegat. cap. cum dilecta* 22. ibique Gloss. *in verb. transponentes, de rescript.* dixit *Rota in d. Mediolanen. coram* eod. *ibid. num.* 24. & 25. 1415

1678. 3. Jun. —— Consensus Canonicorum, & Parochorum non præjudicat, si non agitur solùm de illorum favore privato, sed de interesse Ecclesiæ, & successorum, Jo: de Anan. *in cap quia frustra, num* 6 *de usur. apud Rotam in d. Mediol coram* eod. *ibid. num* 26 1416

1678. 3. Iun. —— Ecclesia Parochialis in Collegiatam erecta sine mutatione prioris status, si deinde illius dominium Canonicis est concessum, 1417

in-

intelligitur citra innovationem præcedentis statu Ecclesiæ: & ideo quoad jus præeminentiale circa Collegialia, non quoad exercitium Curæ. *Rota in d. Mediolanen coram* eod. *ibid. num.* 29.

1678. 6. Jun. —— Parochus ex consuetudine Urbis Vicecuratum habere non debet, cum possit ipse optime satisfacere suo ministerio per seipsum: quidquid sit, si ob distantiam Fidelium, aut simili de causa Coadjutor in Cura exercenda necessarius esset *Rota in Romana Pensionis coram* Rondinino, *decis. recent par.* 19. *tom.* 1. *decis.* 233. *num.* 17. & 18. 1418

1678. 8. Iun —— Valet Pactum inter Parochum, & Regulares, quod in istorum Ecclesiis illius Parochiani non sepeliantur, text. *in cap* 1. *de pact. in* 6. & hujusmodi pactum observandum est, nec illud sine dedecore Religionis alterari potest, text. *in cap.* 3 *eod. tit. de pact. in* 6. *apud Rotam in Oxomen Observationis Concordiæ coram* Vicecomite, *decis. recent. par.* 19 *tom.* 2. *decis.* 489. *num.* 1. & 2 1419

1678. 8 Jun. —— Regulares possunt vigore Clem. *dudum* 2. *de Sepult.* sepelire in eorum Ecclesiis omnes, qui in ipsis elegerint Sepulturam: cui libertati sepeliendi potest per pactum a Regularibus renunciari, etiamsi Sæculares apud illos sepeliri elegerint: quod procedit etiam in Ecclesiis jam constructis, & quibus libera erat Sepultura ex Privilegio Apostolico: multo magis autem si agatur de Ecclesia construenda, cujus constructio a Parocho, sive Capitulo impediri poterat. *Rota in d. Oxomen. coram* eod. *ibid. n.* 3. & *seqq.* 1420

1678. 8. Iun. —— Constructionem novæ Ecclesiæ intra limites suæ Parochiæ potest Parochus, sive Capitulum impedire ratione præjudicii sibi ex ea inferendi, ut notant communiter Canonistæ *in cap cum dilectus, de Capell.* Monach Barbos. *de Episc. par.* 2. *alleg* 26. *num.* 5. *apud Rotam in d. Oxomen. coram* eod. *ibid. num.* 8 *ubi num.* 9. & 10. dictum 1421

ctum fuit, quod permittendo autem illius constructionem possunt in ea apponere conditiones sibi bene visas etiam non conformes Juri, adinstar Patroni in limine fundationis Ecclesiæ, Lambert. *de Jurepatr. lib. 2. quæst. 1 art. 7. num. 2.* Tamburin *de Jur Abb. tom. 2. disp 5. quæsito 1. n. 7*

1678. 8. Jun. —— Pactum, quod in Ecclesia Regularium Cadavera non sepeliantur, non est contra Catholicam libertatem, imo ex dispositione Sacrorum Canonum est præcise observandum: maxime, quia hujusmodi pacta etiam in Urbe in faciem Summi Pontificis, & eo approbante practicantur, ut in fundatione S. Idelphonsi Reformatorum S. Augustini cum Ecclesia S. Franciscæ Romanæ, *Rota in d. Oxomen. coram eod ibid. num.* 16. & 17. 1422

1678. 8. Jun. —— Jus Sepulturæ etaim respectu illam eligentium est de Jure Parochiali, ut notat Gloss. *in cap. 1. in 1. notab. de pact. in 6.* & per dictum pactum nullo modo violata remanet eorum, sive propriæ Ecclesiæ libertas, cum res per renunciationem dicti Privilegii reducta fuerit ad propriam naturam, & primævum jus commune, Gloss. parva *in d. cap. 1. verb. quod facile*, Barbos. *ibid. num. 2. apud* Rotam *in d. Oxomen. coram* eod. *ibid. n.* 20. & 21. 1423

1678. 8. Jun —— Sepultura eligi non potest in situ prophano, qui non est aptus ad Sepulturam, ex late deductis per Murg *de Sepult. tract. 3. disquis 3. per tot. tom. 1. apud* Rotam *in d. Oxomen Observationis Concordiæ coram eod.* Vicecomite, *d. decis.* 489. *n.* 22. 1424

1678. 8. Jun. —— Ecclesiæ Regularium non possunt absolutè cogi ad recipiendum aliquem ad Sepulturam, neque hoc est contra libertatem Sæcularium quoad illius electionem, ut firmat Passarin. *in cap. 1. de pact. in 6. num. 7. apud* Rotam *in d. Oxomen. coram eod. ibid. n.* 23. 1425

1678. 8. Jun. —— Pactum Regularium cum Parocho 1426

cho non recipiendi illius Parochianos ad Sepulturam, non repugnat libertati ipsorum eligentium, ut concludit idem Passarin. *loc. citat. apud* R*otam in d. Oxomen. Observationis Concordiæ coram eod. ibi. n.* 24.

1678. 8. Iun. —— Parochiani habent jus cogendi Parochum ad illos recipiendum ad Sepulturam, quod is non competit contra Ecclesias Regularium, & alias non Parochiales ut declarat Franc. *in d. cap* 1. *sub num* 2. & 3. *apud* R*otam in d. Oxom. coram eod. ibid. num.* 25. 1427

1678. 8. Jun. —— Parocho de Jure debetur Quarta funeralis, quando ejus Parochiani in aliis Ecclesiis deferuntur; non tamen totum Sepulturæ emolumentum, quod haberet, si Defuncti sepelirentur in ejus Ecclesia parochiali, cui proinde semper Sepultura in Monasterio est præjudicialis, Passerin. *in præcipitat cap.* 1. *num.* 8. *apud* R*otam in d. Oxomen. coram eod. ibid n.* 27. & 28. 1428

7670. 8. Iun. —— Pactum inter parochos, & Regulares, quod in istorum Ecclesiis illius parochiani non sepeliantur, nullas requirit solemnitates, neque etiam Superiorem Regularium licentiam, R*ota in d. Oxomen. coram* eod. *ibid. nu.* 29. ubi *num. seq.* ampliatur, si fuerit initum in limine fundationis Monasterii, & per longum tempus observatum, quo casu absque solemnitatibus substinetur: ideoque Regulares ad fundandum in loco admissi cum tali pacto, illud omnino observare debent, si in eodem loco permanere volunt, cum jus, æquitas, ac Religio non patiantur, ut fides ab eis frangatur, & eisdem servetur, ut exaggerat text. *in cap.* 3. *de pact. in* 6. debent enim contractum vel in totum approbare, vel recedendo a loco in totum reprobare, *ex* R*ota coram* Greg. *decis.* 467. *num.* 5. & *coram* Bichio, *decis.* 437. *n.* 23. & *alibi*. 1429

1678. 20. Iun. —— Episcopus successor tanquam legitimus Medicus examinare potest parochos al 1430

ejus

ejus anteceſſore approbatos ad eorum peritiam explorandam, Gonzal. *ad reg.* 8. *gloſſ.* 4 *num.* 106 Tondut. *quæſt. benefic. part.* 2. *cap.* 5. *§* 5. *num* 6. Paris. *de reſign. Benefic. lib* 10. *qu* 5. *num.* 66. eoque examine per eoſdem recuſato, facile comprehendit eorum inhabilitatem, Caſtropal. *oper. moral de Sacram. part.* 4. *tract.* 23. *diſput. unic punct.* 19. *§* 4 *num* 5. ac proinde poteſt eoſdem ſuſpendere, & in eorum Eccleſiis, ac Curæ exercitio Vicarios, ſeu Vicecuratos deputare juxta apertiſſimam Tridentini diſpoſitionem *ſeſſ.* 21. *de reform. cap* 6. & frequentia Doctorum vota, quos citat, & ſequitur *Rota in Compoſtellana Iuris examinandi ſuper remotionem Vicecuratorum coram* Paluccio, *dec recent. part.* 19. *tom.* 1. *deciſ* 258. *num* 1. 2. *&* 3

1678. 20. Jun —— Vicecuratorum deputatio facta ab Epiſcopo loco Parochorum ſe examinare recuſantium appellationem non admittit. *Rota in d. Compoſtellana coram* eod. *ibid. num.* 5. *ubi num ſeq. dictum fuit*, *quod* appellatio ſuſpenſiva non conceditur a Decretis factis ab Epiſcopo in actu Viſitationis, ex Tridentino *ſeſſ.* 24. *de reform cap.* 10. 1431

1678. 20. Jun. —— Procurator Fiſcalis Epiſcopi ipſe ſolum dicitur legitimus Contradictor in materia approbationis Parochorum. *Rota in d Compoſtellana coram* eod *ibid. num.* 9. *ubi num.* 11 *dictum fuit*, *quod* Vicecuratorum remotionem ſi Parochus, qui ſe renuit examinare, revocare velit, novo examini ſe ſubjicere debet 1432

1678 20. Jun. —— Si Succeſſor Epiſcopus Regulares utcunque a Sancta Sede adeo privilegiatos, ſemel a prædeceſſore approbatos, licet Lectores, & Graduatos in Theologia, poteſt pro recta, & tuta Sacramenti Pænitentiæ adminiſtratione ad examen vocare, multo magis poterit Parochos a ſe non amplius examinatos examinare, ut experiatur, an exculta duret ſcientia, & peritia, de qua quidem cognovit prædeceſſor, 1433

sor, ut consulat quieti conscientiæ suæ, quam ratiocinationem induxit Capon. *contr. forens contr.42 num.* 8. post Joan. Sanchez *in Select. Sacram. disput.*48. *apud Rotam in Compostellana Juris examinandi coram* Pauluccio, *decis.recent part* 19 *tom.*1. *decis.*257. *num.*16. & 17

1678. 20. Jun. —— Episcopus successor, si Parochos a se denuo examinatos habiles non reperiat, potest illis assignare Coadjutores, donec afficiantur habiles, ad præscriptum Tridentini Concilii, quod hanc facultatem indulget, & prçviam examinis, ac necessariam indulsisse præsumitur, *l.*2. *ff. de jurisdict. omn. jud. l. ad rem*, *l. ad leg legitimum*, *ff. de procur. apud Rotam in d. Compostellana coram* eod *ibid. num* 34. *ubi num.* 37 *dictum fuit*, *quod* examen factum per solam approbationem Ordinarii non inducit adeo urgentem idoneitatis præsumptionem, sicuti examen per concursum. 1434

1678. 27. Jun —— Beneficium Parochiale permutare non potest, qui ad aliam Parochialem habuit concursum, eamque die permutationi sequente consequutus est. *Rota in Vicen. Parochialis coram* Albergato Decano, *decis recent. part.* 19 *tom.*1. *decis.*276 *num.*3. 1435

1678. 27 Jun. —— Permutatio facta a non habente aliquod jus in Beneficio permutato, remanet nulla: Permutatio autem Beneficii modici redditus fieri nequit cum Beneficio pinguiori: Sic permutatio facta de Beneficio pinguiori cum alio Beneficio modici redditus, præsumitur fraudolenta. *Rota in d. Vicen. coram* eod. *ibid. numer.*5. & *seqq.* 1436

1678. 18. Jul. —— Si Regulares Curam exerceant Animarum, non possunt abesse a dicta Cura, neque ad libitum alios subrogare, nisi petita, & obtenta licentia Ordinarii. *Congregat. concil. in Florentina ad cap.* 11. *sess.* 25. *de regular. apud* Monacel. *in Formul. leg. pract. p.*1. *tit.*6. *form* 20 *n.*8. 1437

1678.

1678. 1. Oct. —— Nec Episcopus, aut alius Beneficiorum liberæ collationis, vel devolutorum Collator, nec ejus Vicarius, aut alias Officialis potest aliquid exigere, aut sponte oblatum recipere pro dictorum Beneficiorum collatione, aut possessione, tam si sint Curata, vel Residentialia, quam simplicia, vel non residentialia, aut etiam Capellaniæ manuales. *Innocentius* XI. *in Taxa ab eo* Innocentiana *vocata*, *§. Nella materia de' Beneficii*, *apud* Pascucc. *in compend. ad consult. canonic. Jac. Pignatel. part.* 1. *tit.* de Episcopis, *pag. mihi* 560. 1438

1678. 1. Oct. —— Nullo modo impediantur, vel retardentur Sepultura, Exequiæ, aut Funeralia Defunctorum tam Civium, quam exterorum ob solutionem illorum emolumentorum, quæ ab Episcopo, aut Capitulo, sive a Curato, & quocunque alio juxta locorum consuetudinem prætenduntur, sed illæsæ remaneant actiones juridicæ in Bonis, super quibus erunt exercendæ, absque eo quod fiat injuria cadaveri, vel dentur molestiæ personales Filiis, Uxoribus, & consanguineis; nec etiam aliquid exigatur pro licentia transferendi Cadavera, vel ea sepeliendi magis in uno loco, quam in alio. *Innocentius* XI *in d. Taxa*, *§. Come anche in modo alcuno*, *apud* eund. *ibid.* 1439

1679. 13 Jan. —— Episcopus tanquam Parochus universalis suæ Diæcesis habet assistentiam Juris pro Decimarum exactione. *Rota in Hispalen. Decimarum de Olivares coram* Bourlemont, *decis. recent. part.* 19. *tom.* 2. *decis.* 498. *num.* 5. *ubi num seqq. dictum fuit*, *quod* cessat hæc Juris assistentia super Territoriis ab ejus jurisdictione separatis, & exemptis, ex Barbosa *de potest. Parochi*, *part* 1. *cap.* 1. *num.* 21. & 22. *ac* Frances *de Eccles. Cathedr cap.* 2. *num* 138. 1440

1679. 13. Jan. —— Jus decimandi intra propriam Diæcesim transit cum ipsa Cura, sive totalis sive 1441
de-

habitualis sit, cui tanquam qualitas intrinseca inhæret. *Rota in d. Hispalen. coram* eod *ibid. n.* 14. *ubi num* 19. *dictum fuit*, *quod* per concessionem Ecclesiæ Parochialis dicitur concessa Cura Animarum, ad quam consequenter pertinentia Decimarum.

1679. 13. Jan. —— Ordinarius ex lege Diæcesana solam quartam Decimarum percipit *Rota in d. Hispalen. coram* eod *ibid. num.* 16 *ubi num. seqq.* limitatur, si Diæcesis non sit divisa in Parochias, quia tunc Ordinarius uti Parochus universalis omnes Decimas exigit. 1442

1679. 13 Ian. —— Deputatio Vicarii amovibilis pro exercitio Curæ facta a Prælato inferiori, ostendit hunc esse Parochum universalem, & deputatum ab eo exercere Curam tanquam nudum Ministrum ejusdem. *Rota in d Hispalen. coram* eod *ibid. num.* 22. 1443

1679. 13. Ian. —— Institutio auctorizabilis non est de Iuribus Parochialibus, sed de Episcopalibus, prout dixit *Rota in d. Hispalen. Decimarum de Olivares coram eod.* Bourlemont, *d. decis.* 498. *num.* 23. 1444

1679. 13. Ian. —— In dismembratione facta ab Ordinariis ad formam *cap. ad audientiam* 3. *de Eccl. ædifican.* & Sacrum Concil Trident. *sess.* 21. *cap* 4. *de reform.* non venit Ius decimandi in ea non expressum, ut advertit Fagnan. *in cap. cum contingat*, *num.* 51. *vers. non obstante Decisione de Decimis*, *apud Rotam in d Hispalen. coram* eod. *ibid. num.* 24. 1445

1679. 13. Ian. —— Cum Decimæ dentur ratione Curæ Animarum, sive administrationis Sacramentorum, sequitur, quod novus Parochus, vel nova Ecclesia eo ipso quod habet suos fines, & subditos certos, & separatos, a Papa de plenitudine potestatis ei designatos, habeat etiam fundatam intentionem de jure in perceptione omnium Decimarum intra suos limites, juxta text. *in* 144

V *cap.*

cap. cum contingat 29 *& seqq de Decim apud Rotam in d. Hispalen. coram* eod. *ibid. n.* 32. *&* 33.

1679. 13 Jan. —— In dismembratione, quæ fit ab Episcopo vigore Concilii Tridentini, præter congruam portionem non potest idem Episcopus quidquam aliud Rectori novæ Ecclesiæ assignare. *Rota in d Hispalen. coram* eod. *ibid num.* 34. *ubi num.* 36. *&* 42. *dictum fuit, quod* in dismembratione nulla est necessitas assignandi Decimas novæ Ecclesiæ, quæ sit dotata de aliis redditibus Ecclesiasticis: nec veniunt Decimæ in dismembratione facta cum clausula *sine præjudicio*. 1447

1679. 13 Jan. —— Jus decimandi est intrinsece consequutivum concessioni Ecclesiarum Parochialium, ut tradit Gonzal. *ad reg.* 8. *gloss.* 36. *num.* 50. *apud Rotam in d. Hispalen. coram* eod. *ibid. num.* 49. *ubi num seq. dictum fuit quod* per dismembrationem non censetur præjudicatum Personis habentibus Officia, seu Beneficia in Ecclesiis dismembratis. 1448

1679. 16. Jan. —— Prohibitio alienationis in aliam Ecclesiam, vel Locum pium inest de jure Bonis emphyteuticis Ecclesiæ. *Rota in Romana Castri Orciani coram* Bourlemont, *decis recent. par.* 19. *tom* 2. *decis.* 494. *num* 40. *ubi num. seqq. dictum fuit, quod* Bona in Ecclesiam alienari prohibita, si ad manus Ecclesiæ pervenisse probentur, præsumuntur pervenisse alio titulo, quam prohibitæ alienationis. 1449

1679. 12. Febr. —— Parochi redarguant asserentes Communionem quotidianam esse de Jure Divino: doceant, in Ecclesiis, seu Oratoriis privatis ex dispensatione, seu Privilegio Pontificis de manu sacerdotis sumendam Sanctissimam Eucharistiam, nec eam ullo modo deferendam in Crumena, aut secreto ad existentes Domi, vel cubantes in lecto, quam ad Infirmos, qui ad illam suscipiendam ad loca prædicta accedere non valeant: 1450

leant: & ad eos, si ab Ecclesias deferatur, publice & cum pompa juxta formam Ritualis Romani: si vero ab Oratorio Privilegiato cum forma decenti. *Congregat. concil. cum approbatione Sanctissimi*, *apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 2. *tit.* 13. *pag. mihi* 35.

1679. 12. Febr. —— Curent etiam dicti Parochi ut circa Communionem in Feria sexta Parasceves Missalis Rubricæ, & Ecclesiæ Romanæ usus serventur: Insuper admoneant, nulli tradendas plures Eucharistiæ formas, seu particulas; neque grandiores, sed consuetas: nec permittant, ut venialium confessio fiat simplici Sacerdoti non approbato ab Episcopo, aut Ordinario. *Congregat. Concil. apud* eund *ibid.* 1451

1679. 12. Febr. —— Si Parochi, aliique Sacerdotes secus egerint, sciant Deo Optimo Maximo rationem reddituros, neque defuturam Episcoporum, & Ordinariorum justam, ac rigorosam animadversionem in contrafacientes, etiam Regulares, facultate ipsis Episcopis, & Ordinariis in vim hujus Decreti per sedem Apostolicam specialiter attributa. *Congregat. Concil. apud* eund. *ibid.* 1452

1679. 20. Febr. —— Nihil in Jure constitutum est de exprimendo nomine Matris in Libro Baptismatis: & eo minus hujusmodi Liber requirit talem nominis expressionem, si in pluribus partitis illud descriptum non sit. *Rota in Bononien. Fideicommissi de Seraphinis coram* Taja, *decis. recent. par.* 19. *tom.* 1 *decis.* 403. *n.* 12. & 13. 1453

1679. 2. Mar. —— Congregatio Inquisitionis coram Innocentio XI sequentes damnavit Propositiones, quarum prima, cæteris omissis; *Non est illicitum in Sacramentis conferendis sequi opinionem probabilem de valore Sacramenti, relicta tutiore, nisi id vetet lex, conventio, aut periculum gravis damni incurrendi: Hinc sententia probabili tantum utendum non est in collatione Baptismi Ordi-* 1454

nis Sacerdotalis, aut Episcopalis. In libello pluribus in locis impresso, n 1.

1679. 2. Mar. —— Secunda: *Dare temporale pro spirituali non est Simonia, quando temporale non datur tanquam pretium, sed dumtaxat tanquam motivum conferendi, vel efficiendi spirituale, vel etiam quando temporale sit solum gratuita compensatio pro spirituali, aut e contra*. Ibidem, num. 45. 1455

1679. 2 Mar —— Tertia *Et id quoque locum habet, etiamsi temporale sit principale motivum dandi spirituale: imo etiamsi sit finis ipsius rei spiritualis, sic ut illud pluris æstimetur, quam res spiritualis*. Ibidem, num. 46 1456

1679 2. Mar —— Quarta: *Præceptum servandi Festa non obligat sub mortali, seposito Scandalo, si absit contemptus*. Ibidem, num. 52. 1457

1679. 1. Mar. —— Quinta: *Satisfacit præcepto Ecclesiæ de audiendo Sacro, qui duas ejus partes, imo quatuor simul a diversis Celebrantibus audit* Ibidem, num. 53. 1458

1679. 2. Mar. —— Sexta: *Qui non potest recitare Matutinum, & Laudes, potest autem reliquas Horas, ad nihil tenetur, quia major pars trahit ad se minorem*. Ibidem, num. 54 1459

1679. 2. Mar. —— Septima: *Præcepto Communionis annuæ satisfit per sacrilegam Domini manducationem*. Ibidem, num 55. 1460

1679 2. Mar. —— Octava: *Frequens Confessio, & Communio, etiam in his, qui gentiliter vivunt, est nota prædestinationis*, Ibidem, num. 56 1461

1679. 2. Mar. —— Nona: *licet Sacramentaliter absolvere dimidiate tantum confessos ratione magni concursus Pœnitentium, qualis v.g. potest contingere in die magnæ alicujus Festivitatis, aut Indulgentiæ*. Ibidem, num. 59. 1462

1679. 2 Mar. —— Decima: *Pœnitenti consuetudinem habenti peccandi contra legem Dei, Naturæ, aut Ecclesiæ, etsi emendationis spes nulla appareat, nec est deneganda, nec differenda absolutio, dummodo ore* 1463

pro-

proferat, se dolere, & proponere emendationem; Ibidem, num. 60.

1679. 2. Mar. —— Undecima: *Potest aliquando absolvi, qui in proxima occasione peccandi versatur, quam potest, & non vult omittere; quinimo directe, & ex proposito quærit, aut ei se ingerit.* Ibidem, num. 61. 1464

1679. 2. Mar. —— Duodecima: *Absolutionis capax est homo, quantumvis laboret ignorantia Mysteriorum Fidei, & etiamsi per negligentiam etiam culpabilem nesciat Mysterium Sanctissimæ Trinitatis, & Incarnationis Domini Nostri Jesu Christi: Sufficit illa Mysteria semel credidisse*; Ibidem, num. 64 & 65. 1465

1679. 6. Mar. —— Ad privationem Beneficii ex causa diffamationis non potest deveniri, nisi præcedente sententia condemnatoria, seu declaratoria criminis: Secus est ad inhabilitandum ad assecutionem Beneficii; ad quem effectum sufficit mala opinio, & diffamatio extrajudicialis. *Rota in Leodien. Abbatiæ coram* Rondinino, *decis. recent. par* 19. *tom.* 2. *dec* 51. *n.* 1. & 2. 1466

1679. 17. Mar. —— De jure onus reædificationis Ecclesiæ, ac Ædium Parochialium, de quibus tanquam accessoriis Ecclesiæ militat eadem ratio Barbos. *de potest Parochi, cap.* 13. *num.* 12. spectat ad illos, qui Decimas, seu alios redditus, vel fructus Ecclesiæ percipiunt etiamsi Ecclesia sit Jurispatronatus, juxta text. *in cap.* 1. & 4. *de Eccles. ædific.* ubi omnes Canonistæ, & notata per Hostien. *in Sum. eod tit. Can. de redditibus, & Can. mos est* 12. *quæst.* 2. Conc. Trid. *sess.* 21. *cap.* 7. ibi: Barbos. *in annot sub num* 9 *vers. Verum*, Surd. *cons.* 62. *per tot. lib.* 1. *apud Rotam in Moguntina Reædificationis Chori coram* Emerix, *decis. recent. par.* 19. *tom.* 2. *decis* 504. *num.* 1. & 2. *ex alia ejusd. Rota Decisione la* 48 *coram* Bichio, *n.* 22. *ubi in specie, quod* debet reparari ex Decimis. 1467

1679. 17. Mar. —— Licet Concilium Tridenti- 1468

 num

hum *loco citato* disponat, etiam Patronos ad hoc opportunis remediis esse compellendos, hoc tamen intelligitur in subsidium, quatenus fructus, redditus, & Decimae, quae de Jure spectant ad Parochiales Ecclesias, *cap. cum contingat*, & *cap. cum in tua, de Dec.* quaeque transeunt cum suo onere in quemcunque possessorem, ut inquit Gloss. *in Cau. si Monachus* 16 *quaest.* 1. non sufficerent, Cort. *de remed. subsid.* 106. *illat.* 2. *num* 1. cum aliis citatis a *Rota in d. Monguntina coram* eod *ibid. num.* 3. & 4

1679. 17. Mar —— Decimae Novalium non comprehenduntur sub generali venditione, vel concessione, ut est text. expressus *in cap. tua*, *§. ne occasione*, & *cap cum contingat*, *de Decim. apud Rotam in d Moguntina coram* eod. *ibid. num.* 5. *ubi num. seq. dictum fuit*, *quod* nihil officit contraria consuetudo, quia illa respicit alias Ecclesias habentes particulares redditus destinatos pro fabrica, ideoque non est trahenda ad Ecclesias hujusmodi particulares redditus non habentes, ex generali regula, quod consuetudo non extenditur de re ad rem, neque de loco ad locum. 1469

1679. 14. Apr. —— Ecclesia noviter reaedificata in locum antiquae, jure postliminii reassumit Jura sibi competentia, Fagnan. *in cap cum ex injuncto*, *num.* 10. *de nov. oper. nunc.* Frances *de Eccles Cathed. cap.* 32. *num.* 31. Gaill *observ.* 61. *lib.* 2. *num.* 5. & *seqq. apud Rotam in Montis Casinensis Praeeminentiarum coram* . Albergato Decano, *decis. recent. par.* 19 *tom.* 1. *decis.* 404. *num.* 19. 1470

1679. 14. Apr. —— Processionis inchoatio, & terminatio in Ecclesia, illius primatum, & superioritatem non demonstrant, si pro sola commoditate, & ne Clerus itinere fatigetur, facta sint. *Rota in d. Montis Casinensis coram* eod. *ibid. num* 56. 1471

1679. 14. Apr. —— Olei Sancti, & Fontis Baptismalis 1472

malis retentio potius Parochialitatem, quam Cathedralitatem demonstrant, cum illa debeant esse in Ecclesia habente Curam Animarum, Fusch. *de Visit. lib. 1. cap. 7. num.* 16. Maya *observ.* 10. *num.* 146. *& seqq.* vel ad summum sunt signa cujusdam Matricitatis, seu Præeminentiæ respectu aliarum Ecclesiarum Loci, Franch. *de Eccles. Cathedr. cap* 15 *n* 167. *& seqq. apud Rotam in d. Montis Casinensis, coram* eod. *ibid. n.* 57. *&* 58.

1679. 21 Apr. —— Privilegia eximentia a solutione Decimarum debent esse clara, & indubitata, *cap. cum personæ, de privil. in* 6. & si non continent expressam derogationem *cap. nuper, de Decim.* non suffragantur: exemptio enim quantumvis amplissima non comprehendit Decimas prædiales a lege Divina impositas, nisi eas expresse contineat. *Rota in Carpentoraten. Decimarum coram* Rondinino, *dec. recent. par* 19. *tom.* 2. *decis.* 507. *n.* 4. 6. *&* 7. 1473

1679. 21. Apr. —— Privilegium exemptionis Decimarum restrictum ad particularem locum, extendi non debet ad alia diversa. *Rota in d. Carpentoraten. coram* eod. *ibid. num.* 13 *ubi num. seqq. dictum fuit,* quod generalis communicatio privilegiorum non comprehendit privilegia exemptiva Decimarum, nisi de illis expressa fiat mentio, & specifica derogatio *cap. nuper, de Decim.* 1474

1679. 16. Jun. —— Ecclesiæ situatæ intra limites Ecclesiæ Matricis, præsumuntur illi subjectæ. *Rota in Romana Præeminentiarum coram* Rondinino, *decis. recent. par* 19. *tom.* 2. *decis.* 524. *n.* 3. 1475

1679. 16. Jun. —— Distributio, & receptio Olei Sancti comprobant jurisdictionem, *Can. Presbyteri* 49 *dist.* Gloss. magistralis *in cap. dilectus, ver. de lege jurisdictionis, post princ. de offic. Ordin.* ibiq. DD. & Calder. *cons.* 4 *de privileg apud Rotam in d. Romana coram* eod. *ibid. n.* 11. 1476

1679. 16. Jun. —— Transportatio Fontis Baptismalis, & Librorum ad Ecclesiam Matricem indi 1477

cant subjectionem Ecclesiæ, quæ passa est talem transportationem: cum enim Sacramentum Baptismatis tribuat per generationem vitam animasticam, arguit Matricitatem regenerantis, sicuti generatio corporea indicat maternitatem naturalem generantis, ad tradita per Gloss. *in Clem unic. verb deputati, de Baptism.* & in Clem. *unic. verb. Matricem, de sent. excomm.* Fagnan. *in cap cum contingat, num. 35. de Decim.* Barbos. *de Jur. Eccles lib. 2 cap 1 num. 25. verb. & Baptismalis, apud Rotam in d Romana coram eod ibid num. 12*

1679. 16 Jun. —— Citationes executæ ad valvas Ecclesiæ Matricis contra aliam Ecclesiam indicant ejusdem subjectionem, Vest. *in Prax. lib. 4. cap 3. post num 4* Adden. *ad* Buratt *decis* 943. *num.* 8 *apud Rotam in d Romana coram eod. ibid., num. 13 ubi num. seq. dictum fuit, quòd* ad probandam superioritatem in Ecclesiis alicui Ecclesiæ subjectis, necessaria sunt Privilegia Summorum Pontificum, ad quorum authoritatem spectat tales exemptiones concedere, & quidem clara, & individualia, ut per text *in cap si Papa, de privil. in* 6 Abb. *in cap grave, num. 2. de offic. Ordin.* 1478

1679 9. Sept. —— Qui dispensationem obtinuit super impedimento Consanguinitatis in forma Pauperum, falso narrata paupertate, dicitur valide dispensatus, & Proles legitima, ut respondit *Congregat. concil. apud* Monacel. *in Formular. leg pract. par. 2. tit. 16 form 2. num. 33.* 1479

1680. 15. Jan. —— Beneplacitum Apostolicum non requiritur in Emphyteusi Ecclesiastica, ubi agitur de Bonis locari solitis, Abb. *in cap. ut super, numer 11 de reb. Eccles. non alien.* Giovagnon. *cons 27 num 37* Surd. *cons* 181. *numer* 81. Clar. *in § Emphyteusis, quæst: 6. numer 1. & in §. Feudum, quæst. 13. vers. item quæro,* de Marin. *quotid. resolut. lib 1. cap. 7. num. 1. & 10.* solitum autem probatur ex unica investitura 1480

ta solemni, vel ex duabus effectum sortitis per quadraginta annos, Jason. *cons.* 115. *num.* 12. *lib.* 2. Lotter. *de re Benefic. lib.* 3. *qu.* 25. *num.* 19. *apud Rotam in Asculana Boperum coram* Vicecomite, *decis recent part* 19. *tom.* 2. *decis.* 536. *num.* 1 & 2.

1680 19. Febr. —— Episcopus ex facultate sibi a Jure attributa in *cap. ad audientiam il* 1. *de Eccles. edific.* innovato per Concil. Trident. *sess.* 21. *cap.* 4. *de reform.* potest ob Populi numerum, & Loci distantiam novas Ecclesias in Curatas erigere. *Rota in Melevitana Parochialis coram* Guaxardo, *decis. recent. part* 18. *tom* 1. *decis.* 400. *num* 1. 1481

1680. 19 Febr. —— Capitulum, & Canonici, absente, vel non celebrante Episcopo, supplent ea, quæ eidem Episcopo spectant, non autem Parochus. *Rota in d. Melevitana coram* eod. *ibid. num* 34. *ubi num seq. dictum fuit, quod* in Processionibus canonici præcedere debent, & functiones peragere, & postea sequuntur Parochi. 1482

1680. 11. Mar. —— Onus reparationis Ecclesiæ Parochialis incumbit percipienti Decimas intra ejus limites, tam de Jure communi, *Can. decrevimus* 10. *qu.* 1. *cap. si Monachus* 16. *qu.* 1. *cap* 1. & *cap. de his, de Eccles. edific.* ubi Gloss & DD. omnes, quam de Jure Conciliari *cap.* 7. *sess.* 21 *de ref* ibique Barbosa *in Collect. num* 7. Rebuff *de Decim. qu.* 2. *num* 4 Borell. *in Sum. decis. tom.* 1. *tit.* 2. *n.* 22 Antonell. *de regin Eccles. Episc. lib.* 1 *cap.* 2. *n* 21. & *seqq. apud Rotam in Moguntina Readificationis Chori coram* Emerix, *tom.* 1. *decis.* 440. *num.* 1. 1483

1680. 11. Mar —— Ex eo, quod non constet, Decimas solvi ex omnibus fructibus, non bene infertur, eum, qui illas percipit, non esse universalem Decimatorem, nec per consequens ad ipsum non spectare onus reparationis Ecclesiæ. *Rota in d. Moguntina coram* eod. *ibid. num.* 2. *ubi num.* 4. & 6. *dictum fuit, quod* si plures percipiunt Decimas, quilibet tenetur pro rata, Barbosa *de potest Parochi*. 1484

chi, *part* 1. *cap* 13. *num*. 2. Patronus autem ad hoc non tenetur, nisi in subsidium, quando scilicet Decimæ, vel alii redditus Ecclesiæ non sufficerent, ut explicat Concilium *d. cap.* 7. *sess.* 21. *de reform.* & animadvertit Lambert *de Jurepatr. in* 2. *art. qu.* 7. *in princ num.* 5. & *seqq.*

1680 17. Iun. —— Ex eo, quod Matrimonium non legitur descriptum in Libro Parochi, non excluditur, quin possit aliunde probari. *Rota in Bononien. Fideicommissi de Linis coram* Emerix, *tom.* 1 *decis.* 451. *num.* 10. 1485

1680. 19 Iun. —— Licet olim Sponsalia de futuro per copulam subsecutam transirent in Matrimonium, juxta text. *in cap.* 15. *de Sponsalib.* hodie tamen ex Decreto Sacri concilii Tridentini, quod præscripsit novam formam Matrimoniis contrahendis, Sponsalia per copulam subsecutam non amplius transeunt in Matrimonium. *Rota in Avenionen. Dotationis coram* Albergato, *apud* Piton. *discept. Ecclesiast. part.* 2. *discept.* 52. *n.* 10. 1486

1680. 26. Iun. —— Ius privative faciendi Processionem in ipsa die solemnitatis Dominici Corporis competit illi Ecclesiæ, quæ probat, se ab antiquo privative quoad alias fecisse: in materia enim Processionum, & præcedentiarum principem locum sibi vindicat Consuetudo, cui omnino Ius defert, Felin. *in cap. statuimus*, *de major. & obed in princ.* Barbosa *in Collect. Conc. cap.* 13. *sess.* 25. *de regular.* aliique plures cumulati per Sperell *decis* 179. *num.* 1. & per de Luca *de praemin discur.* 23. *num.* 3. & 12. *apud Rotam in Aquen. Processionis coram* Ursino, *decis. recent part.* 19 *tom.* 2. *decis.* 560. *num.* 4. & 5 1487

1680. 26. Iun —— Ius faciendi Processionem in die solemnitatis censetur semper fuisse infixum Ecclesiæ inferiori habenti pro se consuetudinem, quoties altera dignior non docet de statu anteriori contrario. *Rota in d Aquen. Processionis coram* eod. *ibid. num.* 21 1488

1681.

1681. 10 Jan. —— Unio Parochialis, non obstante concilio Tridentino *sess* 24. *de reform. cap.*13 fieri potest alteri Ecclesiæ, vel Beneficijs, si tendit in augmentum cultùs Divini, ad propagationem Fidei, & hujusmodi, ex traditis per Gonzal. *in reg.*8. *Cancellar. gloss* 5. *§.*7. *sub num.* 46. *vers item solvantur*, Gratian. *discept. forens.* 278. *numer.* 9. Turricell *de Union. cap.*15 *num.* 55. Ugol *de Episc cap* 52 *sub num.*1. *vers. secundò excipiuntur*, *apud Rotam in Cracovien. Unionis coram* Ursino, *decis. recent. part.*18. *tom* 2. *decis.*817. *num.*2. 1489

1681. 10. Jan. —— Verba illa, *Vicarius*, *Parochus*, & *Rector* sunt Synonima, eandemque significationem important, unde bene potest Vicarius perpetuus absque impropriatione verborum *Rector*, sive *Parochus* appellari, dum penes ipsum residet Cura Animarum, ut deducitur ex Barbosa *de Paroch. cap* 1. *num* 55 *& seqq apud Rotam in d. Cracovien. coram* eod. *ibid. num.*11. *ubi numer* 16. *dictum fuit*, hujusmodi residentiam Curæ Animarum penes Vicarium perpetuum in Ecclesia Monasterio unita deputatum constare etiam *ex cap. super eo*, & ibi Gloss. *verb. annexa*, & DD *de Præben. in* 6. Turricell *de Union. cap.* 4. *num.* 4. *& seqq.* 1490

1681. 10. Jan. —— Unio Parochialis non requirit citationem Parochi possessoris, dum ei, ejus vita durante, nullum illatum fuit præjudicium, ut ex *Clement. si uni*, & ibi Ancharan. *num.* 5 *de reb. Eccles. non alien.* Calderin. *eod. tit. consult. n.* 2. Garz. *de Benefic. part.*12. *cap.*2. *de Unione*, *nu.* 114 Vivian. *de Jurepatr. lib.*14 *cap* 15. *num.* 59. Castr. *oper. moral tom.*2. *tract.*13. *disput.*6. *punct.*12. *§ secundo*, *num.*23. *apud Rotam in d. Cracovien. coram* eod. *ibid. num.* 14. 1491

1681. 11. Jan. —— Occurrente Festo Purificationis Beatæ Mariæ Virginis in Dominicis Septuagesimæ, vel similibus aliis privilegiatis, ita ut illius Officium ex hoc contingat transferri, non 1492

est

est ob id protrahenda etiam recitatio Antiphonæ *Alma Redemptoris*, sed die secunda Februarii post Completorium, illa dimissa, juxta dispositionem Rubricæ sumenda est Antiphona *Ave regina Cælorum*, sublatoque quolibet alio asserto difformi quarumcumque Ecclesiarum usu, sive consuetudine, ita ab omnibus, qui Breviario Romano utuntur, pariformiter servari mandavit *Congr. rit. in additionib. ad* Gavant, *in Thesaur. Sacror. rit. tom.2. sect. 10. cap. 3. in fine* ¶ Notandum, quod hoc Decretum derogat veteri citato ab eodem Gavanto, *d. tom. 2. sect.5. cap.22. num. 7.* in quo dicebatur, quod non solum in hujusmodi Festi translatione protrahenda erat *Alma* Redemptoris, sed usque ad totam Octavam; ubi erat ecclesiæ titulus.

1681. 10. Maii. —— Parochi tenentur pro Parochianis Sacrificium applicare; atque ea cum distinctione, ut si redditus pingues sint, singulis diebus: si vero tenues, saltem diebus festivis. *Congr. Concil. in Lucana, apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. regular tom 1.cap.12 num. 45.* & refert etiam Monacel. *in Formular leg. pract. in fine. 1. partis, pag. mihi* 500. 1493

1681. 12. Maii. —— Pro dismembrandis Locis ab antiqua Parochiali, eisque assignandis alteri ex integro erigendæ, concurrere debet justa causa id peragendi, nempe necessitas, vel evidens utilitas, Abb *in cap ad audientiam, num. 2. de Eccl. ædific.* quæ quidem necessitas desumitur ex distantia locorum ab Ecclesia Parochiali, juxta text. *in d. cap. ad audientiam*, innovat. per Concil. Trident. *sess 21. de reform. cap.4.* ubi Barbosa, *n. 7 & 11. & de potest Episc. par. 3 alleg. 68. apud Rotam in Oveten. Erectionis Parochialis coram* Albergato Decano, *decis. recent par. 19. tom. 2 decis. 578. num. 1 & 2* 1494

1681. 12. Maii. —— Iter nimis impervium, & via aspera, per quam non potest iter fieri hyemali 1495

tem-

tempore sine periculo vitæ, præcipue propter magnam copiam nivium, quæ causantes incrementum alicujus Fluvii, seu Torrentis intermedii inter Ecclesiam, & Populos illi subjectos efficiunt, quod aquarum impetu deiiciatur, seu abditus undis remaneat Pons ligneus super illo existens, ita ut Viatores vel transire non possint, vel saltem sine evidenti periculo submersionis, non est causa sufficiens ad permissionem Dismembrationis, quia per deputationem alicujus Presbyteri possunt Sacramenta in aliqua Ecclesia commode ministrari. *Rota in d. Oveten. coram eod. ibid. num. 4. & 5.*

1681. 5. Iul. —— Non potest Ecclesia, seu Capella sine beneplacito Apostolico devenire ad assignationem fundi pro credito, sed Episcopus absolvat, & convalidet contractum. *Congr. Conc. in Policastren apud* Petram *in Commentar. ad Const. Apostolic. tom. 1. Constitut. 1. Leonis I. sect. 4. n.* 46 *pag. mihi* 104. *ubi quod* aderat utilitas. 1496

1681. 10 Dec. —— Rector Ecclesiæ producens coram Executore Breve Apostolicum pro alienatione rerum suæ Ecclesiæ, non est ulterius citandus in sententia executionis hujusmodi Brevis; etiamsi alienatio tenderet in Consanguineos Rectoriæ, dum id Papæ fuit narratum, & Papa aliam formam non præscripsit: & stante tali narrativa facta Papæ, cessat quævis mala præsumptio. *Rota in Lucana Bonorum coram* Paulutio, *decis. recent par.* 19. *tom.* 2. *decis.* 593. *n.* 7. 1497

1682. 12. Ian. —— Ius nominandi Parochum probatur ex enunciativis instrumentorum, præsertim antiquorum. *Rota in Bononien Parochialis coram* Albergato Decano, *apud* Monacel. *in Form. leg. pract. in fine 2. partis, decis. 9. num. 2.* 1498

1682. 15. Ian. —— Confessarii Regulares, sed non Parochi, degentes in Conventibus, in quibus non vivunt duodecim Religiosi, hortari quidem possunnt ab Ordinarii, sed non compelli ad Confe- 1499

ferentiam Casuum Conscientiæ *Congr. Episcop. habita in Palatio Vaticano*, *apud* Matthæucc *in Offic. Cur. Regular. tom. 1. cap. 8, num. 25.*

1682. 17. Ian, —— Crux deferenda in Funeribus 1509
debet esse illius Ecclesiæ, ad quam Funus ducitur: & illa deferenda est a Clerico ejusdem Ecclesiæ post Confratres ante Clerum, & ita servari mandavit *Congr. Concil apud* Pascucc. *in comp ad Consultat. Canon. Jac. Pignat. par. 1. tit.* de Funeribus; *pag* 318

1682 31 Jan: —— Laici non possunt in die Pas- 1508
chatis de manu Regularium Sanctissimam Communionem accipere, etiamsi alia die satisfecerint præcepto. *Congr. Concil. in Mechlinien. & antea in una Indiarum* 1634. 18. *Mar. & in alia* 1627. 21 *Maii*, *apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. p.* 2 *tit.* 13. *form.* 1. *in adnotationib.* circa Commun. quotid *n.* 16. *pag. mihi* 42.

1682 5 Febr. —— Omnes utriusque Sexus Fideles 1502
Romæ commorantes tenentur pro satisfactione præcepti annuæ Communionis Paschalis Sacram Communionem a suo proprio Parocho in suis Ecclesiis Parochialibus, in quarum Parochiis habitant, suscipere, nulloque modo dicto præcepto satisfaciunt per Communionem in Ecclesia Lateranensi, vel Vaticana, vel Nationali cujusvis Nationis, vel in quacunque alia susceptam, non obstantibus privilegiis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus. *Innocentius XI apud*
Pascucc. *par. 2. tit.* de præcepto Paschali, *pag.* 260. 1503

1682. 20. Febr. —— Annexio Beneficii alicui Castro fieri non potest a patronis sine Episcopi auctoritate, sine qua nulla annexio fieri valet, *cap. illud*, *vers. cum quia Lucius*, *& cap. nullus, de Jurepatr.* ut tenet *Rota in Ilerden. seu Tarraconen. Beneficii coram* Matthejo, *apud* Monacel. *in Form leg. pract in fine 2 partis, decis.* 10. *n.* 5.

1682 20. Febr —— Qui Beneficii possessionem ca- 1504
pit propria auctoritate, cadit a quolibet jure, quod

quod sibi competere posset in dicto Beneficio, juxta famigeratum text. in *cap. Avaritiæ, de elect. in 6.* citatum a Rota *in d. Ilerden. coram* eod. *apud* eund. *ibid. num. 9.*

1682. 12. Iun. —— Rector non impeditur acquirere census impositos super re Ecclesiæ, quamvis pro tempore, quo extat Rector, non possit a seipso exigere fructus. *Rota in Romana Census coram* Emerix, *tom. 2. decis 544. n. 6.* 1505

1682. 22. Jun. —— OEconomus non habet possessionem, sed simplicem tantum administrationem, & custodiam Ecclesiæ, ideoque non potest prætendere illius continuationem, nec minus manutentionem, ut ex Innoc. *in cap ex parte, num 3* & Jo: Andr. *num. 9. de arbitr.* dixit *Rota in Genesnen. Parochialis coram eod. ibid. decis. 551 num. 1.* 1506

1682. 23. Sept. —— Si forte ob infirmorum copiam, Oleum Sanctum deficeret, potest Parochus tali casu Oleo benedicto superaddere sæpius Oleum non benedictum, dummodo singulis vicibus minor quantitas addatur non benedicti: nam ita faciendo licitum, & validum erit Sacramentum, quamvis consideratis additionibus insimul junctis, non benedictum esset in majori quantitate, prout declaravit *Congr. S. Officii in Hispalen. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par 2. tit. 13 form 1. n. 39.* 1507

1682. 14 Nov. —— In casu, quo Regulares ad Quartam præstandam non teneri substineat, Parochis probare incumbit quadragenariam consuetudinem, eosque quadraginta annis supra publicationem Concilii Tridentini eam solvere consuevisse. *Cong. Concil. in Polonien. apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. regular. tom. 2. cap. 17 n. 4.* 1508

1683. 7. Maii. —— Juspatronatus fundatum a Laico; & de Bonis prophanis, & relictum Confraternitati Laicorum nullo Religionis signo distinctæ, nec auctoritate Ordinarii erectæ, reputatur Laicale, ut pluribus citatis Auctoritatibus *Rota* 1509

in

in Barchinonen. Beneficii coram Caccia, *dec. recent. part.* 19. *tom.* 2 *decis.* 661. *n* 4.

1683. 29. Maii. —— Confraternitatibus aggregatis Archiconfraternitati Mortis de Urbe non competit jus sepeliendi Cadavera occisorum tam in Civitate, quam extra, & tam Civium, quam exterorum, quando Parochi parati sunt dicta Cadavera sepelire. *Congregat. concil. in Potentina Aggregationis ad* III *apud* Monacel. *part.* 2. *tit.* 13. *form* 1. *num.* 49 1510

1683. 29. Maii. —— Dictæ confraternitates aggregatæ subsunt Ordinario, ita ut earum Administratores rationem Ordinario teneantur reddere. *Congreg. concil. in d. Potentina Aggregationis, apud* eund. *ibid. form* 6. *n.* 6. 1511

1683. 4. Jun —— Matrimonium celebratum coram Curato non proprio alterius ex Contrahentibus, de Jure Conciliari est nullum *in sess.* 24. *cap.* 1 *de reform.* prout dixit *Rota in Avenionen Successionis coram* Ursino, *decis. recent part.* 19. *tom* 2. *decis.* 668. *num.* 20. 1512

1683. 5 Jul. —— Fratres Ordinis B. Joannis de Deo, & eorum Ecclesiæ, ac Hospitalia per ipsos administrata; sunt exempta, & immunia ab omni superioritate, & jurisdictione alterius Parochiæ, ita ut intra eorum septa, & Conventus ipsimet dicuntur Parochi Infirmorum, & exercent in illis Iura Parochialia, prout ex Indultis Pontificiis dixit *Rota in Palentina Invaliditatis Concordiarum coram* Emerix, *tom.* 2. *decis.* 606. *n* 2 1513

1683. 18 Sept. —— Sacerdotes obligati ratione Beneficii, Capellaniæ, legati, aut stipendii celebrare quotidie Missam per seipsos, possunt concurrente aliqua rationabili causa aliquando a celebratione vacare: quod si non habeant onus celebrandi per seipsos, non possunt aliquando a celebratione vacare. *Congregat. concil. in Collen. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. in append. ad part.* 1. *pag. mihi* 500. *num.* 6. 1514

1684.

1684. 21. Febr. — Curati Ecclesiarum Parochialium, quæ sunt unitæ mensæ Monachorum, non habent statum collativum, sed deputantur ad illas etiam Monachi ad nutum Abbatis *Rota in Burgen. Juris deputandi Curatum coram* Albergato Decano, *apud* eund. *in fine 2. partis, decis.* 12. 1515

1684. 14. Jun. — Onus extinguendi censum, impositum Rectori ad commodum Ecclesiæ, transit proportionabiliter pro rata temporis ad Successores, ad text. *in cap.* 1. ibique tradita per Abb *num 2. de solut.* Bellett. *disquit. Cleric. par.* 1. *tit de Cleric. debit. §.* 3. *n.* 1. *cumseqq.* Gratian. *discept.* 94. *n.* 30 *apud Rotam in Romana Census coram* Emerix, *tom.* 2. *decis.* 635. *n.* 1. 1516

1684. 18. Nov. — Non licet Parocho retinere claves Capsulæ Eleemosynarum existentis in Ecclesia intra limites Parochialis, si habeat proprium Capellanum, seu Rectorem. *Congregat Concil. in Forolivien. Jurium Parochialium, apud* Petram *in Commentar ad Constitut. Apostolic. tom* 2. *Constitut.* 1. *Anastasii IV. sect.* 2. *num.* 20. *pag. mihi* 24. 1517

1685. 31. Mar. — Quoties vigore facultatis obtentæ, Missarum numerus reduci debeat, Eleemosyna Rectoris, Beneficii, seu Capellani non erit regulanda juxta taxam forte præscriptam in Synodo pro Beneficiis, & Capellaniis perpetuis erigendis, puta duorum Iuliorum, vel quindecim, aut decem & septem assium pro qualibet Missa: sed toties quoties fit reductio ob diminutionem, & deperditionem redditunm, & fructuum Dotis in Fundatione assignatæ, semper juxta stylum Sacræ Congregationis erit facienda ad manualem eleemosynam, habita ratione ad utensilia necessaria pro celebratione. *Congregat Concil in Romana & antea* 1679. 26 *Mar. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 2. *tit.* 13 *form* 2. *num.* 63. 1518

1685. 12. Maii. — Canonicus Ecclesiæ Cathe- 1519

X dralis

dralis carentis Canonica, sive Ædibus Canonicalibus, habens Domicilium, & actu habitans intra fines alterius Parochiæ, tenetur in infirmitate recipere Sacramenta, non a Parocho dictæ Ecclesiæ Cathedralis, sed a Parocho Domicilii. *Congregat Episcopor. in Tiburtina*, *apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic. Jac. Pignatel. par* 2 *tit.* de Sepulturæ electione, *pag. mihi* 396. *ad I.*

1685. 12. Maii. —— Dictus Canonicus decedens non electa sibi Sepultura, sepeliendus est in Cathedrali, si in ea adsit Sepulchrum proprium Canonicorum: sin minus in Sepulchro Majorum: iis vero non existentibus, an Cadaver Canonici sit sepeliendum in Ecclesia Cathedrali, vel Parochiali, nihil tunc decrevit *Congregat. Episcopor. in d. Tiburtina*, *apud* eund. *ibid ad II.* 1520

1685. 12. Maii —— Pro Sepultura dicti Canonici ut supra defuncti, debetur Quarta funeralis Parocho Domicilii, non vero Parocho Cathedralis neque Parocho Parochiæ, ubi adest Sepultura suorum Majorum, prout respondit *Congregat. Episcopor. in d. Tiburtina*, *apud* eund. *ibid. ad III.* 1521

1685. 21. Jun. —— Non solum immemorabilis, sed etiam quadragenaria consuetudo eximit ab onere non solvendi Decimas ex certis speciebus fructuum, quarum altera, si legitime probata fuerit, suffragabitur Parochianis ad se vindicandos ab hujusmodi onere, juxta sententiam Innoc. *in cap. cum in tua*, *vers aliqui tamen*, *de Decim.* Monet. *eod tract. cap.* 5. *quæst.* 4. *num.* 94. Covar. *var resol. lib.* 1 *cap.* 17 *num.* 8. *vers septimo*, *eodem jure*, Castr. *cons* 17. *num.* 1. *lib* 2. *apud Rotam in Pampilonen. Decimarum coram* Emerix, *tom.* 2. *dec.* 677. *num.* 3. 1522

1686. 9. Dec. —— Decimæ Mororum sunt solvendæ in pecunia, quando folia nondum separata ab Arboribus venduntur per aversionem uno con- 1523

stituto

ſtituto pretio: vel Dominus Arborum illa conſumit cum propriis Bombicibus, ita tamen quod debito tempore prius fiat æſtimatio de conſenſu Parochi, juxta Rubeum *in ſingular. par.* 1. *fol.* 307. ſecus vero, quando folia ab Arboribus ſeparata venduntur minuatim in ſacculis, in iſto enim caſu Decimæ ſolvi debent in eadem ſpecie, in qua fructus recolliguntur, ad notata per Hoſtien. *in cap. Paſtoralis, col.* 4. *verſ. prædiales*, & per Abb. *in cap. penult. de Decim apud Rotam in Cavallicen. Decimarum coram* eod. *d. tom.* 2. *deciſ.* 724. *num.* 8. & 9.

1687. 10 Maii. —— Rectores Parochialium diſtantium per duo, tria, aut quatuor milliaria circiter a Civitate, non poſſunt ſine Epiſcopi licentia a ſuis Eccleſiis Parochialibus, abeſſe, relicto ibidem Subſtituto ab eis deputato; & in Civitate tam diurno quam nocturno tempore jugiter commorari, exceptis ſolis diebus feſtis, in quibus ad dictas Eccleſias ſe conferunt, recurrentes illico ad Civitatem *Congregat. Concil. in Fulginaten ad* I. *apud* Monacel. *in Formular. leg. pract par.* 2. *tit.* 16. *form* 2. *n.* 2. 1524

1687. 10. Maii. —— Parochi, qui nocturno cæteroquin tempore reſident apud ſuas Eccleſias, non poſſunt celebrata ſummo mane in ſuis Eccleſiis Miſſa, ſe conferre ad Civitatem, & in diurno tempore totius, vel minoris partis anni commorari, licet apud dictas Eccleſias adſint eorum ſubſtituti. *Congregat Concil. in d. Fulginaten ad* II *apud* eund. *ibid.* 1525

1687. 10. Maii. —— Dicti Parochi, qui cæteroquin diuturno tempore reſident apud ſuas Eccleſias, non poſſunt nocturno tempore tota, vel majori parte anni commorari in Civitate, licet eorum Subſtituti adſint in dictis Eccleſiis. *Congregat. Concil. in d. Fulginaten. ad* III. *apud* eund. *ibid* 1526

1687. 6 Oct. —— Eccleſia Ruralis gaudet immunitate 1527

nitate per triginta passus, etiam in via publica *Congregat. Immunit. in Tiburtina apud* Pascucc. *in Compend. ad consult. Canonic. Jac. Pignatel. par.* 1 *tit.* de Immunitate Ecclesiastica, *pagin. mihi* 526.

1688. 21. Febr. — Si reperiatur injunctum, quod celebrentur singulis annis Missæ trigint. S. Gregorii pro Defunctis cum eleemosyna scutorum decem, vel duodecim, Capellanus Sacerdos sic electus tenetur per seipsum celebrare, nec poterit dare eleemosynam currentem alteri Sacerdoti, qui præfatas Missas celebret, retento sibi quod superest, ut requisita respondit *Congregat Concil.* & persistit in decisis *die* 7 *Jul. ejusd. anni*, *apud* Monacel. *in Formular. leg. pract par.* 2. *tit.* 13. *form.* 2. *n.* 57. 1528

1688. 15. Mar. — Non præsumitur; quod Parochus voluerit præstare consensum in Matrimonio per verba *de præsenti* ante servatos Ritus Ecclesiæ *Rota in Perusina Matrimonii coram* Hervault, *in additam. ad* Theatr. Card. de Luca, *decis vol.* 2. *decis.* 12. *de Regul. Matrim &c. n.* 13. *pag mihi* 352 1529

1688. 4. Maii: — Decreta Superius posita & edita 1667. 22. Jan. 1669 23. Sept. licet comprehendant tantum Festa duplicia, intelligenda tamen sunt etiam de Dominicis, de diebus infra Octavas Epiphaniæ, Paschatis, Pentecostes, & Corporis Christi; & de omnibus aliis diebus quibus juxta Rubricas non possunt celebrari Missæ Defunctorum. *Innocentius* XI. *apud* Matthæucc. *in Offic. Cur Regular tom* 1. *cap* 6. *n.* 13. *& refert etiam* Monacel. *par.* 2. *pag. mihi* 330. 1530

1688 5. Iul. — Ex reparatione Ecclesiæ facta a Populo pro majori ejus commoditate non sequitur acquisitio Jurispatronatus; ut declarat Gloss. *in cap quando, verb fundationis, de Jurepatr* Rocch. *itid. de Jurepatr. verb. construxit, num* 12. *apud Rotam in Fanen. Ecclesiæ, & Clavium coram* Emerix; 1531

rix, *tom.* 2 *decision.* 859. *numer.* 5.

1688. 5. Jul. —— Custodia Clavium Ecclesiæ regulariter spectat ad Rectorem, ad *text. in l. clavibus, ff. de contrahen. empt.* & tradita per Cephal. *cons* 225. *num* 26. Andreol. *controv.* 381. *num.* 3. verum, quia necessitate urgente non debet Parochus distrahi, aut quoquomodo impediri, ideo juri, & Parochiali sollicitudini consentaneum visum est, quod ipse retineat quoque separatam, & diversam clavem ab ea, quam retinere debet Rector pro administratione Sacramentorum. *Rota in d Fanen. coram* eod. *ibid num.* 6. & 7. confirmata 1696 17. *Febr. coram* eod. *tom.* 3. *decis.* 1311. *numer.* 7. 1532

1688. 18 Aug. —— Capellani, & Beneficiati tenentur applicare Sacrificium pro Capellaniæ, seu Beneficii Fundatore, etiamsi non reperiatur explicite expressum, quoties ille non declaravit relinquere Sacrificii applicationem in libertatem Celebrantis. *Congregat. concil.* & *antea* 1669. 2. *Jul. apud* Monacel. *in Formul. leg. pract. part.* 2 *tit* 13. *form* 2. *num.* 55. *ubi quod* hanc tanquam verissimam propositionem tuentur Pignatell. *consult* 139. *numer.* 13. & 14. *tom.* 1. ac Bonac. *de Sacr. Euchar. disput.* 4. *quæst. ult. punct.* 7. §. 2 *num.* 13. 1533

1688. 28. Aug. —— Regulares requisiti ab Agrorum Dominis, non possunt absque licentia Parochi benedicere Agros, & maledicere Locustas, & Bruchos, & cæteros hujusmodi Vermes, ac consequenter neque in hujusmodi functionibus peragendis uti possunt Stola sine dicta licentia. *Congreg. concil. apud* eund. *ibid. form.* 1 *n.* 79. 1534

1689. 12 Febr. —— In Processionibus peragendis extra ambitum Ecclesiarum, in expositione Eucharistiæ, Benedictione solemni super Populum, aliisque similibus, quoties interveniat licentia Ordinariorum, Parochus non potest se opponere, ne a Capellanis, & Officialibus Con- 1535

Fraternitatum fiant, quia Animarum Cura, & Populi directio principaliter incumbit Episcopo, qui est Parochus Parochorum. *Congreg. at. conc. in Savonen. apud* eumd. *ibid. n.* 86.

1689. 14. Mar. —— Qualitas subjectiva probatur ex perceptione Decimarum facta a Monasterio, cui Parochialis fuit unita, confessione Parochianorum, & descriptione Ecclesiæ tanquam annexæ Monasterio in Libris taxationis Decimarum. *Rota in Pampilonen. Vicariæ coram* Emerix, *tom.* 2. *decis.* 883. *num.* 5. 1536

1689. 6. Jun. —— Beneficiati, & Parochi possunt jure ordinario ab Episcopo arctari ad exhibendum titulum eorum possessionis, alias termino præfixo elapso potest ad eorundem Beneficiorum collationem deveniri, *c. Ordinarii* 3. *de offic. ord in* 6. renovat. per Concil. Trid *sess.* 7. *de reform. cap.* 5. ubi Barbosa *num.* 5. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancellar. gloss.* 15. *num* 62. Lotter. *de re benefic. lib.* 2. *qu.* 46. *num.* 35. *cum seqq* Frances. *de intrus. qu.* 86. *num.* 7. & 8. *apud Rotam in Toletana Jurisdictionis coram* Molines, *in additam. ad* Theatr. Cardin. de Luca, *decis. tom.* 1. *decis.* 10. *de Jurisdict. num.* 1 *pag. mihi* 49 1537

1689. 10. Jun. —— Ei, qui obtinuit ab Ordinario licentiam Matrimonium contrahendi temporibus ab Ecclesia vetitis, non est impedienda traductio Sponsæ ad Domum, quia data licentia pro Matrimonio contrahendo, censetur quoque concessa facultas traductionis Sponsæ ad Domum, dummodo fiat absque solemnitate. *Congregat. Concil. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 2. *tit.* 16. *form.* 2. *n.* 30. 1538

1689. 17. Dec. —— In Ecclesiis Parochialibus Monasteriis unitis etiam extra Claustra quoties, vel jure speciali post Conc. Tridentinum concesso, vel ex tolerantia, & approbatione Ordinariorum locorum, ad nutum amovibiles Superiorum, Religiosi deputantur ad exercitium Curæ, 1539

ræ, non possunt, quatenus ab eis removeantur, reclamare, ut censuit *Congr. concil. in Romana, apud* eund. *in append. ad* 1. *partem, pag. mihi* 445 *num.* 13. *ubi quod* neque Congruam pro curato sæculari taxatam a Monasterio possunt petere, nisi quando indigent ad propriam, & onerum Ecclesiæ sustentationem; nam totum id, quod superest de congrua, deductis alimentis, & Ecclesiæ oneribus, est superfluum, pro quo curatus Religiosus nec agere, nec suo arbitrio de eo disponere valet; & ideo acquiritur Monasterio, *ex Congreg. Episcop. in Mediolanen. Congruæ* 1693. 4 *Sept. &* 1694. 4 *Mar.*

1690. 28. Jan. —— Episcopus contra eos, qui Parochum dolose compulsum adesse curarent, & Matrimonium sine Denunciationibus contrahere præsumerent, potest in Synodo in subsidium pænæ pecuniariæ (si ista esset inexigibilis) imponere etiam pænam Excommunicationis, juxta quintum Decretum concilii Provincialis Mediolanensis. *Congr concil. in Boven. apud* eund *part.* 3. *tit.*2. *form.*5. *num.*3. *& refert etiam* Petra *in commentar. ad constitut Apostol tom* 1. *constit.*1. *Leonis* IX. *sect.*3 *num.*48. *pag. mihi* 205. 1540

1690. 16. Mar. —— Si Parochus velit per seipsum concionari, debet id intimare, & notificare Universitati, quæ jus nominandi concionatorem habet, tempore præfigi solito, alias Universitas in suo jure manuteneretur. *Congr. Episcop. in Senogallien apud* Monacel. *in Formul. leg. pract. par.*1 *tit.*12. *form* 7. *num.*7. 1541

1690. 15. Apr. —— Licentia pro acceptandis oneribus Missarum juxta Decreta; peti, & recipi debet a Rectoribus Ecclesiarum sæcularium in scriptis sub pæna interdicti ab ingressu Ecclesiæ ipso facto incurrendi, non obstante quacunque consuetudine in contrarium. *Congreg. concil. in Vicen. apud* eund. *d. part* 1 *tit* 6. *form.*9. *num.* 4. *ubi* verum si Ecclesia onus injunctum Missarum per- 1542

petuarum absque licentia Episcopi acceptaret, adhuc acceptatio esset valida, & obligaret ad adimplendum, quia Decreta Urbani VIII. supra posita, & edita 1625. 21. Jun. non continent clausulam irritantem, *ex ead. Congreg.* 1644. 16. *Jan. relata a* Pignatell. *consult.* 222 *circa fin. tomo* 4.

1690. 5 Maji. —— Ex possessione rerum ad curam spectantium probatur dominium Ecclesiæ, & curæ habitualis, idque concluditur ex administratione Iurium Parochialium. *Rota in Gerunden. Hebdomadaria coram* Ursino, *in additam. ad* Theatr Cardin. de Luca, *decis. vol.* 2. *decis.* 27. *de Beneficiis, &c num.* 7. *&* 8. *pag mihi* 310 1543

1690. 2. Jun. —— Ad Ecclesiarum Parochialium reparationem in casu necessitatis tenentur etiam Parochi: *Rota in Toletana Jurisdictionis super pertinentia Ecclesiarum coram* Molines, *in d. additam. tom* 1 *decis.* 12. *de Jurisdict num* 13. *pag.* 55. 1544

1690 1 Sept. —— Dissolvuntur Sponsalia; imo & Matrimonium ratum, & consumatum, quando Jugales de communi consensu ambo ad statum Cœlibatus eodem tempore volunt transire, nempe Mulier ut Professionem emittat in Monasterio, & Vir Ordinem Sacrum suscipiat, quia tunc Deus, & non homo separat. *Congreg. Episcop in Januen.* juxta *cap quia Agatho, & cap. scripsit* 27. *quæst* 2. Fagnan *in cap cum sis, de Conver. conjug. apud* Monacel. *in Formular, leg. pract. part.* 1. *tit.* 8. *form* 10 *num.* 6. 1545

1690. 2. Sept —— Non pertinet ad Ecclesiam Matricem jus privativum quoad Sacrarum Reliquiarum expositionem, sed in omnibus Ecclesiis est licitum illas exponere, ut declaravit, & decrevit *Congr. rit. apud* Pascucc *in compend. ad consult. canonic. Jac. Pignatel. part.* 1. *tit* de Ecclesiis, *&c. pag mihi* 248 1546

1690. 23. Sept —— Quamvis Cura habitualis Ecclesiæ sit penes Capitulum, si tamen Canonici, vel 1547

vel Dignitates tempore servitii Chori audiant Confessiones, distributiones amittunt. *Congreg. concil. in Romana*, *apud* Monacel. *part.* 1. *tit.* 2. *form.*6. *num* 7.

1690. 7. Dec. —— Congregatio Inquisitionis coram Alexandro VIII. Veneto sequentes damnavit Propositiones, quarum Prima, cæteris omissis: *Parochianus potest suspicari de Mendicantibus, qui eleemosynis communibus vivunt, de imponenda nimis levi, & incongrua pœnitentia, seu satisfactione, ob quæstum, seu lucrum subsidii temporalis*. In Libello impresso, num. 21. 1548

1690 7. Dec. —— Secunda: *Sacrilegi sunt judicandi, qui jus ad Communionem percipiendam prætendunt, antequam condignam de delictis suis pœnitentiam egerint*. Ibidem, num. 22. 1549

1690. 7. Dec. —— Tertia: *Similiter arcendi sunt a Sacra Communione, quibus nondum inest amor Dei purissimus, & omnis mixtionis expers*. Ibidem, n. 23. 1550

1690. 7. Dec. —— Quarta: *Valuit aliquando Baptismus sub hac forma collatus*, in nomine Patris, &c. *prætermissis illis*, Ego te baptizo. *Ibidem*, *num.* 27. 1551

1690. 7. Dec. —— Quinta: *Valet Baptismus collatus a Ministro, qui omnem ritum externum, formamque baptizandi observat, intus vero in corde suo apud se resolvit*, Non intendo facere, quod Ecclesia facit. *Ibidem*, *num.* 28. 1552

1690 7. Dec —— Sexta: *Ubi quis invenerit doctrinam in Augustino clare fundatam, illam absolute potest tenere, & docere, non respiciendo ad ullam Pontificis Bullam*. Ibidem, num 30 1553

1691. 13. Jan. —— Capellanus, sive Beneficiatus, cui reperitur injunctum, quod celebret annuatim unum Anniversarium quindecim, vel viginti Missarum pro Anima Fundatoris, non tenetur celebrari facere Missam cantatam; quia nisi aliud exprimatur in Fundatione, tale Anniversarium intelligitur de quindecim, vel viginti Mis- 1554

sis

sis privatis eadem die anniversaria celebrandis in loco, Capellano, seu Hæredi, seu Beneficiato bene viso. *Congr. concil. in Placentina*, *apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. part. 2. tit. 13. form. 2. num.* 57.

1691. 19. Apr. —— Famuli, Famulæque, quæ inserviunt Monasteriis Monialium quamvis exemptarum, nullum habent privilegium, sed sicuti cæteri alii Parochiani tenentur ad præceptum Paschale in Ecclesia Parochiali, in qua, alibi sepultura non electa, debent quoque sepeliri: Parochoque spectat eisdem, dum detinentur infirmi, Sacramenta ministrare, & ad Sepulchrum eosdem associare, non autem ad Confessarium Monalium, ut respondit *Congr. concil. in Spoletana*, *& antea in Leodien* 1685. 14. *April. apud* eund. *part.* 1. *tit.* 11. *form* 20. *num.* 2. 1555

1691. 23. Jun. —— Fundator Beneficii in limine Fundationis de consensu Episcopi potest apponere conditiones sibi bene visas, etiam juri communi contrarias, ut ex *cap. nobis*, *cap. præterea il* 2. *de Jurepatr cap. quanto*, *de censib.* Sanchez *cons. moral. lib.* 2. *cap.* 1. *dub* 10. *num.* 11. Gonzal *ad reg* 8. *Cancellar. gloss.* 5 *num.* 103. aliisque citatis Auctoribus dixit *Rota in Burgen. Juris instituendi*, *seu conferendi coram* Molines, *apud* eund. *in fine* 2. *partis*, *decis* 22. *num.* 3. 1556

1691. 1. Sept. —— Clerici, qui sunt Parochorum Coadjutores, & inserviunt Populo in spiritualibus ex obligatione alicujus Officii spiritualis, vel ratione tituli Beneficii, cui in prima fundatione fructus Decimales fuerunt assignati, possunt de illis participare. *Congreg. concil. in Farfen ad* I. *apud* Monacel. *part.* 2. *tit.* 14. *form.* 1. *num.* 9. 1557

1691. 19. Oct. —— Reliquiæ de Sancto, de cujus identitate non constat, & de quo non potest fieri Officium, quia neque reperitur in Martyrologio Romano, si fuerint ab Ordinariis Locorum approbatæ possunt exponi ad Fidelium veneratio- 1558

nem.

nem. *Congr. Rit. approbante Sanctissimo, apud* Mat. thæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 2 cap.* . *n* 10

1691. 14. Nov. —— Danda est dispensatio Irregularitatis contractæ, Celebranti cum vinculo Excommunicationis latæ contra formam Conciliarem *sess.* 23. *de reform. cap.* 3. prout censuit *Congr. Concil in Cotronen. Irregularitatis apud* Petram *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom* 1. *Constit.* 1. *Leonis IX. sect.* 3. *num.* 76. *pag mihi* 209. 1559

1691. 1. Dec. —— Regulares exercentes Curam Animarum in Ecclesiis Monasteriis unitis, in his quæ pertinent ad Sacramentorum administrationem, illorumque, ac Sacramentalium custodiam, & cultum, Episcopo Diæcesano subiiciuntur (dummodo Ecclesia Parochialis non sit illius Conventus, in quo residentiam ordinariam habeat Generalis Ordinis) vigore Bullæ Gregorii XV. supra positæ, & editæ 1622. 5. Febr. ut dixit *Congr. Concil. in Lauden.* in qua plene articulo discusso, & partibus informantibus, fuit resolutum, Bullam præfatam non derogasse Privilegio *cap.* 11. *sess.* 25. *de Regular.* favore Generalium Ordinum concesso, ut refert Monacel. *in Form. leg. pract. par.* 1. *tit.* 6. *form.* 20. *num* 14. 1560

1691. 1. Dec. —— Curati, seu Vicarii dictarum Ecclesiarum parochialium Monasteriis unitarum, renuentes accedere, & intervenire Synodo Diæcesanæ, & Congregationibus Casuum Conscientiæ, juris remediis ab Episcopo compelluntur. *Congr Concil. in d. Lauden. & postea in ead.* 1692. 20. *Sept. nec non antea in Forosempronie.* 1650. 3. *Sept & in Comen.* 1645. 16. *Dec. ac in Justinopolitana* 1639. 24. *Sept. apud* eund. *ibid. num.* 15. 1561

1691. 1. Dec. —— Exempti, qui ratione Ecclesiarum subjectarum Episcopo, ad Synodum accedere tenentur, mittendo eos, per quos Curam gerunt earundem Ecclesiarum, satisfaciunt. *Congr. Concil. in d. Lauden. apud* eund. *d. par.* 1. *tit.* 5. *form.* 3. *num.* 8. 1562

1692.

1692. 4. Febr. —— Concordia inita sine beneplacito Apostolico censetur inita magis cum Personis, quam cum Ecclesiis, & non ligat Successores, *cap. veniens*, *de transact.* Gratian. *disceptat.* 674. *num.* 1. *& seqq. apud Rotam in Herbipolen. Rescissionis Concordiæ coram* Emerix, *tom.* 2. *decis* 1028. *num.* 2. 1563

1692. 8. Febr. —— Non potest Episcopus erigere Canonicatus in Ecclesia Parochiali non Collegiata, etiamsi sit Collegiata in habitu, quia qualitas Collegialitatis tanquam latens censetur non extare in rerum natura, ex regula quod paria sunt in Iure nostro non esse, & non apparere ad text *in l. duo sunt Titii*, *de testam. tutel.* prout tenet *Rota in Cæsaraugustana Jurisdictionis coram* Emerix Decano, *& antea in Leodien Canonicatus* 1680. 3. *Jun. coram* Rondinino, *apud* Piton. *disceptat. Ecclesiasticar. par.* 1 *disceptat.* 8. *n.* 3. 1564

1692. 21 Mar. —— Qui per scripturam, & cum juramento Sepulturam in Parochiali elegisset, posset absque gravamine variare, & alibi eligere, nec indiget relaxatione juramenti. *Congr. Concil in Aretina*, *apud* Monacel. *in Formular. leg. pract par.* 2. *tit.* 13. *form.* 1. *num.* 93. 1565

1692. 19. Apr. —— Ad retardandam Missarum reductionem non erit habenda ratio de ubertate redditaum exactorum in præteritum: adeo ut, qui per multos annos recepit pro Missis celebratis duplex stipendium, illud teneatur compensare in causa decrementi: quia attendendum erit, quid percipiatur actu de tempore petitæ reductionis, nulla habita consideratione de exactis in præteritum, ut dubio de hoc excitato respondit *Congr. Concil. apud eund ibid. form.* 2 *n.* 63. 1566

1692. 10. Maii. —— Bona pro titulo Patrimonii assignata ad Ordines suscipiendos remanent exempta ab oneribus Cameralibus, & Collectis, etiam post Beneficii assecutionem, utcumque ad victum sufficientis, quousque per Episcopum fue- 1567

fuerit facta subrogatio specifica ejusdem Beneficii in locum dicti Patrimonii. *Congr. Concil. in Tolentinaten. & antea sepissime; scilicet in Montis Alti* 1649. 15. *Jun. & in Civitatis Castelli* 1648. 5 *Maii, ac in Firmana* 1640. 10. *Jul. apud eund. in fine* 1. *partis*, *pag.* 466.

1692. 12. Maii. —— Citari debet Rector Ecclesiæ dismembrandæ, seu idoneus Defensor ei deputandus in casu vacationis, & alii interesse habentes, ut innuit Concilium Tridentinum *sess.* 7. *c.* 6. ibi: *vocatis quorum*, *&c.* Franch *in cap.* 5. *in fin. de reb. Eccles. non alien. in* 6 Fagnan. *in cap ad audientiam il* 1. *num.* 29. *&* 30 *de Eccles. ædifican.* Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 28. *num* 22. *&* 23. Corrad. *in Prax. benefic. lib.* 3 *cap.* 2 *num.* 2. *apud Rotam in Meliten. Dismembrationis coram* Emerix, *tom.* 2. *decis* 1048 *n.* 6. 1568

1692. 7. Jun. —— Deputatio Substituti, sive OEconomi in absentia Parochi pertinet ad ipsum Parochum dummodo eligat idoneum, qui ab Episcopo, ad quem approbatio spectat, non valeat aliqua rationabili causa reiici. *Congr. Conc in Mileten. ad* I. *& antea Congreg. Episcopor. in ead. causa* 1691. 7. *Dec. apud* Monacel. *in Formular leg. pract. par.* 1. *tit.* 6. *form.* 1. *num* 2. *& tit.* 10. *form.* 14. *num.* 4. 1569

1692. 13. Jun. —— Cum carcer inducat justum metum cadentem in constantem virum, si Clericus in carceribus detentus, aut in alio loco, quem teneat loco carceris, renunciet Privilegiis clericalibus, aut beneficio, poterit habitum reassumere clericalem sine licentia Episcopi, & Iura ad beneficium renunciatum, non obstante Decreto acceptationis, quia hujusmodi renunciatio tanquam metu carceris facta pro nulla habetur. *Congr. Episcopor. in Aversana*, *& antea in Aquipendii* 18. *Apr ejusd. anni*, juxta *l. qui in Carcerem*, *ff. quod met. caus. apud* eund. *d par.* 1. *tit.* 5. *form.* 9 *num.* 35. 1570

1692

1692. 16. Jun. —— Loco Parochi, ut Testamentum de Iure Canonico sit validum, potest intervenire Confessarius, qui actualiter gerit curam Animæ Testatoris, ut notant DD. & dicit Paris. *cons* 51. *num.* 4. *&* 5. *vol* 3. Onded *cons.* 77. *num.* 14. *cum seqq. lib.* 2 *apud Rotam in Pisauren. Prædii coram* Caprara, *in additam ad* Theatr. Cardin de Luca. *decis. vol.* 1 *decis.* 4. *de Testam. &c num.* 5. *pag.* 404. 1571

1692. 16. Jun. —— Ut dispositio Testatoris coram Parocho, & duobus Testibus exarata, possit executioni demandari, requiritur, quod Parochus, & Testes in formali examine deponant de integro dispositionis tenore. *Rota in d. Pisauren. Prædii coram* eod *ibid. num.* 6 1572

1692 3. Oct. —— Capellani Confraternitatum non debent ab Episcopo sine causa amoveri, reluctantibus Confratribus. *Congr. Episcop. in Forosem pronien. apud* Monacel. *in Formul. leg: pract in append. ad* 1. *partem, pag.* 423. *num.* 5. 1573

1692. 28 Nov. —— Redditus Sacristiæ debent erogari in Sacras suppellectiles, & reparationem Ecclesiæ, ut ex Concilio Tridentino *sess.* 22. *de reform. cap* 9, *& sess.* 24. *cap.* 3. notat Monet *de com ult. volunt. cap.* 3 *num.* 81. *apud Rotam in Melevitana Juris administrandi coram* Emerix, *tom* 3. *dec.* 1083. *num.* 4. 1574

1692. 1 Dec. —— Pensionarius in Iudicio petitorio contra Titularem qui Pensioni non consensit, tenetur plene, & concludenter justificare valorem Beneficii per ascensum, alias Pensio non sustinetur, ut tradit Garz. *de Benefic par.* 1. *cap.* 1. *num.* 476. *& seq.* Lotter. *de re benefic. lib* 1. *quæst.* 38 *num.* 72. Adden. *ad* Gregor. *decis.* 57. *num.* 11. *apud Rotam in Calaguritana Pensionis coram* Emerix Decano, *in additam. ad* Theatr. Cardin. de Luca, *decis. vol.* 2. *decis.* 5. *de Jurepat & Pens. n.* 1. *pag. mihi* 328. 1575

1692. 29 Dec. —— Parochus tenetur diebus saltem 1576

tem

tem Dominicis, & Festis de præcepto Sacrificium Missæ pro Ovibus suis applicare, etiamsi Congruam in solis incertis haberet. *Congreg. Conc. in Cremonen. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. part 1. tit. 2 form. 2. num 4. ubi* quidquid dicant in contrarium nonnulli Theologi moderni morales blandientes Parochis, illosque ab hoc onere eximentes, si tenuem habeant congruam, & incertam.

1693. 14. Febr. —— Non potest Episcopus Curam supprimere, erecturus Dignitatem. *Congr. Conc. in Pientina, apud eund. d. par. 1 tit. 6 form. 10. num. 7.* 1577

1693. 14. Febr. —— Quarta Decimarum debetur Episcopo tanquam Parocho Parochorum, & superiori Ordinario, & Pastori suæ Diœcesis, vigore *cap. conquerente 16. de offic. Jud ord. c. de quarta, de præscript. cap. cum olim, de cens. cap. quoniam, de Decim.* ibique Fagnan. nisi adsit contraria consuetudo, prout habetur apud d. Monacel. *par 2. tit. 14 form. 1. num 14.* 1578

1693. 4. Apr. —— An Matrimonium contrahi possit a Titio cum Berta, quæ fuit Matrina filiæ Titii susceptæ ex primo Matrimonio in Sacramento Confirmationis collato ab Episcopo per errorem cum Oleo Infirmorum? Sacra Congregatio Concilii rescripsit, *ad mentem:* & mens fuit, ut Episcopus insinuaret partibus, quod procurarent dispensationem ad cautelam, ut refert idem Monacel. *d. par. 2 tit. 16. form. 2. num. 31.* 1579

1693. 5 Jun. —— Si in fundatione Iurispatronatus concessa fuerit Patronis Visitatio Ecclesiarum, etiam quoad temporalia, & facultas obsignandi, & distribuendi Bona Parochorum, poterit observari. *Rota in Olomucen. Jurisdictionis coram* Muto, *& antea in ead. 19. Jan ejusd. anni, apud* Petram *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom 1 Constitut. unic. Callisti II. sect. 1. num. 109. pag. 427. ubi quod* etiam pacta contra jus possent in limine fun- 1580

fundationis apponi, consentiente tamen Ordinario, *ex cap. Præterea*, *de Jurepatr. cap. Quanto*, *de Censib.* Cardin. de Luca, *de Jurepatr. discur.* 68 *num.* 9. & 10.

1693. 14. Nov. —— Matrimonium contractum à Græco Latino Catholico coram Sacerdote Græco non Parocho, non sustinetur. *Congreg. concil. in Chien. Matrimonii*, *apud* Monacel. *in Formul. leg. pract. part.* 1. *tit* 8. *form.* 10. *num* 12. 1581

1693. 28. Nov. —— Beneficia Curata non debentur diffamatis. *Congregat. Concil. in Mediolanen. seu Alexandrina*, *apud* eund. *d. part.* 1. *tit.* 2. *form* 14. *num.* 5. 1582

1693. 7. Dec. —— Indultum suscipiendi Ordines extra tempora a Jure statuta conceditur ex causa, ut quis Beneficio, vi cujus arctatur ad Presbyteralem Ordinem suscipiendum, vel alteri etiam perpetuo Beneficio, quod obtinet, vel Capellaniæ ad vitam sibi concessæ per seipsum inservire possit. *Congr. deputata ab Innoc. XI. qui hoc laudavit*, & *approbavit die* 14. *Dec. ejusd. anni*, *apud* eund. *in append. ad d.* 1. *partem*, *pag. mihi* 477. 1583

1694. 16. Jan. —— Pro novarum Ecclesiarum constructione solet apponi in licentiis clausula *sine præjudicio Parochialis Ecclesiæ*, prout *Congr. conc. in Forolivien. erectionis Ecclesiæ Ruralis*, *apud* Petram *in Commentar. ad Constit. Apostolic. tom* 2. *constitut.* 2. *Paschalis II. sect.* 1. *num.* 70. *pag. mihi* 390 1584

1694. 16. Jan. —— Cum frequenter ad formalem dismembrationem soleat deveniri, quando Parochianorum pars, vel Communitas, quæ id petit ob distantiam loci, & magnam incommoditatem itineris, congrue dotat novam Parochialem erigendam, ut observat Cardin. de Luca, *de Dec. discur.* 12. *num.* 8. tunc oblatio Capellani, seu Coadjutoris pro administratione Sacramentorum diebus Festis per Rectorem facta ad evitandam dismembrationem, non est sufficiens ad retardandam novæ Parochiæ erectionem, sed ad illam ju- 1585

ste

ste proceditur, ea non obstante *Congr. Concil. in Januen. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 2. form. 3 n. 6. ubi quod* hoc est contra opinionem Rotæ in Oveten de anno 1681. quæ Decisio allegabatur in dicta causa Januen. favore Matricis.

1694. 23. Ian. —— Quoties Episcopus sit Parochus universalis, contra ipsum Ministri sub alterni nequeunt super jure decimandi allegare præscriptionem, nisi probetur ejus scientia, & patientia. *Rota in Calaguritana Decimarum coram* Molines, *in additam ad* Theatr. Card. de Luca, *decis. vol. 2. decis. 14. de Regular Matrim. &c. num. 9. &10. pag mihi* 362. 1586

1694. 13. Febr. —— Episcopus inquirit, an Rectores, & Capellani Hospitalium, & Locorum Piorum in eorumdem Ecclesiis exerceant fructiones Parochiales, vel extra illas Cadavera Fidelium in dictis Hospitalibus defunctorum ad alias Ecclesias, in quibus Defunctis sibi elegerunt Sepulturam, vel proprium habent Sepulchrum, auctoritativè deferant, & associentur, ut possit hæc, quæ ad Parochum privative pertinent, prohibere, *Congr. Concil. in Bononien. apud* Monacel. *par 1 tit 5. form. 2. n* 16 1587

1694. 6. Mar. —— Capellani cujusvis Exercitus, sive Regulares, sive Sæculares Catholici nequeunt administrare Militibus in Præsidiis degentibus Sacramenta Pænitentiæ, Eucharistiæ, & extremæ Unctionis sine speciali facultate Sedis Apostolicæ, & approbatione Ordinarii, in cujus Diæcesi extare contigerit. *Cong. S. Officii, apud* Petram *in Commentar ad Constitut. Apostolic. tom 2. Consti. 11. Innocentii III. sect. 1. num. 18. pag. mihi* 356. 1588

1694 6. Mar —— Non possunt prædicti Capellani assistere Matrimoniis Militum cujuscunque Nationis degentium in Præsidiis cum militaribus Fæminis sine dicta facultate Apostolica, & præ- 158

cedente probatione status liberi, ejusque recognitione coram Ordinario loci, & licentia Parochi, sub cujus Parochia maneant: nec cum Militibus degentibus in Castris; & Stationibus hybernis, vel æstivis: nec cum Militibus nubere volentibus cum Fæminis non militaribus, sed Italis originariis loci, sive Diœcesis, in qua reperiuntur. *Congreg. S. Officii, apud eund. ibid.*

1694. 15. Mar — Cum congrua reservata sit pro sustentatione Parochi, desumenda est a loco, in quo Ecclesia Parochialis existit, & in quo necessaria sunt comparanda, ut advertunt Gom. *in regul. de valor. exprimen. fol.* 464. *verf. nam Romæ*, Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 11. *num.* 27. Pirr. Corad. *in Prax. benefio. lib.* 5. *cap.* 1 *num.* 35. relati a *Rota in Romana Pensionis coram* Priolo; *apud* Monacel *in Formular. leg. pract. par.* 2. *in fine, decis.* 30. *num* 1. 1590

1694. 15. Mar. — Onus Pensionis nullum infert præjudicium Ecclesiæ, neque fructuum dismembrationem importat, sed tantum agitur de majori, vel minori utilitate Parochi, cui satis consultum est cum reservatione Congruæ Conciliaris, & maxime quando Parochus consensit propriam Ecclesiam gravari, vel de illa ita gravata provideri voluit, quia supponitur consensus de tali stipendio pro illius servitio. *Rota in d.* Romana *coram eod. apud* eund. *ibid. num.* 3. 1591

1694. 14. Jun. — Collegialitas, & Parochialitas sunt compatibiles in eadem Ecclesia, etiam ad effectum reservationis vigore Regulæ quartæ Cancellariæ, ut dixit *Rota in Calsonen. Præpositura coram* Molines, *in additam ad* Theatr. Card. de Luca, *decis. vol.* 2. *decis.* 1 *de Benefic. &c. num.* 17. *pag. mihi* 263. 1592

1694. 25. Jun. — Exemptio unius Ecclesiæ a Jurisdictione Parochialis probatur ex Privilegio, seu Indulto, juxta text *in cap. si Papa* 10. §. *si* 1593

autem

autem, *de privileg. in* 6. Abb. *in cap. significasti*, *num.*8 & *seq. de for. comp.* ac proinde non potest Parochus exercere Ecclesiasticas functiones in Ecclesia exempta, *cap. placuit & cap. Episcopus in Diœcesi* 7. *qu.* 1. *cap. nullus*, *de Paroch.* Cardin. de Luca *eod. tract. discur.* 31. *num.* 5. *ubi num. seq.* & 3. *ait*, *quod* minus percipere potest obventiones, & emolumenta pro celebratione Officii, ac tumulatione Cadaverum, excepta Quarta Funerum debita ratione Curæ, ut habet *Rota in Mediolanen. Quartæ funeralis coram* Emerix, *tom.* 3 *decis.* 1192. *n.* 1. 2. & 3.

1694. 25. Jun. —— Ecclesiæ exemptæ licet sitæ intra Parochiam, ejusque fines, non tamen dicuntur esse de Parochia, neque sub illa comprehenduntur, ad tradita per Gloss. *in Clem.* 1. § *volumus*, *verb. Diœcesanis*, *de for. comp.* Gemin *in cap. cum Episcopus*, *num.*4. *de Offic. Ord.* Barbos. *de Jur. Eccles. cap.*17. *num* 22. Ascan. Tamburin. *de Jur. Abb tom.*1 *disput.*3 *quæstio* 4. *num* 7 *apud Rotam in d. Mediolan. Quartæ funeralis coram* eod. *ibid. num.* 7. 1594

1694. 28. Jun. —— Verba *di stare a quello*, *che il Zio*, *e la Madre farà*, non probant Sponsalia de præsenti, neque illorum contractum, Giurb. *observ.* 35. *num.* 1. sed ad summum concludunt dumtaxat consensum de contrahendo Sponsalia in futurum, quod sufficiens non reputatur ad inducendam obligationem de illis ineundis, ita ut intret coactio per Sacros Canones præfinita, sicut advertunt Spada *cons.* 152. *num.* 1. *lib.* 2. Sanchez *de Matrim. lib.* 1. *disput.* 18. *n.*13 citati a *Rota in Lunen. Sarzanen. Sponsalium coram* Pio, *apud* Monacel. *in Formular. leg. pract in fine* 2 *partis decis.* 31. *num* 1. 1595

1694. 28. Jun. —— Possessio exigendi Decimas ad effectum manutentionis probatur ex confessione aliquorum Parochianorum: & probata contra plures, suffragatur contra omnes, Gratian 1596

discept. forens. cap. 425. *num.* 46. post *de manut. observ.* 73 *num* 165. *cum seqq. apud Rotam in Compostellana Decimarum coram* Emerix, *tom.* 3. *decis.* 1201 *num* 2 & 3. confirmata 1695. 27. *Jun. coram* eod. *ibid. decis.* 1277. *n.* 2.

1694. 5. Iul. —— Pacta inita cum Parocho occasione erectionis conventus sunt servanda, etiamsi 1597
fuerint inita per Guardianos, seu Priores sine licentia Generalis, aut Provincialis, nec approbata per ipsorum Capitula generalia, ut expresse cavetur *in cap. fin.* ibique notant Gemin. *num* 5. & 6. Butr. *num.* 1. *vers. solve*, *de pactis in* 6. Moron. *respons.* 52. *sub num.* 17 *vers. ad hoc*, *ut teneantur*, aliique citati *a Rota in Majoricen. Quartæ funeralis*, *& erectionis Crucis coram* Emerix, *d. tom.* 3. *decis.* 1206 *nu.* 2.

1694. 5. Iul. —— Parochus potest se opponere novæ fundationi Monasterii, & eo dissentiente 1598
Episcopus debet abstinere, ad notata per Barbos. *de potest. Episc alleg.* 26 *n.* 5. *par.* 2 *apud Rotam in d. Majoricen. Quartæ funeralis coram* eod. *ibid. num.* 8.

1694. 31. Iul. —— Parochi sæculares non possunt 1599
prætendere majorem quantitatem emolumentorum funeralium, quando Cadavera sepeliuntur in Ecclesiis Regularium, quam accipiunt, quando tumulantur in Ecclesiis sæcularibus. *Congregat. Concil. apud* Piton. *disceptat. Ecclesiasticar. par.* 2. *disceptat.* 50. *n.* 48.

1695. 30. Apr. —— Corpora Presbyterorum, & 1600
Clericorum Ecclesiæ Cathedralis sunt sepelienda in Parochiali, nisi in Ecclesia Cathedralis habeatur Sepultura propria separata pro Presbyteris, & Clericis: si vero adsit consuetudo quadragenaria cum titulo, tunc debet attendi, prout etiam, quando Ecclesia Cathedralis tenetur solvere Quartam funeralem Parocho alterius Ecclesiæ, si ibi Sepulturam quis elegerit. *Congr. gat. Concil. in Mantuana*, *& antea in ead* 1694. 31.

31. *Jul. apud* Petram *in Comentar. ad Constitut. Apostolic. tom.* 2. *Constit.* 2. *Honorii* III. *sect. unic. n.* 40. *pag. mihi* 395.

1695. 20. Jun. —— Valde æquum est, ut extraneis præferri debeant Clerici Ecclesiæ Parochialis in associatione Funerum suorum Parochianorum, ut ad tex. *in Can. quia Sacerdotes* 10 *quæst.* 1. dixit *Rota in Placentina prætensa Collegialitatis coram* Scotto, *apud* Piton. *disceptat. Ecclesiasticar. par.* 2. *disceptat.* 50. *n.* 15. 1601

1695. 1. Jul. —— A deputatione OEconomi facta Ecclesiæ Parochiali vacanti non datur appellatio suspensiva propter periculum Salutis Animarum, Ricc *in Prax. for. Eccles. par.* 1. *tit. Praxis Episcoporum, resol* 495 *num* 3. Barbos. *de potest. Episc. alleg.* 60. *num.* 1. *in fine, par.* 3. Castropal. *oper moral. tom.* 2. *tract* 13. *disp.* 3 *punct.* 2 §. 1. *numer* 4. *apud Rotam in Pisana OEconomatus super Attentatis, & Manutentione coram* Emerix, *tom.* 3 *decis.* 1280. *num.* 4. & habetur etiam *in additam ad* Theatr. Cardin. de Luca, *decis. vol.* 2. *decis.* 2. *de Conflict. Leg. & Rat. n.* 3. *pag. mihi* 432. 1602

1695. 25. Iul. —— Quarta Mortuariorum, quæ ex generali consuetudine solvitur Parocho, & non Episcopo juxta *Clem. dudum*, *de Sepult. in* 6. & Concilium Tridentinum *cap.* 13. *sess.* 25 *de reform.* solvenda est in quantitate per consuetudinem regionis, & locorum solita, & præscripta, etiam a Regularibus, qui non sunt specialiter privilegiati, sed tantum per communicationem Privilegiorum hanc Quartam retinere prætenderent, quia talium Privilegiorum communicatio non suffragatur in tertii præjudicium. *Congr. Concil. in Ebrodunen. ad* XII. *Decisiones Rotæ in Casalen. Quarta funeralis* 1665. 1. *Jul.* & 1666. 18. *Jun. coram* Carpineo, *apud* Monacel *in Formular. leg. pract par.* 2. *tit.* 14. *form.* 1. *n* 14. 1603

1695. 29. Jul. —— Universitates Laicorum sunt capaces nominandi Curatos amovibiles. *Con-* 1604

gregat. Episcopor. in Aquilana, favore Universitatis Terra Arischia, *apud* eund. *part.* 1. *tit.* 10. *form.* 18 *num.* 1.

1695 17. Sept. — Si in impositione oneris dicatur, quod Capellanus debeat continue singulis 1605
diebus Missam celebrare; & si cessaverit eam facere, teneatur solvere aliquid pro qualibet Missa non celebrata, tunc non posset vacare; nec quiescere; nisi suppleret per alium, ut respondit *Congregat. Concil apud* eund. *in fine* 1. *par pag.* 500 *ubi addit*, *quod* non teneretur tamen tempore infirmitatis non excedentis quindecim dies, ut declaravit *ead. Congregat. die* 17 *Nov. ejusd. anni*.

1695. 12. Nov. — Benedictiones Animalium in 1606
die festo S. Antonii dari, & oblationes recipi ab aliis Capellanis, & Rectoribus aliarum Ecclesiarum intra fines Parochiæ existentium, nec prohibere, nec impedire valet Parochus, quia inter functiones Parochiales ista Benedictio non connumeratur. *Congregat. Concil in Ravennaten.* & antea *Congregat. Episcopor. in Tudertina anno itid* 1695 18. *Novemb. ac in Fulginaten.* 1685. 25 *Maii*, *apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *tit.* 10 *form* 18. *num.* 9.

1695. 12. Dec. — Præsentatio Rectorum per pa- 1607
tronos, de directo repugnat cum unione extinctiva Tituli; in qua nec Ecclesiæ providentur de Rectore; nec datur vacatio. *Rota in Pisana OEconomatus coram* Emerix Decano, *in additam.* ad Theatr. Card. de Luca, *decis. vol.* 2. *dec.* 2. *de Conflict. Leg. & Rat. n.* 3. *pag. mihi* 432

1696 23. Jan — Unio ex sua natura indicat 1608
Curam habitualem remanere penes Rectorem Ecclesiæ, cui facta est Unio. *Rota in Carpentoraten. Vicariæ coram d.* Emerix *tom.* 3. *decis.* 1301. *num.* 5.

1696. 30. Jan. — In transactione rerum Ecclesiæ 1609
solet peti Beneplacitum a Sacra Congregatione Epi-

Episcoporum, vel Concilii, & confirmari etiam a Papa; & posito Beneplacito Apostolico, obligat omnes successores. *Rota in Romana. Funeralium coram* Molines, *& antea in eod.* 1695 4. *Mar. coram* eod. *apud* Petram *in Commentar ad Constitut. Apostolic. tom* 1. *Constitut.* 1. *Paschalis* II. *sect.* 2. *num.* 15. *pag. mihi* 369.

1696. 17. Febr — Simplices Capellaniæ de jure communi residentiam requirunt, & solum ex consuetudine universali residentia exolevit *Rota in Valentina Beneficii super gratia subrogationis coram* Olmo, *apud* Piton. *disceptat. Ecclesiasticar. par.* 2. *disceptat.* 40. *n* 3. 1610

1696. 2. Iun. — Dignitas Archidiaconatus potest conferri non habenti Lauream Doctoralem, nisi Archidiaconus exerceat jurisdictionem, vel Curam Animarum habeat. *Congregat. Concil. in Sabinen ad IV. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract par.* 1. *tit* 12. *pag. mihi* 393 *n.* 15. 1611

1696. 27. Jun. — Exequenda est Gratia pro Præsentato ad Beneficium ab habente vocem pinguiorem, *Rota in Lauden. Canonicatus coram* Emerix, *apud* Piton. *disceptat Ecclesiasticar. par.* 1. *disceptat.* 13. *num* 30. 1612

1696. 4. Jul. — Erectio Capellanorum ad exercitium curæ destinatorum præsumitur per Episcopum approbata, si ipse tacuit, cum de jure præsumatur. *Rota in Novarien. Portionum Parochialium coram* Molines, *in additam ad* Theatr. Cardin. de Luca, *decis. vol.* 2. *decis.* 28. *de Beneficiis, & c num.* 5. *pag.* 312. 1613

1696. 4. Jul. — Parochialitatis jus in eo residere dicitur, cujus petitur licentia, & Crux pro Funeribus associandis. *Rotam in Novarien. Portionum Parochialium coram eod. ibid. numer.* 7. *ubi etiam dictum fuit, quod* non repugnat, quod Curatus deputatus a curam habitualem habente valeat novam Provisionem in Dataria obtinere. 1614

1696. 7. Jul. —— Constructio novæ Ecclesiæ, quæ est valde pia, & religiosa, *cap. fin. dist.* 96. pro sola Missæ celebrtione, non debet a Parochis impediri, neque Parochiani coarctandi, ut diebus festis ad Parochiam accedant, prout moris antea fuit; & servabatur juxta dispositionem textus *in cap. cum Dominicis, de Paroch.* & hoc censuit *Congregat Concil. in Fulginaten. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *tit.* 6. *form.* 10. *num* 15. 1615

1696. 7. Jul —— Præsentatus, & nominatus ad Beneficium de Jurepatronatus cum pacto, quod debeat succumbere expensis litis super Beneficio vertentis, licet non commiserit veram Simoniam, indiget tamen absolutione ad cautelam *Congreg. concil. in una Civitatis Plebis, apud* eund. *d par.* 1. *tit.* 7 *form.* 4. *n* 2. 1616

1696. 21. Jul. —— Quamquam Processiones solitæ privatæ, quæ fiunt a Parochis in Parochia, fiant sine licentia; si tamen transferantur, exigitur Episcopi approbatio, ut partibus informantibus fuit decisum a *Congreg Rit. in Hispalen. & antea in Asten.* 21 *Iun. ejusd. anni, apud* eund. *d. par.* 1. *tit.* 5. *form.* 7. *n.* 15. 1617

1696. 1. Dec. —— Matrimonium contractum a Viro Catholico cum Muliere pariter Catholica coram Ministro Acatholico est nullum, quia licet fuerit initum in Terris Hæreticorum, adhuc ubi fuerit publicatum Concilium Tridentinum, illius forma trad ta *in cap.* 1 *sess* 24 *de reform.* ubique servanda est, ut declaravit *Congregat concil in una Venetiarum, apud* Monacel. *in Formular. leg pract. par.* 1. *tit.* 8. *form* 10 *num.* 15. 1618

1696 15. Dec. —— Qui præceptum Paschale non implevit, si decedat antequam per Edictum declaretur incursus in pænam Interdicti, sepeliendus est in Loco Sacro, quia non est interdictus, donec declaretur, nisi adesset Statutum Synodale. *Congregat. Episcopor. in Baren. apud* eund. *d par.* 1619

d. part. 1. *tit.* 5. *form.* 16. *numer.* 5.

1697. 25. Jan. —— Promissio jurata conficiendi Inventarium, recipi, & injungi poterit in formula Juramenti Provisi de Beneficio, quia omnes Beneficiati, juxta dispositionem Sixti Quinti, tenentur illud conficere, sicuti & Administratores Locorum Piorum. *Congregat. Episcopor. in Juvenacen. apud* eund *d. par.* 1. *tit.* 7. *form.* 4. *num.* 1. 1620

1697. 26. Jan. —— Si redditus Beneficii taxati, post taxam facto Papæ, aut temporum injuria absque culpa Beneficiati notabiliter essent diminuti, taxa esset reducenda, & moderanda, quia onera sunt imponenda proportionaliter secundum facultates. *Congregat. Concil. in Romana Taxæ*, juxta *Clem.* 1. *in fin. de Magistr. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *tit.* 12. *form.* 1. *num.* 6. 1621

1697. 4. Febr. —— Matrimonium est validum, licet Parochus Conjugum non audiverit, si ipse causam dederit, quo minus intelligeret, vel ex quo aures obturaverit, vel ex quo conclamaverit, vel ex quo fugam a præsentia Conjugum arripuerit, vel similia egerit, dum nesciens ex quo noluit scire, vel affectavit nescire, habendus est pro sciente, *cap. cum inhabitio*, §. *si quis vero de clandest dispens.* & in puncto firmat doctissimus Fagnan. *in cap. quæsitum*, *de Panit. & Remiss num* 8 & Ricc. *in Prax. for. Eccles. resol.* 213. *num.* 3. Ponce *de Matrim. lib.* 1. *cap* 25. *sub n.* 12. aliique quamplures relati a *Rota in Romana Matrimonii coram* Ursino Decano, *in additam. ad* Theatr. Cardin. de Luca, *decis vol.* 2. *decis.* 5. *de Regular. Matrim. &c. num.* 33. & *seqq. pagin mihi* 346 1622

1697. 4. Febr. —— Sacrum Concilium Tridentinum vult in Matrimonio, quod Conjuges ad interrogationem Parochi consensum explicent, sed quando descendit ad Matrimonii irritationem, 1623

nem, nequaquam repetit Parochi intelligentiam, ſed tantum præſentiam: & propterea cum in irritatione Concilium non repetierit conditionem conſenſus per Parochum intellecti, non cenſetur volita ſub pæna irritationis actus, ut bene diſtinguendo diſpoſitionem Conciliarem in duas partes obſervat Cardin de Luc. *diſcur.* 26. *num.* 4. & 47. idemque dixerat *in diſcur.* 2. *de Matrim num.* 9. ideoque rejiciendi Doctores tenentes, quod ſi Parochus data opera noluerit verba Conjugum conſenſum in Matrimonio indicantia audire, adhuc Matrimonium ſit nullum, prout rejecit *Rota in d. Romana Matrimonii coram* eod. *ibid. num.* 34. 35 & 40.

1697. 16. Febr. —— Capitulum Eccleſiæ Cathedralis non poteſt prætendere, quod debeat invitari pro aſſociatione Cadaverum, ubi ultra proprium Parochum plura vocantur Religionum capitula, cum a libero Hæredum arbitrio pendeat ad Defuncti funus vocare quos volunt. *Rota in Caſalen. Quarta Funeralium*, & antea *Congreg. concil. tum in Matheraten.* 1660 3. *Nov. tum etiam poſtea in Lavellen.* 1668 16. *Jun. apud* Piton. *diſc. Eccleſiaſt. part.* 2. *diſceptat.* 50. *num* 2. 1624

1697. 27. Mar. —— Sacramenta omnia gratis adminiſtranda ſunt, adeo ut nec a ſponte dantibus pro illorum adminiſtratione aliquid recipi poteſt, ſed tantum ſi pro eleemoſyna offeratur: & hoc non obſtante contraria conſuetudine. *Congr. rit. in Squillacen.* & antea *Congr. concil.* 1693. 1. *Febr. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. part* 2. *tit.* 16. *form.* 2. *num.* 17 1625

1697. 20. Apr. —— Canonicus, qui in Eccleſia Cathedrali curam Animarum exercet, computat Diſtributiones in congruam. *Congreg concil in Iſernien.* & antea *in Acernen.* 1693. 14. *Nov. apud* eund. *part.* 1. *tit.* 2. *form.* 6. *num.* 14. 1626

1697. 17. Maji. —— In Beneficio erecto cum conditione, quod nunquam Sedes Apoſtolica ſe inge- 1627

ge-

gerat, cessat Regula reservationis Cancellariæ. *Rota in Urbanen. Archipresbyteratus coram* Ansaldo, *apud* eund. *part.2. in fine*, *decis* 35. *num.*18.

1697. 28. Jun. —— Ex enunciativis factis per Episcopum in Visitatione, congrua desumitur Matricitatis probatio. *Rota in Faventina Iurium Parochialium coram* d. Ansaldo, *in additam.ad* Theatr. Cardin. de Luca, *decis. vol.2. decis.*31. *de Beneficiis*, *&c. num.*3. *pag* 318 1628

1697. 28. Jun. —— Confessio Rectoris antecessoris, ubi sit adminiculata, successoribus jure proprio venientibus præjudicat, etiam ad probandam Matricitatem. *Rota in d. Faventina Jurium Parochialium coram* eod. *ibid. num* 9. 1629

1697. 28. Jun. —— Visitationi Episcoporum ad probandam Ecclesiæ Matricitatem est deferendum. *Rota in d.Faventina coram* eod. *ibid.num.*13. *ubi num.*15. *dictum fuit*, *quod* Matricitas concluditur, si Populus Paschalia Sacramenta uti a propria Parochia in Ecclesia, quæ Matrix prætenditur, recipiat, ut affirmant relati per Pignatell. *consult.*109. *num.*4. *tom* 4. Panimoll. *decis.* 5. *num* 12. *&* 13. 1630

1697. 28. Jun —— Ministri in Ecclesia Filiali non dicuntur Parochi, licet Parochi figuram exerceant, sed subsidiarii Ministri subalternantes in exercitio curæ Rectori, qui habitu est verus Parochus, verus Sponsus, & verum caput Ecclesiæ Matricis, ut tradiderunt Gratian. *discept.* 865. *num* 23 *cum seq.* Gonzal. *ad reg. Cancellar. gloss.*6 *num.*42. *& seq* cum aliis relatis *a Rota in d Faventina coram* eod. *ibid. num* 20. *pag.* 319 1631

1697. 28. Jun. —— Filialem esse Ecclesiam demonstrat, si Rectores Ecclesiæ Matricis consueverint possessionem apprehendere in Ecclesia Filiali. *Rota in d.Faventina Jurium Parochialium coram* d Ansaldo, *ibid num.*24. 1632

1697. 28. Jun. —— In Ecclesia Filiali Episcopus tenetur deputare Rectorem ad præsentationem 1633

Re-

Rectoris Ecclesiæ Matricis, ut constat *ex cap. de audientiam de Eccles. ædific* ibique Gloss. *verb. præsentationem*, rationem reddens subjungit, *quia talis Sacerdos est eidem Rectori subjectus*, ut habet, & tenet *Rota in d Faventina coram* eod. *ibid. n. 27.*

1697. 28. Iun. —— Rector in Ecclesia Filiali alienis sumptibus constructa præsentari non debet a Rectore Ecclesiæ Matricis, sed a Fundatore *Rota in d. Faventina coram* eod. *ibid. num* 29. *ubi num.* 30 & 31. *dictum fuit*, *quod* Ubi Fundator non est certus, vel noluit sibi expresse, vel tacite reservare jus præsentandi ad Beneficium, sive simplex, sive curatum, hoc spectat ad Ordinarium, ex plene deductis per Corrad. *in Prax. benefic. lib.* 4 *cap.* 7. *num* 25. Card. *de Jurepatr. discur.* 55. *num.* 20 non enim repugnat, quod una Ecclesia sit Filialis, & tamen non præsentetur Rector ab Ecclesia Matrice. 1634

1697. 1. Jul. —— Concordia inita super Decimis absque Beneplacito Apostolico ligat transigentes eoque obtento astringit successores. *Rota in Nullius Tudelæ, seu Tiragonen. Decimarum coram* Caprara, *apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. p.* 2. *in fine*, *decis.* 36. *num.* 4. 1635

1697. 6. Iul. —— Conferentiæ casuum conscientiæ, quæ pro Parochorum, & Sacerdotum Ruralium profectu ex dispositione Synodi Diæcesanæ, sive Edicti Episcopi fiunt in Locis Diæcesis, sunt faciendæ in loco ab Episcopo arbitrando, & designando, non attento quod locus ab Episcopo electus, & ad quem Parochi, & confessarii etiam Dignitate insigniti debent accedere, & interesse, non sit dignior, & aliis prærogativis supra omnes decoratus, ut resolvit *Congr. concil. in Forolivien* & antea *in ead* 1696. 14. *Jan. apud* eund. *part* 1. *tit.* 3. *form.* 15. *num.* 1. 1636

1697. 7. Sept. —— Matrimonia Puellarum expositarum degentium in conservatoriis, seu Hospitalibus, non debent, neque possunt contrahi 1637

cum

tum Rectoribus, seu Capellanis eorundem Locorum, sed coram proprio Parocho; in cujus Parochia reperiuntur sita prædicta Loca, celebranda erunt. *Congregat Concil. in Svessana, apud* eund. *d. par* 1; *tit.* 8. *form.* 10 *num.* 15.

1697. 23. Nov — Caveant omnes, & singuli Ecclesiarum Rectores Sæculares, & Regulares, ne onera, seu Missas, tum perpetuas, tum temporales, tum etiam manuales, quarum satisfactioni impares fuerint, quoquomodo suscipiant: utque idipsum, quoad fieri poterit, pateat, teneantur iidem conficere, semperque in loco magis patenti, & obvio retinere Tabellam onerum perpetuorum, & temporalium litteris perspicuis, & intelligibilibus descriptorum, quorum implemento, si moraliter, & intra breve temput satisfacere non posse, seu illa dumtaxat, & non ulteriora adimplere posse crediderint, seu credere debuerint, alias Missas, sive perpetuas, sive temporales, sive manuales, per se, vel per interpositas personas quoquomodo recipere, seu acceptare omnino desistant, seu abstineant: & ulterius tali casu in eadem Tabella similiter exprimant, sese propterea aliis Missis acceptandis, & celebrandis impares esse: *Congr. Concil. confirmante Innocentio* XII. *apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular tom.* 1. *cap.* 12. §. 27 *& refert etiam* Mon *in Formular. leg. pract. par.* 1. *pag. mihi* 495. 1638

1697. 23 Nov. — Præfati Ecclesiarum Rectores teneantur pariter in Sacrario duos Libros retinere, ac in eorum altero singula onera perpetua, & temporalia; in altero autem Missas manuales: & tam illorum, quam istarum adimplementum, & eleemosynas distincte, & diligenter annotare, & annotandas, seu annotanda curare, singulisque annis de supradictis adimplementis, eleemosynis, & oneribus pariter exactam rationem suis Superioribus reddere, ac omnes, & singulas rationes hujusmodi in præfatis 1639

ref-

respective Libris simili distinctione, & diligentia, tam præfati, a quibus rationes debent reddi, quam Superiores, quibus reddendæ erunt, describere, seu annotare, sive describendas, vel annotandas respective curare, sub pæna suspensionis quoad Sæculares, voce vero activa, & passiva, gradibus, & officiis privati sint, & intelligantur Regulares. *Congr. concil. apud eosd. ibid §.28. & 30.*

1698 13. Ian. —— Parochus potest in pænam extraordinariam perpetuo suspendi a cura, nec inducitur Ecclesiæ Parochialis vacatio ex hac suspensione. *Rota in Reatina Archipresbyteratus coram* Muto, *apud* Petram *in commentar. ad constit. Apostolic. tom.1. constit 2. Leonis IX sect.3 num.16. pag 251.* & antea Antonell. referebat *in tract. post de Jurib. & onerib. clericor. lib.2. in addition. final decis.* 40. 1640

1698. 13. Febr. —— Ubi adest Decretum particulare, in quo caveatur, quod in Funeribus Parochianorum Cathedralis, aliarumque Ecclesiarum eidem annexarum, quando invitantur plures Cruces, ultra Parochum, invitandum quoque sit capitulum juxta consuetudinem antiquam: verba illa inducunt probationem antiquam consuetudinis præcedentis, ideoque vocandum, ut firmavit *Rota in Salisburgen. Juris Metropolitici coram* Priolo, *& antea in Dersbusen Jurisdictionis* 1696. *6. Febr. apud* Piton. *disceptat. Ecclesiasticar. part.2. disceptat.* 50 *num.9. ubi num seq ait quod* ex sententia Canonistarum *in cap. Cumana, de elect.* talis consuetudo sic expressa in dicto Decreto particulari, intelligitur de præscripta legitime per spatium quadraginta annorum. 1541

1698. 17. Febr —— Licentia ab Episcopo obtenta de ædificando Capellam in aliqua Villa, probat Capellam esse de pertinentiis illius Villæ. *Rota in Augustana Jurispatronatus coram* Olmo, *in addition.* ad Theatr. Cardin. de Luca, *decis. vol 4. decis 2.* 1642

decis. 2. *de Jurepatronatus, &c pag.* 25. *num.* 7. *ubi num.* 22. *dictum fuit, quod* Capella incorporata Ecclesiæ Parochiali sit pars integralis ejusdem Parochiæ, & inseparabilis ab illa, Abb. *in cap. quamq, num.* 5. *&* 6. *de Judic.* Gravett. *cons.* 818. *num.* 3. Mantic. *de tacit. lib.* 1. *tit.* 14. *num.* 8.

1698. 22 Febr. —— Si post Sponsalia contracta, Sponsa effecta fuerit clauda (idem dic de Sponso) non impeditur Matrimonium cum alio (vel alia) contrahendum. *Congreg concil in Spoletana, apud* Monacel *in Formul. leg. pract. part.* 1 *tit.* 8. *form* 10. *num.* 3 ubi plures casus hujusmodi, quos enumerant Bonac. *de Matrim. tit. de Sponsal. punct.* 8. *per tot.* ac Sanchez *lib.* 1 *Matrim. disp.* 57. *num.* 60. 1643

1698 22. Febr. —— Ius, quod Parochus habet per seipsum, vel per alium ab Ordinario approbandum concionandi in sua Ecclesia Parochiali diebus Festis, & Quadragesimæ, non potest tolli, neque impediri per contrariam consuetudinem concionandi privative in alia Ecclesia sive Sæculari, sive Regulari, ut censuit *Congr. concil. in Rossanen. Prædicationis, & antea in Florentina Juris prædicandi, ac Congr Episcop. in Prænestina Prædicationis* 1672. 17. *Mar. apud* eund. *d. part.* 1. *tit.* 12. *form* 7. *num.* 10. 1644

1698. 28 Febr. —— Iura Parochialia in licentiis fundandi Monasteria sunt præservanda, ne Parochi jamjam ob multitudinem Regularium ad nihilum redacti, & quasi ob exiguam partem antiquarum præeminentiarum, quam hodie retinent, contempti, Curam negligendo, etiam mendicare cogantur, prout præservari jussit *Congr. concil in Tiburtina, apud* eund *d. part.* 1. *tit.* 6. *form.* 19. *num* 30. 1645

1698. 22. Mar. —— Administratio Oblationum, quæ fiunt ad aliquam Imaginem, spectat ad Parochum, intra cujus Parochiæ fines existit Imago, sub directione tamen, & super intendentia Episcopi. *Congr. concil. in una Civitatis Ducalis, apud* 1646

Pa-

Petram *in commentar. ad constitut. Apostolic. tom 2. Constitut. 1. Anastasii IV. sect. 2. numer. 21. pag. mihi 25.*

1698. 22 Mar. —— Oblationes, quæ fiunt alicui Imagini translatæ in Ecclesiam Cathedralem, spectant ad Parochum illius Cathedralis, non vero ad Parochum, in cujus finibus extabat Imago, quia non amplius consideratur ejus Jus antiquum jam resolutum per translationem, ut Felin. *in cap. Dilectus, num.* 1 *de offic. ordin.* Rebuff. *de Decim. qu.* 1. *num* 30. nisi in translatione Parochus renuerit, vel translatio facta fuerit sine præjudicio Iurium ipsius, nam in his casibus præservatur sibi jus percipiendi Oblationes Imaginis translatæ, cum superintendentia capituli, & Episcopi. *Congr. concil in d Civitatis Ducalis, apud* eund. *ibid. num.* 38. *pag* 27. 1647

1698. 22. Mar —— Confraternitates Laicorum, si de licentia Ordinarii publicam expositionem Sacramenti Altaris faciant in eorum Ecclesiis; Parochus, si velit, debet Benedictionem Populo dare, non autem eorum Capellani: neque valent dictam Expositionem facere illis diebus, in quibus fit in Ecclesia Parochiali: prout partibus informantibus super utroque dubio respondit *Congr. concil in Ferrarien Jurium Parochialium, apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. part.* 1. *tit.* 6. *form.* 20. *num.* 3. 1648

1698. 26. Apr. —— Reclamantibus Parochianis Ecclesiæ Parochialis S. Benedicti loci Frosinoris contra proprium Parochum, qui inhabitando Paternam Domum valde distantem a dicta Ecclesia, valde infert incommodum eisdem Parochianis Sacramentorum administrationem poscentibus, & aliquando absque debita illorum susceptione decedentibus, Parochum Ecclesiæ præfatæ teneri residere in Parochia censuit *Congreg. concil. in Verulana*, & antea *in Nucerina Paganorum* 1697. 17. *Aug. apud* Pascucc. *in compend. ad consult.* 1649

consult. Canonic. Iac. Pignatel. par. 2. tit. de Vicario, *pag. mihi* 420.

1698. 5. Jul. —— Supplicantibus humiliter Capitulo & Canonicis Cathedralis Collensis Sacræ Rituum Congregationi pro declaratione vigintiduorum Dubiorum, inter ea fuit sextum sequentis tenoris, videlicet *An Parochus duarum Ecclesiarum unitarum, debeat de ambarum Patrono & Titulari recitare Officia juxta Rubricas?* Et Sacra eadem Rituum Congregatio ad sextum Dubium respondit: *Pro utroque Titulari Affirmative, maxime si Ecclesiæ sint peræque unitæ.* ¶ Hanc Resolutionem, una cum aliis eadem die emanatis, sed ad nostram rem non facientibus, ego Domi retineo in forma authentica, cum solito Sigillo, & cum subscriptione de propria manu Illustrissimi D. Secretarii. 1649

1698. 2. Aug. —— In associatione Cadaverum ad Ecclesias Regularium non sunt vocandi omnes alicujus Ecclesiæ Mansionarii, præter Parochum. *Congr. Rit. in Valen. ad I. apud* Matthæucc *in Offic. Cur. Regular. tom.* 1. *cap.* 25 *num.* 9. & 10. 1650

1698. 2. Aug. —— Parochus ingredi non potest Ecclesias Regularium cum Stola, & Cruce, ibique Officium, & Functiones peragere. *Congr. Rit. in d. Vaden. ad II. apud* eund. *ibid. num* 11 ubi plures habentur per extensum præcedentes Decisiones: & plures etiam refert Ascan. Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 1. *disput.* 15. *quæsito* 18 *num.* 21 & *seqq.* ac habetur etiam Constitutio 95. Alexandri VII. quæ incipit *Alias*, contenta *in Bullar. tom.* 5. nec non Constitutio 57. Clementis X incipiens *Nuper*, in d. tom. 5. Bullar. 1651

1698. 2 Aug. —— Non licet Parocho exigere majorem eleemosynam ab exteris tumulandis in Ecclesiis Regularium, quam a Civibus. *Congr. Rit. ad III. apud* eund. *ibid. num.* 12. 1652

1699. 21. Mar. —— Regulares, obtenta a Locorum Ordinariis licentia oretenus, vel in scriptis 1653

faciendi solemnes Processiones extra limites conventuum suæ Religionis cum Statua, aut Reliquia alicujus Sancti, possunt uti Pluviali, licet ejus usus non fuerit expressus in licentia obtenta: Usus enim Pluvialis in Processionibus non est testimonium, nec signum Jurisdictionis in ntente Sacerdote. *Congr Rit apud* Matthæuc. *in Offic. Cur. Regular. tom.* 2. *cap* 16. *num.* 8. *ad* I. *&* II

1699. 28. Maii —— Pænam Excommunicationis ferendæ sententiæ contra Beneficiatos, & in sacris constitutos deferentes comam fictitiam, sustinendam esse declaravit *Congr. nonnuller Cardin. specialiter à Papa deputata in Vigilien. Synodi, apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *in append. pag. mibi* 506. *num* 2c. 1654

1699. 15. Jun. —— Emolumenta Funeralia computantur inter Jura Parochialia, & cedunt in compensationem laboris a Parocho adhibiti in administratione Sacramentorum, ut habetur *ex cap.* 1. 4 *&* 10. *de Sepult.* Clem. *dudum*, §. *verum*, *eod tit* ubi late Vitalin. *num.* 5. Federic. de Sen. *conf.* 3. *num.* 8 *&* 9. Roman. *conf* 342. *num.* 1. *&* 2. Petr. de Ubald. *in tract. de Canonic. Paroch. cap.* 2. *per tot. & cap* 6 *num* 1. *& cap* 7. *eod. num.* Barbosa *de Paroch. cap.* 25. *num* 19. *&* 32. Amostaz. *de caus. piis*, *lib* 6 *cap.* 3. *num.* 39. *&* 42 *apud Rotam in Romana Funeralium coram* Molines Decano *in addita. ad* Theatr. Cardin de Luca, *decis vol.* 4 *dec.* 7. *de Regularibus*, *&c. num.* 23 *pag mibi* 174. 1655

1699. 15. Jun. —— Funerale etiam non factum debetur Parocho, nisi Ecclesia tumulans habeat Privilegium speciale illud consequendi: & allegans Privilegium, debet illud probare, & taliter, ut de eo hæsitari non possit, ex congestis per Frances *de Eccles. Cathedr. cap.* 30. *num* 194. *apud Rot. in d. Romana Funeralium*, *ibid. n.* 24. *&* 25. 1656

1699. 1 Iul —— Licet Episcopus non habeat æconomicam administrationem in Oblationibus, quæ 1657

admi-

administrantur per Parochum, vel alium Administratorem, habet tamen jus jurisdictionale revidendi rationes, ut illæ fideliter erogentur. *Rota in Senegallien. Ecclesiæ, seu Capellaniæ super manutentione*, *apud* Petram *in Commentar ad Const. Apostolic. tom. 2. Constitut. 1 Anastasii IV. sect. 2. n. 25. pag mihi 25. & 26.*

1699. 18 Iul. —— Quando Episcopus accedit ad Oppida Diæcesis, sive gratia, & occasione Visitationis, sive ut conferat Sacramentum Confirmationis, non potest a Parochis, neque Parochianis procurationem pro Sacramento hoc conferendo exigere, sed propriis sumptibus seipsum alere. *Congreg. Concil in Causa Amalphytana ad II. apud* Monacel *in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 5. form. 2. num. 21.* 1658

1699. 5. Sept. —— Cum Congruam certam debeat habere Curatus ad formam Constitutionis Pianæ la 47. quamvis sit amovibilis, ut declaravit Sacra Congregatio Visitationis Apostolicæ in Fanen. 1693. 26 Novembris, hujus Congruæ quantitas ad præscriptum dictæ Bullæ, aut alterius provisionis taxata, non potest minui, quamvis Curatus electus, & deputatus diminutioni consentiat, & pro minori quantitate spondeat deservire, quia hujusmodi pactio sapit Simoniam, & fuit damnata *a Congr. Concil. in Burgi S. Sepulchri Congruæ*, & antea *a Congr. Episcopor.* 1670. 8 *Oct. apud* eund. *d. par. 1. tit 10. form. 18. num. 15.* 1659

1699. 28. Nov. —— Qui Curæ Animarum præficitur, non excusatur a residentia prætextu insalubritatis, aut rigiditatis aeris, neque consuetudinis contrariæ non residendi. *Congr. Concil. in Callien. residentiæ, & antea in ead.* 1680. 28. *Sept. apud* eund. *ibid. num* 16 1660

1700. 24. Ian. —— Sub generali Indulgentiarum suspensione, quæ fit Anno Iubilei, non comprehenduntur Altaria Privilegiata, nec aliæ Indulgentiæ pro solis Defunctis concessæ. *Innocentius* 1661

XII. *apud* Matthæucc. *in Offic Cur. Regular. tom* 2. *cap* 6 *num.* 17.

1700. 6. Febr —— Beneficia sæcularia, quæ ob illorum fructuum tenuitatem Decimis Papalibus non contribuunt, neque contribuere tenentur Seminario. *Congr. Concil. in Amalphitana*, *& antea in ead* 1699. 18 *Jul. ad* II. *apud* Monacel. *in Form. leg. pract. par.* 1. *tit.* 12. *form.* 1. *num.* 6. 1662

1700. 6. Mar. —— Reprobatur Opinio, quod sufficiat præsentia Parochi pure materialis, seu physica in Matrimonio. *Congr Concil. contra sensum Rotæ in Romana Matrimonii* 1697. 4. *Febr. coram* Ursino, *in publicatione Voti*; quod dicta Sacra Concilii Congregatio exquisierat 1696. 17. Nov. expressum; in quo videtur approbata conclusio, quod si Parochus data opera affectet non audire, quamvis non intelligat; adhuc Matrimonium sustineatur, & quod tunc sufficiat præsentia materialis, ut refert d. Monacel. *d. par* 1. *tit.* 10. *form.* 8. *num.* 4. 1663

1700 5. Jun. —— Regulares ministrantes Laicis sæcularibus infirmis hospitantibus in eorum Conventibus Sacramenta Eucharistiæ per modum Viatici, & extremæ Unctionis absque Episcopi, vel Parochi licentia; Censuras in *Clem.* 1. *de privileg.* inflictas incurrunt, & possunt per Ordinarium etiam per Cedulones excommunicati declarari. *Congr. concil. in Neapolitana*, *& antea sæpissime*, *apud* eund *d par.* 1. *tit.* 6 *form.* 20. *num.* 16. 1664

1700. 28. Jun. —— Episcopus, etiamsi consuevisset licentiam Parochi requirere in constructione Ecclesiæ, non ideo præjudicavit suæ innatæ jurisdictioni eam concedendi sine tali consensu, ut in similibus dixit *Rota in Tarraconen. Jurisdictionis super Edictis coram* Olmo, *apud* Petram *in Comment. ad Constitut. Apostolic. tom* 1. *constit.* 2 *Paschalis* II. *sect.* 1. *num.* 59 *pag.* 387. *ubi quod* talis observantia est referenda non necessitati talis consensus, sed prudentiæ Episcoporum; qui ante constru- 1665

ftrutionem, Parochi præjudicium possibile nosse, & evitare volunt, ne post actum, possit ille reclamare.

1700. 6. Aug. —— Pro publicationibus Matrimoniorum, & Ordinum nihil exigere debet Parochus: pro fide vero, decimam partem unius Scuti; & quoad munuscula, non potest Parochianos cogere, ut ad hæc respondit *Congr. Episcop. in S. Severinæ Emolumentorum, apud* Monacel. *in Form. leg. pract. par.* 1. *tit.* 10. *form.* 18. *num.* 8. 1666

1701. 17. Jan. —— Si fuisset conventum inter partes in alienatione rei Ecclesiæ cum pacto conficiendi Instrumentum, certum est illud requiri, si conventio fuerit conditionalis, secus si tantum pro majori cautela, vel si ex conjecturis videantur noluisse partes actum perficere, sed habuisse respectum ad Instrumentum futurum pro actus perfectione, nam tunc liceret illis resilire ante Instrumentum. *Rota in Nullius, seu Altamurana Immissionis coram* Muto, *apud* Petram *in Commentar. ad Constitut. Apostol. tom.* 1. *Constitut.* 1. *Leonis* I *sect* 3. *num* 56. *pag mihi* 87 1667

1701 5. Mar. —— Quando qui sponsalia contraxerat, vovit Castitatem, vel suscipere Sacros Ordines, tunc per electionem melioris status sponsalia irritantur, nec sponsus tenetur illa exequi, quamvis juramento essent firmata. *Congregat. Concil. in Barbergen. Sponsalium, apud* Monacel. *par* 1. *tit* 8. *form.* 10. *num.* 4. *ubi* etiam si postea Voti dispensatio obtineatur, ex Bonac. *de Matrim. tit. de Sponsal. punct.* 5. *num.* 13 *& seqq.* 1668

1701. 9. Apr. —— Licet ubi agitur de contrahendo Matrimonio, dictum unius Testis sufficiat ad illud impediendum, quamvis dicat turpitudinem propriam, Gloss. *in cap. extraordinaria* 35. *quæst.* 3. *vers. Sacramenti, cap. super eo, il* 2. *de Test. & cap. præterea, il* 2. *de Sponsal.* si tamen non sit bonæ famæ, aut non integeri, vel alio mo- 1669

do suspectus, utpote quia non moveatur ad denunciandum impedimentum pro exoneranda conscientia, sed se ingerat in causa, quia sibi displiceat Matrimonium: vel si demum varia, & inverisimilia deponeret; tunc non obstante quod ageretur de contrahendo; proceditur ad ulteriora; illius depositione non attenta: & hanc limitationem probavit *Congregat. concil. in Baren. seu Modulen. Matrimonii*, & *antea sapissime*, *apud d.* Monacel. *d. par.* 1. *tit.* 7. *form.* 9. *num.* 2.

1701. 4 Jun. —— Missarum onera relicta in certa Ecclesia, seu Capella, alio transferri non possunt absque Sedis Apostolicæ licentia; alias translatio est nulla; quamvis fieret auctoritate Exequutorum Testamentorum, qui talem facultatem non haberent. *Congregat. concil. in Dertbonen. apud* eund. *part.* 2. *tit.* 13. *form.* 2. *numer.* 58. 1670

1701. 28. Nov. —— Bona Confratrum; quæ non fuerunt acquisita intuitu Ecclesiæ, deponuntur apud Rectorem Ecclesiæ nomine Episcopi. *Rota in Hispalen. Supellectilium coram* Priolo; *apud* eund. *d. par* 2. *in fine*, *decis.* 36. *n.* 2. 1671

1701 7. Dec. —— Cum OEconomo deputato congrua assignanda, & taxanda sit arbitrio Episcopi ex fructibus Parochiæ: si illi assignata dicta Congrua non reperiatur, poterit salarium petere juxta Gloss. *in cap. Charitatem* 8. *quæst.* 2. *verb hoc intellige*, & usque ad summum dari solitam a Camera Apostolica ubi percipit Spolia Ecclesiarum vacantium. *Congregat. Episcopor. in Mileten. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *tit.* 10 *form.* 14. *n.* 7. 1672

1702. 20 Mar. —— Jus; quod competit Rectori Beneplaciti, non potest in alium transferri in præjudicium successorum, sine Papæ Beneplacito. *Rota in Gerunden. Eleemosynæ Panis super bono Jure*, *coram* Priolo; *apud* eund. *part.* 2 1673

in

in fine, *decision* 44. *numer*. 5.

1702. 22. Jun. —— Consuetudo decennalis suffragatur Parocho circa Oblationes contra Rectorem Capellæ, seu Altaris, quando Jus non resistit. *Rota in Tridentina Decimarum coram* Muto, juxta Gloss *in cap fin. de consuet. verb. legitime* Fagnan. *in cap. cum Ecclesia Sutrina*, *de caus. possess. num.* 32. & 33. *apud* Petram *in commentar. ad constitut. Apostolic. tom.* 2. *Constitut.* 1. *Anastasii IV. sect.* 2. *n* 23. *pag. mihi* 25. 1674

1703 16 Mar. —— Possunt Parochi in audiendis Confessionibus absolutionem denegare Parentibus notabiliter contumacibus quoad Filiorum instructionem in rebus ad Animarum salutem spectantibus. *Clemens XI. in Littera Circulari*, *ad* Quarto 1675

1703. 16. Mar. —— Parochi utantur specialiter in Concionibus Catechismo Romano, Maximasque utiles, & Auditorum Capacitati adæquatus simpliciter, & clare explicent, ut Populus libenter audiat, frequenter concurrat, & fructuose discedat. *Clemens XI. ibid. ad* Quinto 1676

1703. 18. Aug —— Nuncius Apostolicus non potest concedere indultum, quod Missæ celebrandæ in loco a Testatore designato, alibi celebrentur, ut respondit *Congregat. concil. in Giennen. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 2. *tit.* 13. *form.* 2. *num.* 59 *ubi quod* si locus non esset designatus a Testatore, tunc illius Hæres poterit ad libitum Missas celebrari facere in quacumque Ecclesia sibi bene visa, *ex ead. Congregat. in Tiburtina* 1687. 29. *Nov.* & *antea* 1685. 13. *Jan.* 1677

1703. 10. Dec. —— Confraternitates Laicorum legitime erectæ in Ecclesiis Parochialibus habent dependentiam a Parocho in expleadis Functionibus Ecclesiasticis non Parochialibus: & erectæ etiam in Capellis, vel Oratoriis, tum 1678

publicis, tum privatis, adnexis Parochialibus Ecclesiis, & ab eis dependentibus habent dictam dependentiam a Parocho, quoad dictas Functiones. *Congregat. Rit. in Decreto Urbis, & Orbis Romæ impresso, ad I. & II. relato etiam a* Monacel *par. 2. tit. 13. form. 1. num. 93.* & in Volumine IV Decisionum *in additam. ad* Theatr. Cardini de Luca, *post decis. 10. de Beneficiis, &c. pag. mihi* 17.

1703. 10. Dec. —— Confraternitates vero erectæ in aliis Ecclesiis publicis non habent quoad easdem Functiones aliquam dependentiam a Parocho: intra cujus Parochiæ limites sitæ sunt Ecclesiæ: sicuti quoad dictas Functiones Ecclesiasticas non habent dictam dependentiam a Parocho Confraternitates erectæ in Oratoriis tum publicis, tum privatis, sejunctis ab Ecclesiis Parochialibus. *Congregat. Rit. ad III. & IV. apud* eosd. *ibid.* 1679

1703. 10 Dec —— Benedictiones, distributiones Candelarum, Cinerum, & Palmarum non sunt de Juribus mere Parochialibus: sicuti neque Benedictiones Mulierum post Partum, Fontis Baptismalis, Ignis, Seminis, Ovorum, & similium, sed Benedictiones Mulierum, & Fontis Baptismalis fieri debent a Parochis *Congreg. Rit. ad V & VI apud* eosd *ibid.* 1680

1703 10. Dec —— Functiones omnes Hebdomadæ Sanctæ non sunt de Juribus mere Parochialibus: licet autem non sit de dictis juribus Celebratio Missæ solemnis feria quinta in Cæna Domini, spectat tamen ad Parochos: Prima autem pulsatio Campanarum in Sabbato Sancto non est de dictis juribus, sed spectat ad Ecclesiam digniorem, ad formam Constitutionis Leonis Decimi (supra positæ, & editæ 1516. 19. Dec.) § 14 *Congregat. rit. ad VII. VIII. & IX. apud* eosd. *ibid.* 1681

1703. 10. Dec. —— Celebratio Missarum solemnium 1682

mnium per annum, sive pro Vivis, sive pro Defunctis non sunt de Juribus Parochialibus, sed licet Confratribus dumtaxat in Festivitatibus solemnioribus ejusdem Ecclesiæ, vel Oratorii, ut in Brundusina 1601. 1. Iunii: sicuti neque est de dictis Juribus mere Parochialibus Expositio Quadraginta Horarum, & Benedictio, quæ fit super Populo: neque est de dictis juribus Expositio, quæ fit cum Reliquiis, vel Sacris Imaginibus, & Benedictio, quæ cum eis fit super Populo, sed quoad Benedictiones cum dictis Reliquiis, & Imaginibus, serventur Decreta. *Congregat. rit. ad* X. XI. *&* XII. *apud* eosd. *ibid.*

1703. 10. Dec. —— An autem Functiones in præcedentibus octo dubiis, videlicet a dubio quinto ad duodecimum, expressæ, peragi possint in Oratoriis privatis, contradicente Parocho, satis provisum in superioribus respondit *Congreg. Rit. ad* XIII *apud* eosd. *ibid.* 1683

1703. 10 Dec. —— In dictis Oratoriis privatis Confraternitatum per Confratres statis horis recitari possunt Horæ Canonicæ, cum cantu, vel sine, absque alia licentia Parochi, nisi aliter Ordinarius statuat ex rationabili causa: sicuti etiam in dictis Oratoriis privatis licita est celebratio Missæ privatæ, assentiente Ordinario Loci, & contradicente Parocho: Capellani quoque Confraternitatum possunt Populo denunciare Festivitates, & Vigilias occurrentes in Hebdomada absque licentia Parochi. *Congregat. Rit. ad* XIV. XV. *&* XVI. *apud* eosd. *ibid.* 1684

1703. 10. Dec. —— Parochus, invitis confratribus, docere non potest Doctrinam Christianam in prædictis Ecclesiis, & Oratoriis publicis, vel privatis, a Parochiali distitis, & separatis. *Congregat Rit ad* XVII. *apud* eosd. *ibid.* 1685

1703. 10. Dec —— In sæpedictis Ecclesiis publicis Confraternitatum possunt haberi publicæ concio- 1686

nes,

nes, etiam per totum cursum Quadragesimæ, vel Adventus, cum licentia Ordinarii, & absque licentia Parochi: In eisdem autem Ecclesiis non potest celebrari Missa, sive lecta, sive cantata, ante Missam Parochialem, sive lectam, sive cantatam, nisi aliter Episcopus disponat: Ad Parochum vero spectat facere Officium funebre super Cadaveribus sepeliendis in sæpedictis Ecclesiis, & Oratoriis publicis Confraternitatis quando tumulandus est subjectus Parocho, intra cujus fines est Ecclesia, vel Oratorium. *Congregat. Rit. ad XVIII. XIX. & XX apud* eosd. *ibid.*

1703. 10. Dec. —— Intra ambitum earundem Ecclesiarum fieri possunt Processiones juxta cujusque Confraternitatis Institutum, absque interventu, vel licentia Parochi; eædem autem Processiones fieri nequeunt extra ambitum dictarum Ecclesiarum, nisi adesset licentia Episcopi: In dictis vero Processionibus Capellani Confraternitatum non possunt deferre Stolam, extra propriam Ecclesiam. *Congreg. Rit. ad XXI. XXII. & XXIII. apud* eosd. *ibid.* 1687

1703. 10. Dec. —— Episcopo accedenti ad Ecclesias publicas Confraternitatum, quæ non sint Regularium, neque proprium Rectorem Beneficiatum habeant, non est porrigendum Aspersorium a Parocho, in cujus Territorio sunt sitæ dictæ Ecclesiæ. *Congregat. Rit. ad XXIV. apud* eosd. *ibid.* 1688

1703. 10. Dec. —— Earundem Ecclesiarum, & confraternitatum Rectores, & Capellanos non potest Parochus, cessante alio speciali, ac legitimo titulo, & ex solo Jure Parochialitatis, compellere invitos ad assistendum Functionibus Ecclesiæ Parochialis. *Congregat. Rit. ad XXV. apud* eosd. *ibid.* 1689

1703. 10. Dec. —— In sæpedictis Ecclesiis Confraternitatum, neque Parochialibus, neque Regula- 1690

gularibus, retineri non potest Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, sine speciali indulto Sedis Apostolicæ: Præsupposita autem facultate retinendi, non potest infra annum publice exponi, sine licentia Ordinarii. *Congreg. Rit. ad* XXVI. & XXVII. *apud* eosd. *ibid.*

1703. 10. Dec. — Non potest Parochus se ingerere in administratione Oblationum, vel Eleemosynarum in sæpedictis Ecclesiis recollectarum, vel Capsulæ pro illis recipiendis expositæ clavem retinere: In Ecclesia autem Parochiali Confratres, vel eorum Capellani se immiscere non valent, invito Parocho, in ejusdem Ecclesiæ Functionibus, sive Parochialibus, sive non Parochialibus. *Congreg. Rit. ad* XXVIII. & XXIX. *apud* eosd. *ibid.* 1691

1703. 10 Dec. — Confraternitates, sive sint erectæ in Ecclesia Parochiali, sive extra illam, possunt pro libito, & juxta uniuscujusque peculiaria Statuta, Congregationes suas facere, absque interventu, vel licentia Parochi, dummodo non impediant Functiones, & Divina Officia: & etiam possunt propria Bona administrare, ac de illis disponere, absque ulla dependentia a Parocho. *Congreg. Rit. ad* XXX. & XXXI. *apud* eosd. *ibid.* 1692

1703. 10. Dec. — Quando Parochus eisdem Congregationibus interest, non potest suffragium decisivum ferre, prout respondit *Congreg. Rit. ad* XXXII. & XXXIII. *apud* eosd. *ibid.* 1693

1703. 10. Dec. — Prædicta triginta tria Decreta de Juribus Parochialibus, Functionibus, & Præeminentiis inter Parochos, & Confraternitates Laicorum, earumque Capellanos, & Officiales, ubique locorum serventur, salvis tamen conventionibus, & pactis in erectione Confraternitatum forsan factis, concordiis inter Partes initis, & a sancta Sede approbatis, indultis, Constitutionibus Synodalibus, ac Provincialibus, 1694

bus, & consuetudinibus immemorabilibus, vel saltem centenariis, prout declaravit, & decrevit *Congregat. Rituum*, Sanctissimo laudante, benigneque approbante, & publicari, & non obstantibus quibuscunque aliis in contrarium facientibus, servari mandante, 1704. 12. *Jan. apud eosd. ibid.*

1703. 15. Dec. —— Si Episcopus ob numerositatem Parochianorum vellet ad dismembrationem Parochiæ procedere, potest Parochus jure se opponere, cum non possit Ordinarius ad illam devenire motivo numerositatis, & nisi concurrant requisita Sacri Concilii Tridentini *cap. 4. sess. 21 de reform* ut respondit *Congregation. Concil. in Neocastren. & antea in Gerunden.* 1701. 29. *Jan. & in Toletana* 1697. 4. *Maii*, *apud* Monacel. *in Formular. leg pract. par. 2. tit. 13 form. 1. numer.* 41. 1695

1703. 15. Dec. —— Jura, quæ ad Parochos sæculares pertinent, Regularibus quoque competunt, quando in Ecclesiis Parochialibus Monasteriis unitis ad exercendam Curam deputantur, prout deputari, nominari, præsentari, & admitti in illis posse pluries resolvit, & novissime respondit *Congreg Concil. in Placentina; apud* eund. *ibid. num.* 87. 1696

1704. 11. Jan. —— Matrimoniales Dispensationes non possunt expediri a Vicario Capitulari: sed pro eis solet frequenter concedi facultas, prout illam tribuit *Congregatio Concilii in Abellinen* & antea concessit *eadem Congregatio in Guardien. in Portugallia* 1693. 18. *Aprilis*, apud Monacelli *in Formulario Legali Practico, par. 2, titul. 16. formul. 10. sub num* 14. *pag.* 346 & ex eo egomet retuli in mea Collectione pro Vicariis utriusque Cleri, *sub num margin* 700. *pag.* 195 1697

1704. 28 Jan. —— In pluribus Regnis Hispaniæ, & signanter in Principatu Cathaloniæ, Parochi non habent assistentiam Juris super Decimis & 1698

Pri-

Primitiis, cum per Summos Pontifices fuerint mediantibus eorum privilegiis donatæ Principibus, & Regibus, ob recuperationem Regnorum, & Ecclesiarum a tyrannide Maurorum, & ex eorundem Principum & Regum munificentia translatæ partim in Laicos, a quibus hodie possidentur, ut in Principatu Cathaloniæ, Martin Andr. *decis.* 45 *sub num* 10. repetita *inter recent. decis* 702. *sub num.* 7. *par.* 1 & partim in dotationem Ecclesiarum, & Dignitatum, ita ut omnes fere Ecclesiæ, & Dignitates in Regnis Hispaniæ, sint fundatæ ex Decimis & Primitiis, ut ad excludendam hanc Juris assistentiam in Parochis dictorum Regnorum, tradit Barbosa *de offic. & potest. Parochi*, *par.* 3. *cap.* 28. *§.* 2. *sub num.* 15 Zarate *decis* 74 *sub num.* 14 quidquid dictum fuerit circa hanc Juris assistentiam a Muto *in Nullius seu Urgellen. Primitiarum*, cum in illius casu Parochus esset in possessione illas exigendi, quæ facit ut dicantur eidem restitutæ & assignatæ, cum alias ea cessante, & alio existente in possessione illas percipiendi, cesset in Parocho Juris assistentia, Ubag *decis.* 25 *sub num.* 1. *& seqq.* & ex eis dixit *Rota in Gerunden Primitiarum* coram Caprara, *decis. par.* 2 *decis.* 666. *a num.* 1. *ad* 4.

1704. 15. Febr —— Licentiam habentes comedendi Cibos vetitos in Quadragesima, sive sint Carnes salubres, sive tantum Ova & Lacticinia, debent servare Jejunium ut clare patet *ex Edicto pro Observantia Quadragesimali*, apud Genettum *in Theolog. Moral. tom.* 7. *in fine*, & ex eo egomet retuli in mea collectione pro confessariis utriusque Cleri, *sub num. margin.* 1292 *pagin* 369. *juxta novissimam editionem, quæ est tertia, de Anno* 1715. 1699
¶ Præfatum Edictum Romæ quovis Anno publicatur impressum initio Quadragesimæ, & semper in eo includitur observantia Iejunii, ut supra. ¶ Qui est igitur dispensatus ad esum Carnium,

nium, semel potest comedere Carnes, & tenetur sumere Collatiunculam, & hic servare Iejunium, quia qui præceptum non potest servare in totum, tenetur in quantum potest, ut ait Wigandt *in Tribunal. Confessar. tract. 5. exam. 4. Quæro VI. pag. mihi* 139. Sunt etiam aliquæ Diæceses, quæ habent quoad hoc specialem constitutionem Synodalem: & aliqui etiam Parochi, quibus hujusmodi licentia commissa est, addunt in Scriptis, *servato tamen Jejunio*; Et egregie probat quidam Auctor in Libello Italice conscripto, & impresso Florentiæ 1732. cui titulus: *Risposta di un Teologo ad un Dottore di Medicina sopra la licenza di non osservar la Quaresima*.

1704. 16. Febr. —— Episcopus Neocastrensis ad consulendum numerositati Populi, divisit Parochiam, & duas portiones curatas constituit æque principales: Dictam tamen divisionem non substineri, & invalidum fuisse concursum respondit *Congregatio Concilii*, quæ per hanc resolutionem confirmavit alteram editam *sub die* 15. *Decembris* 1703. ut refert Monacelli *in Formular. Leg. Pract. par.* 4. *in supplemen. ad II. Tom. sub num.* 170. ubi etiam reddit rationem, quia scilicet numerositati Populi providendum est ad formam Concilii *cap* 4 *sess.* 21. *de reformat.* non autem per dismembrationem. 1700

1704. 15. Mar. —— Cadavera Impuberum non debent ex aliqua speciali consuetudine sepeliri in Sepultura designata existente in Ecclesia Parochiali: sed licitum est Parentibus, tam ante quam post mortem illorum, pro eis Sepulturam eligere, eaque tumulari facere in proprio Sepulchro Majorum in Ecclesia Regularium existente, ut respondit *Congregatio Concilii in Novarien. Funerium, ad primum Dubium*, apud Monacelli *in Formular. leg. Pract. par.* 2. *tit.* 13. *formul.* 1. *sub num.* 92. *pag.* 31. 1701

1704. 15. Mar. —— Dicta cadavera deferri possunt 1702
ad

ad dictum Sepulchrum Majorum absque associatione Parochorum, & cleri Sæcularis, post eorum monitionem ad interveniendum Funeri, & recusantium: Parochis autem intervenientibus, sive associatis sive non ab aliis Concanonicis ejusdem Parcchiæ, non debeat distribui candela major illa, quæ datur Superiori Regularium associato ab aliis Fratribus, ut respondit *Congregatio Concilii in d. Novarien. Funerum, ad secundam & tertium Dubium*, apud eundem, ibidem.

1704. 15. Mar. —— Dicta cadavera deferri valent ad Ecclesiam in quacunque hora Diei, non autem de Nocte, nisi de licentia Ordinarii: Parochi autem non possunt sub aliqua & quacunque prætensione differre, vel impedire, ne tempore debito cadavera ad sepeliendum deferantur, ut respondit *Congregatio Concilii in d. Novarien. Funerum, ad quartum & quintum Dubium*, apud eundem, *ibidem*. 1703

1704. 15. Mar. —— Parochis impedientibus, licitum sit Hæredi, post expectatum triduum a morte Defuncti, ducere Funus, non autem de Nocte, ad Ecclesiam, in qua Cadaver est sepeliendum; Nec Parochi cogere possunt Hæredes ad peragendum in Ecclesia Parochiali omnes Functiones Missę solemnis accensis luminibus in singulis Altaribus & Anniversariorum quę fiunt in Ecclesia Regularium occasione Funerum, ut respondit *Congregatio concilii in d. Novarien. Funerum, ad sextum & septimum Dubium*, apud eundem, *ibidem*. 1704

1704. 15. Mar. —— Dicti Parochi non possunt cogere Hęredes, ut celebrare faciant Missas pro Defuncto singulis Sacerdotibus Sęcularibus Funus associantibus: Nec in prætensa associatione Cadaverum sunt per Hęredem Defuncti in æquali numero convocandi tot Sacerdotes Sæculares, quot convocantur Regulares, ut respondit *congregatio concilii in d. Novarien. Funerum ad octavum* 1705

vum & novum Dubium, apud eundem, *ibidem*.

1704, 15. Mar. —— Episcopus non habet Iurisdictionem in Regulares per hæredem Defuncti ad Funus convocatos, pretensos delinquentes extra Claustra, seu turbantes jura Parochorum, ut declaravit atque respondit *Congregatio concilii in d. Novarien. Funerum ad decimum Dubium*, apud eundem Monacelli, *sub eod. num. 92.* & egomet retuli in mea collectione, pro Episcopis, & Abbatibus utriusque cleri, *sub num. margin 2136. pag. 475.* 1706

1704. 5. Apr. —— In Legato relicto pro Missis ab eo, qui hereditatem reliquit ere alieno gravatam, quod Ecclesia legataria non possit cum hærede transigere sine Beneplacito Apostolico, declaravit atque respondit *Congregatio concilii in Theatina*, apud Monacelli *in Formular. leg. Pract. par. 4. in supplemen. ad III Tom sub numer. 45. pag. 123.* 1707

1704. 15 Apr. —— Non juvat allegare non usum Constitutionis Sixti Quinti (la 92. supra positæ, & edite anno 1589. 9 Ianuarii) quoad privationem Beneficiorum ipso jure, & ipso facto incurrendam, absque ulla monitione, citatione, aut Iudicis Decreto, ob non delationem Habitus clericalis: quoniam Garz. *de Benefic. par. 7. cap. 1 num. 23* Barbos. *in concil cap 6. sess. 14. de reform. sub num. 4. in fin.* Cottiadi *decis. 119 sub num. 53.* id tenentes, fuerunt reprobati, ut dixit *Rota in Barchinonen. Beneficiorum* coram Molines, *apud* Monacelli *in Formular. Leg. Pract. par. 2. tit. 15 formul. 4. sub num 2. pag 223.* 1708

1704. 31. Maii. —— Consuetudo non potest habilitare illum, qui non est Parochus contrahentium, ad authorizandum Sacramentun Matrimonii, ut respondit *Congregatio Concilii in Toletana*, apud Monacelli *in Formulario Legali-Practico, par 2. tit. 16. formul. 2. sub num. 34. pag. 302.* ubi etiam ad rem addit, quod consuetudo non potest tollere incapa- 1709

capacitatem Perſonæ inductum a Lege, ut in ſpecie de Parocho dixit Rota *deciſ.* 1539. *ſub n.* 29. coram Coccino.

1704. 31. Maii. —— Capella, ſeu Oratorium ſitum in clauſtro Atrii Palatii gaudet privilegio, pu- 1710
blicę Eccleſię, quando acceſſus patet omnibus, & non habet januam immediate ad Palatium, ut declaravit atque reſpondit *Congregatio concilii in Compſana*, & ſtetit in deciſis *ſub die* 8. *Aug* 1705. apud Monacelli *in Formulario Legali Practico*, *par.* 4 *in ſupplemen. ad* I. *Tom. ſub numer.* 63. *pag. mihi* 7.

1704. 27. Iun. —— Uſque de anno 1701. Tertiarię 1711
Ordinis S. Franciſci de Loco Cotturni in Laudenſi Diœceſi preces porrexerunt ad hoc, ut eis licitum foret frui omnibus Indultis & Privilegiis Ordini conceſſis, & ſignanter exemptione a Iuribus Parochialibus. Remiſſæ fuerunt eædem preces ad Sacram Congregationem Epiſcoporum & Regularium, quę ſub die 27. Ianuarii 1702. ſcriptis Epiſcopo Laudenſi pro Informatione & Voto: Epiſcopus autem reſcripſit, neceſſarium eſſe, ad effectum bene certiorandi, accedere ad Locum Cotturni, & eodem tempore providere aliquibus inconvenientibus, quę vigebant in Domo ubi degebant dictę Tertiarię: Quibus attentis, ſub die 3. Auguſti 1702. reſcriptum fuit: *Epiſcopus viſitet, & provideat, etiam cum facultatibus Sacræ Congregationis.* Punctualiter ſuas adimplevit partes idem Epiſcopus, poſt Viſitationem tranſmittendo ad Sacram Congregationem nedum integra Viſitationis Acta, ſed etiam omnia Decreta, quæ pro meliori bono earundem Tertiariarum, & majori Dei ſervitio, edidit: a quibus quia reclamarunt dictę Tertiarię, ſub die 28. Septembris ejuſdem anni 1702. injuncta fuit illorum exequutio, mediante Reſcripto: *Serventur Decreta Epiſcopi*. Non acquieſcentibus Tertiariis, prętendebant uſum Altaris pro

celebratione Missæ intra earum Domum: exemptionem a Jurisdictione Parochi quoad administrationem Sacramentorum, etiam in Die Paschatis: ac Oratorium seu parvam Ecclesiam prope illarum Domum, non tamen cum solita clausula, *sine præjudicio Jurium Parochialium*. Attamen finita fuit contentio, nam sub superius dicta die 27. Junii 1704. eadem Sacra Congregatio Episcoporum & Regularium resolvit: *In statu præsenti serventur Decreta Episcopi*: Ita habet Dominicus Ursaya *Disceptat. Ecclesiast. tom. 8. par. 2. disceptat. 6.*

1704. 30. Jun. —— Parocho, seu Episcopo, & capitulo, habentibus Jura Parochialia, debita est ex omnibus fructibus integra Decima, ad text *in cap. non est, & cap. Nuncios, de Decim.* Concordia vero, si ex tractu temporis, ex rerum mutatione, reddita fuerit enormissime læsiva Ecclesiæ, non meretur attendi, sed reducenda est ad æqualitatem, & justitiam; Tremoille *in hac Causa, §. Has autem*, & Kaunitz *in eadem §. Nec adversatur*. Decima autem est debita ex novis fructibus, introductis in locum aliorum decimalium, cum non sit in potestate Parochianorum per mutationem seminis fraudare Ecclesiam in suis decimis, ut sequendo text. in cap. commissum de decim. late firmarunt tres precedentes hujus Causæ decisiones elatæ a *Rota in Nullius Tudela, seu Tirasonen. Decimarum* coram Caprara, *decis. par. 2. decis. 686. per tot.* 1712

1704 4. Jul. —— Dum non agitur de privatione Beneficiati Secularis, quo casu non admittuntur, nisi causæ gravissimæ, pro quibus a Jure statuta sit pœna privationis. Mutus *in Leodien. Pastoratus 1702. 16. Januarii*: sed agitur de remotione Prioris Regularis, in hoc casu longe minores & leviores causæ sufficiunt, ubi præsertim non criminaliter pro depositione ab Ordine, sed civiliter pro amotione procedit, text. *in cap.* 1713

Mo-

Monach. in fin. de stat. Monach. cap. per tuas 32. circa fin. Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 1. disput.* 13. & ratio differentiæ inter utrumque casum est, quia dicti Priores non adeo pingue jus habent, nec tantum est scandalum pro eorundem remotione, sicut in Parochis Sæcularibus, Gloss. *in d. cap. per tuas 32. verb levioribus, de simon.* Possunt igitur Visitatores etiam sine capitulo in certis casibus absolvere Priores ab officio, signanter si immineat scandalum Ordinis; si Prior fuerit contemptor Constitutionum: si notatus fuerit de incauta & inhonesta familiaritate Mulierum: ex quibus omnibus bene arguitur, quod Prioratus sint tantum Officia, non autem dignitates in quibus Regulares habeant jus fixum & radicatum, sicut habent Parochi Sæculares in Beneficiis: alias enim non posset intrare privatio, nisi probato concludentissime delicto, & quidem tali, pro quo pœna privationis esset a Iure imposita, Cardinal de Luca, Gonzal. Seraphin. & Penia citati a *Rota in Colonien Prioratus coram Scotto*, in additam. ad Theatr. Cardinal de Luca *decis volum. 4. decis. 6. super mater. de Serafic. a num. 1. ad 7. pag* 11.

1704. 12. Iul. —— Fratre Iosepho Maria a Turribus Ordinis Capuccinorum supplicante demisse a Sacra Rituum Congregatione declarari: Primo: *An Cruces Altarium, seu Processionum, sint benedicendæ de præcepto?* Secundo vero: *An si non sint de præcepto, possit simplex Sacerdos eas benedicere private, & non solemniter*. Et Sacra eadem Rituum Congregatio censuit respondendum: Ad primum, *Negative*: Ad secundum, *Affirmative*: Et ita declaravit, ut habetur *in Bullar. Roman. tom. 8. seu continuat. ejusd. par. 2. pag.* 433 juxta novissimam editionem Luxemburgensem de Anno 1727. ¶ Hoc autem decretum retuli etiam in mea Collectione de Sacris Ritibus, *sub numer marginali* 1245. *juxta postremam editionem* Pa- 1714

ternam de Anno 1730.

1704. 19. Iul. —— Qui delictum Polygamiæ commisit, & pœnitentiam, seu pœnam triremium jam explevit, non potest eum secunda Matrimonium denuo contrahere (quamvis prima legitima Uxor decesserit) absque Dispensatione Apostolica, quia obstat ei impedimentum Criminis, ut respondit *Congregatio Concili in una S.Severini*, apud Monacelli *in Formular. Leg. Pract. par.* 2. *tit.* 16. *formul.* 2. *sub num.* 30. ubi etiam ait, quod Animarum Rectores non solum ut Matrimonia clandestina tollantur, invigilare debet: sed & impedimenta, quæ nullitatem, vel per quæ in illis permanere Jus prohibet, prudenter investigare, & ad notitiam Episcopi deducere: & tandem ea, quæ libertatem eorundem impediunt, removere. 1715

1704. 9. Aug. —— Fructus alicujus Parochialis non possunt uniri ab Episcopo Præbendis Canonicalibus, prætextu depopulationis, & exinanitionis Parochiæ, ut declaravit & respondit *Congregatio concilii in Thelesina*, & antea *in eadem* 1703. 7 *Junii*: neque prætextu Ecclesiæ Parochialis destructionis, ut rescripsit *eadem Congregatio in Aversana* 1703. 6. *Octobris*, apud Monacelli *in Formular Leg. Pract par.*2. *tit.*15. *formul.* 1. *sub num* 28. *in fine*, *pag.* 204 & egomet retuli in mea collectione pro Episcopis, & Abbatibus utriusque cleri, *sub num. margin.* 2142. *pag.* 476. ac in alia itidem mea collectione pro Canonicis utriusque Ecclesiæ, *sub num marg* 1709. *pag.*490. *juxta secundam editionem* 1716

1704. 30 Aug. —— Propositis in Sacra Congregatione Concilii duobus sequentibus Dubiis, quorum primum: *An Venerabile Collegium Germanicum & Hungaricum Urbis, ac Patres Regulares Ordinis S. Augustini, teneantur solvere Decimas Archipresbytero & Capitulo Collegiatæ Corinalti, quæ a Laicis solvebantur priusquam Bona in ipsius Collegii*, 1717

gii, & *dictorum Regularium proprietatem titulo emptionis fuissent translata*. Secundum vero dubium: *An teneantur etiam pro præteritis*, & *ad quam rationem*? Et Sacra eadem Congregatio in Senogallien. decimarum, ad primum respondit *Affirmative*, ad secundum itidem *Affirmative juxta consuetudinem Loci*: ut patet ex novissimis meis Additionibus ad Angelum a Lantusca *in Theatro Regularium*, *Decreto* 65.

1704. 28. Nov. —— Prærogativa tumulandi Cadavera Familiæ in aliqua Ecclesia, est de Iuribus Patrono competentibus: nam licet in Ecclesia Conventuali Ius Sepulturæ per fundationem non acquiratur, ex adductis per Cavaler. *decis.* 445. *sub num.* 5. & 6 & habetur etiam in *decis.* 308. *sub num* 4. *par.* 4. *recentior.* tamen cum agatur de Sepulchro jam existente, & a Patronis jam constructo, præsumitur in Fundatione reservatum, ut ex *decis.* 221. *sub num.* 1. & *decis.* 222. *sub num.* 3. & 4. *par.* 1. *divers.* dixit & firmavit *Rota in Bituntina Jurispatronatus* coram Caprara, *decis par.* 2. *decis.* 695. *sub num.* 11. & 12. *pag.* 454 *juxta editionem Lucanam de Anno* 1725 1718

1704. 9. Dec. —— Ut Sacri Ritus in Functionibus Ecclesiasticis punctualiter serventur, omnes & singuli Parochi, Capellani confraternitatum, Sacerdotes, aliique Ecclesiastici, qui cotta induti intervenniunt Processionibus Funeralibus, deferant, sicut in aliis Processionibus, Birretum Sacerdotale, non vero Pileum, excepto tempore Pluviæ & Noctis, prout disponit Rituale Romanum *tit. de Procession.* & sæpe resolvit *Sacra Congregatio*: quæ quidem Pilei prohibitio observanda erit non solum ab Ecclesiasticis Sæcularibus, sed etiam Regularibus, licet sint Parochi Cotta induti, ut præcipit *Clemens XI. in ejus particulari Bullario Romæ impresso, par.* 2. *constitut.* 8. *quæ incipit Italice* La Santità di Nostro Signore, *pagina* 313 & etiam reperitur in Bullario 1719

Romano noviſſimæ editionis *tom 8. par.2. decreto 8. pag* 248. ¶ Notandum, quod Reſolutiones in Conſtitutione citatæ, ſunt ſequentes, nempe 1. Regulares in Proceſſionibus deferre non debent Galerum ſive Pileum, non obſtante prætenſo ſolito: & Epiſcopus eos cogat ad deponendum, etiam per cenſuras, prout innovando Decretum *anno* 1664. *ſub die* 30. *Auguſti* emanatum, ita ſervari mandavit *Congregatio Rituum* apud Monacelli *in Formular. par.4. in ſupplemen. ad I Tom pag* 9 *ſub num.*81 & 82. ubi alia Reſolutio ejuſdem Sacræ Congregationis *in una Aquipendii* 1692. *ſub die* 26. *Aprilis*. ¶ Notandum ſecundo, quod Rituale Romanum in Clementina conſtitutione citatum ſic habet: *Omnes decenti habitu, Superpelliceis, vel aliis Sacris Veſtibus, ſine Galeris, niſi Pluvia cogente, induti, &c.*

1704. 12. Dec. —— Cum quidam Beneficiatus per ſpatium duodecim annorum Laicali Habitu indutus inceſſerit, quinimo poſt terminum unius menſis ſibi ab Ordinario aſſignatum pro clericalis habitus reaſſumptione, adhuc enſe præcinctus coram eodem Ordinario comparuerit, intrat utique contra ipſum aperta diſpoſitio conſtitutionis Sixtinæ (*de qua ſupra*, 1589 9. *Ianuarii*) declarans, ipſo facto, & abſque alia monitione, & Iudicis Decreto, omnibus Beneficiis privatos Clericos illos, qui Habitum clericalem non deferrent, ut ad litteram ejuſdem conſtitutionis notant adducti a *Rota in Barchinonen. Beneficiorum coram Omanna*, apud Scarfantonium ad Ceccoperium, *par.*1 *Animadverſ. in fine*, *deciſ.* 4 & egomet retuli in mea Collectione de concurſu Parochialium, & Beneficiorum Collectione, *ſub num.margin.*1505. *pag.* 341. ubi fere integra hibetur hæc Rotæ Deciſio, cum explicatione limitationis dictæ conſtitutionis ratione paupertatis adductæ a doctoribus ibidem citatis. 1720

1704. 26. Dec. —— In erectione novæ Eccleſię Parochia- 1721

rochialis, quæ fit ob distantiam Ecclesiæ Matricis, & ob asperitatem itineris, reservandum esse honorem Matrici Ecclesiæ declaravit *Congregatio concilii in Anglonen.* in qua approbando erectionem, hanc conditionem addidit: *Reservata tamen aliqua recognitione annua Ecclesiæ Matrici, in signum honoris, per traditionem candelæ unius libræ* ut refert Monacelli *in Formular. Leg Pract par.* 4. *in supplemen. ad* I. *Tom. sub num.* 13

1705. 13. Jan. —— Ad erectionem Oratorii, tam Laicorum, quam Confraternitatum, & generaliter in ædificatione Ecclesiarum intra districtum alicujus Parochiæ, necessario peti debet consensus Parochi: qui tamen consensus sufficienter adesse censetur, quoties ipse Parochus non contradicit: & quatenus injuste deneget, potest superioris auctoritate suppleri, ut dixit & firmavit *Rota in Romana Oratorii*, apud Braschium *in Promptuario Synodali*, *cap.* 16 *sub num.*19. *pag* 619 *juxta editionem Romanam de Anno* 1727. 1722

1705. 20. Jan —— Ut Parochi sciant quibus Ritibus sit reponendum Ss. Sacramentum in eorum Ecclesiis pro Oratione quadraginta Horarum expositum, observent quæ sequuntur: In Repositione Ss. Sacramenti, Celebrans ad *V. Genitori, Genitoque, &c.* se erigat cum Ministris, imponat incensum in thuribulum absque benedictione, & incenset Sacramentum: Cantores dicant *V. Panem de Cælo, &c.* cui addatur *Alleluja* tempore Paschali solummodo, & in tota Octava Ss Corporis Christi in quacunque Expositione: Mox celebrans erectus, absque nova genuflexione, Ministris Librum sustinentibus (omisso *V. Dominus vobiscum*) cantet Orationes manibus junctis, quibus finitis, genuflexus, accipiat velum humerale & solus ascendens Altare factisque debitis reverentiis, accipiat in manibus coopertis cum extremitatibus dicti veli humeralis Ostensorium, detque cum ipso Benedictionem Populo: reposi- 1723

toque supra Corporale Ss. Sacramentum, descendat, & genuflexus maneat suo loco: Diaconus denique immediate, vel Sacerdos cum Stola, debitis factis reverentiis includat Ss. Sacramentum in Tabernaculum ad hunc effectum in Altari Expositionis retinendum: ac Hostia consecrata die sequenti erit consumanda. Ita præcipit *Clemens XI in particulari Bullario Romæ impresso*, *par. 2. Constitut. 9. quæ incipit Italice* Essendo state fatte, §. 21. & modo reperitur in Bullario Romano novissimæ editionis, *tom. 8. par 2. Constitut. itid. 9.*

1705. 23. Jan. —— Alienatio rei, seu Jurium Ecclesiæ, peragi non potest, non adhibitis solemnitatibus requisitis in Extravag. *Ambitiosæ*, *de reb. Eccles non alien.* ex notatis per Barbos. *de offic & potest. Episc. allegat.* 95. *sub num* 2. *par.* 3. Cardin. de Luc *de alienat. & contractu prohibit disc.* 1. *sub num* 1. *& seqq.* Ubald. *decis.* 290. *sub num* 3. Cerr *decis.* 10 *sub num.* 6. Alexand. VIII. *decis* 220. *sub num.* 14 *& seq.* etiamsi alienatio fieret in personas ejusdem Ecclesiæ, Navarr. *consil* 9 *&* 10. *de reb. Eccles. non alien.* Dunozett Jun *decis.* 776. *sub num* 4. & ex eis dixit *Rota in Urgellen Administrationis super collectione Eleemosynarum* coram Caprara, *decis. par.* 2. *decis.* 703 *sub num.* 3 *&* 4. ¶ Constitutionem *Ambitiosæ* habes supra 1467. 1. *Martii*, *sub Duobus numer. marginalibus* 8. *&* 9 1724

1705. 7. Febr —— Substinendum Decretum Episcopi Visitatoris, quod Patres Ordinis Beatæ Mariæ Virginis Servorum debeant deputare Sacerdotem Sæcularem in Parochia unita eorum Monasterio, qui resideat in illa: stante abusu, quod Regularis dicti Conventus accedit ad Parochiam pernoctans in Monasterio Sacramenta administraturus, prout substinendum esse declaravit & respondit *Congregatio Concilii in Rhegen*: apud Eminentissimum Petram in perutilibus 1725

com-

commentariis ad Constitutiones Apostolicas, *tom. 1 circa Constitut. 1. Anastasii IV. sect. 1 sub n 45. pag. mihi* 15 & egomet retuli in mea collectione pro Regularibus cujuscunque Ordinis, *tom. 3. sub num. margin.* 4201. *pag.* 520. *at in alia itidem mea collectione de concursu Parochialium, sub num margin.* 1511. *juxta secundam editionem.*

1705. 27. Apr. —— Verba, quæ important exemptionem activam cum separatione Territorii, debent esse ita prægnantia, ut nullam dubitationem admittere possint: puta, si solvatur Territorium Episcopi, & fuerit concessa Abbati, seu Prælato inferiori, omnimoda & Ordinaria Jurisdictio in Ecclesias & ejus membra, cum assignatione confinium, in quibus adsit Populus & cura, ita ut dictum Territorium non sit amplius in Diœcesi, neque de Diœcesi Episcopi, ut dixit *Rota in Marsicen. seu Nullius Jurisdictionis super bono Jure* coram Tremoille, *apud* Eminentissimum Petram in doctissimis commentariis ad constitutiones Apostolicas, *tom. 2. circa constitut. 6. Alexandri* III. *sect. 1. sub num. 46. pag.* 137 *juxta editionem Romanam de Anno* 1706 ubi etiam addit, quod hoc est juxta canonistas relatos per Cocchier *de Jurisdict. in exempt. tom. 1. par 1. quæst. 9. sub num.* 1. & egomet retuli in mea collectione pro Episcopis, & Abbatibus utriusque cleri *sub num. margin.* 2147. *pag.* 478. 1726

1705. 14. Maii. —— Presbyter Græcus Conjugatus debet se abstinere ab usu cum Conjuge, ob reverentiam Sacrificii, aliquibus diebus ante & post, ut respondit *Sacra Congregatio Universalis Inquisitionis in Aspanen.* apud eruditissimum Auctorem, nunc vero Eminentissimum Cardinalem Vincentium Petram *in perutilib. commentar. ad Constitut. Apostol tom. 4. circa constit. 23. Eugenii IV. sub num 4. pag.* 565 *juxta edit. Roman* & egomet retuli in mea Collectione de Matrimonio, *tom. 3 sub num. margin.* 2599. *pag.* 478. 1727

1705.

1705. 15. Maii. Certum est, quod qui Animarum Curam exercet, habet ex hoc qualitatem adeo præponderantem, ut in concursu simplicis clerici, semper reputandus sit dignior, & consequenter potior pro obtinenda prælatione, ut in specie habet Dunozett Jun. *decis.* 950. *sub num* 6. Zarate *decis* 18. *sub num* 7. Priol. *decis.* 26 *sub n.* 3. & 4 & ex eis dixit *Rota in Calaguritana Beneficii de Feranda*, coram Caprara, *decis. par.* 2. *decis.* 722 *sub num.* 2 ubi etiam sub numero 10. dictum fuit, quod emolumenta Curæ Animarum, ad quam quis fuit deputatus ab Episcopo, ad ejus nutum amovibilis, non possunt computari ad substentationem, tanquam ab alieno arbitratu dependentia, Caren *resolut.* 50. *sub num.* 7. Cels. *dec.* 226. *sub num* 6. & habetur etiam in *decis.* 224 *sub num.* 6. *par.* 2. *recentior.*

1705 8. Jun. —— Ad hoc, ut intret quadragenaria præscriptio ad effectum inducendi libertatem a non solutione Decimarum, debet constare de titulo, ut ex text. *in cap.* 1. *de præscript in* 6 firmat Bichius *decis.* 205. *sub num.* 3. & habetur etiam in *decis.* 319. *sub num.* 10 & 11. *par.* 17. *recent.* titulus autem nullus & invalidus, uti non proveniens ab habente potestatem, reputatur insufficiens ad præscriptionem, *decis.* 140 *sub num.* 13. *par.* 13. *recent.* Testes vero ad probandam non solutionem Decimarum, debent deponere de integra quadragenaria, & per negativam coarctatam, scilicet, decimas solvi non potuisse, quin ipsi scirent, ut requiri firmat Ninot. *decis.* 1 *sub num.* 9 Otthobon. *decis.* 185 *sub num.* 2. Cels. *decis.* 45 *sub num.* 5 & *seq* & ex eis dixit *Rota in Montis Regalis Decimarum* coram Caprara, *decis. par.* 2. *decis.* 725. *sub num.* 15. 16. & 17. 1728

1705. 10. Jun. —— Ad Sponsalium dissolutionem quælibet levissima causa sufficit, quando Sponsalia non sunt jurata: Justa autem causa dissolvendi dicta sponsalia a Filio contracta, reputatur dissen- 1729

fus

ſus Patris cum comminatione exhæredationis, ut, dixit *Rota in Comen. Sponſalium coram Molines* apud Urſayam *Diſceptat. Eccleſiaſticar. tom. 3. par. 2. diſceptat. 19 ſub num. 84. & 85. pag. 268. juxta edit. Venet* & iterum *tom. 4. par 2. diſceptat. 10. ſub n. 15 pag. 163.*

1705. 20. Jun. —— Impetrato Beneficio, Bona aſſignata in Patrimonium redeunt ad primævum ſtatum, etiam pro rata Beneficii obtenti, facta tamen prius ſubrogatione per Ordinarium, ut declaravit *Congregatio Concilii in Senogallien.* apud Monacelli *in Formular Leg Pract. par. 4. in ſupplemen. ad II Tom. ſub num.* 440. juxta antiquiora Decreta *in Oretana ſub die* . . . *Aug.* 1604. nec non & *in Terracinen. ſub die* 20 *Jul.* 1619 ac etiam *in Tolentina ſub die* 10 *Maii* 1692. 1730

1705. 20. Iun. —— Quoties cura non reperiatur annexa certæ Præbendæ, nominatio Vicarii poteſt fieri de uno ex toto clero, non de canonicis tantum, ut declaravit atque reſpondit *Congregatio Concilii in Melphien.* apud Monacelli *in Formulario Legali-Practico, par. 4. in ſupplemen. ad II Tom. ſub num.* 178. *pag mihi* 74. & egomet retuli in mea collectione de concurſu Parochialium *ſub nu. margin.* 1522. *in ſecunda editione* 1731

1705. 22. Iun. —— Non ſolum Domus conductio, ſed neque emptio importat acquiſitionem domicilii in illa Parochia, ubi domus conducitur, vel emitur, ſi in illa Conductor, vel Emptor non habitet, ut de Conductione videre eſt apud Barboſam *Vot. deciſ.* 19. *ſub num.* 4. *& ſeq. lib.* 2 & de Emptione videre eſt apud Panimollam *Deciſ.* 14. *Annotat.* 4. *ſub num* 11. ac in terminis fraudulentæ Conductionis, unitæ cum defectiva habitatione, reſolvit *Rota in Neapolitana Matrimonii* coram Priolo, apud Urſayam *Diſceptat. Eccleſ. tom.* 2. *par.* 1 *diſceptat.* 10. *ſub num.* 60. & 61. ubi etiam ex Pignatello *conſult.* 79. *ſub num.* 25. *lib.* 5. refert, Sacram Concilii Congregationem die 6 Maii 1617. 1732

1617.declarasse *Parochum*, qui Matrimonio illius Viri interfuit, qui in ejus Parochia Domum habebat, sed in illa non habitabat, *esse suspensum: & si celebravit, irregularem; & propterea sua conscientia quamprimum consulere debere*.

1705. 22. Jun. —— Licentia assistendi Matrimonio concessa Parocho, cum supposito quod sit proprius Contrahentium Parochus, supposito corruente, hujusmodi licentia nullius remanet efficaciæ, ut prosequitur *Rota in dicta Neapolitana Matrimonii coram Priolo*; ut in simili dixit eadem *Rota decis*.451.*sub num*.10. & 11. coram Dunozeto Juniore, ibi: *Cum illa sit concessa cum supposito, quod Archipresbyter esset proprius Parochus contrahentium, &c. illa non potest extendi ad facultatem celebrandi Matrimonium, cum licentia non extendatur ultra petita*. Ita Ursaya *loco supra citato*, *sub num*. 90. & 91 1734

1705. 22. Jun. —— Cura habitualis Ecclesiæ Parochialis penes Capitulum, remanet probata ex ejusdem Capituli antiquissima, & immemorabili quasi possessione eligendi Vicarium, eumque instituendi absque ullo concursu, sed solum prævia approbatione Ordinarii circa idoneitatem personæ electæ: Comprobata etiam dicitur hujusmodi vetustissima consuetudo per solemnem Sententiam a Vicario Generali latam, & confessata ab ipso Episcopo in divisione Parochialis, & successive ab ipsis Vicariis Generalibus per examen hujusmodi electorum, cum subsecuta eorum institutione per capitulum expleta. Ex his enim optime colligitur, Ecclesiam Parochialem esse unitam Capitulo, & penes ipsum residere curam habitualem, nam alias Ordinarii non permisissent per plura sæcula Parochialem a Capitulo conferri absque Concursu, ut in his terminis Cerr.*decis* 886 *sub num*. 2. 3 & 4 aliique citati *Rota in Novarien. Parochialis*, *seu Vicariæ*, *S. Martini* coram Caprara, *decis.par.*2. *decis*.739. *a num*.2 *ad* 5. 1735

1705.

1705. 22. Jun. —— Convincitur etiam præexiſten- 1736
tia Curæ habitualis penes capitulum, ex eo, quod antiquitus hujuſmodi Proviſus fuit quandoque amovibilis: facultas enim providendi, & deputandi Vicarium amovibiliter, & ad tempus, indicat curam habitualem eſſe penes Capitulum, & ſolum exercitium penes Vicarium, ut notat Imol. *in Clem. frequens, ſub num.* 3 *de exceſſ. Prælat.* Barboſa *de Paroch. par.* 1. *cap.* 1. *ſub num* 65. & 66. Itidem convincitur ex eo, quod a capitulo aſſignatur eidem Proviſo Domus ad habitandum, & conſignantur Supellectilia Sacra, cum obligatione illa reſtituendi capitulo: & idem Proviſus promittit ac jurat, quod Bona Capellaniæ Curatæ defendet, & non alienabit ſine ipſius capituli licentia. Hæc enim aſſignatio domus, Supellectilium, ac Bonorum, & præſtatio obedientialium, denotant Proviſum non habere niſi exercitium curæ, reſidente habituali penes capitulum, apud quod remanent ea, quæ ſunt ſuperioritatis, Juriſdictionis, & Regiminis, ut pluribus relatis proſequitur *Rota ind. Novarien. Parochialis, ſeu Vicariæ S. Martini* coram d. Caprara, *loco ſupra citato, ſub num.* 6 & 7.

1705. 22. Iun. —— Ubi Curæ exercitium dividitur 1737
inter duos Presbyteros Portionarios, cum non poſſint dari duo Parochi in ſolidum, fatendum eſt, curam habitualem eſſe penes Capitulum, *deciſ.* 90. *ſub num.* 10. & 11. *par* 16. *recent.* Nec obſtat, quod Vicaria non ſit amplius manualis, ſed conferatur in titulum uti Parochialis, & Proviſus quandoque Rector, & Parochus denominetur, nam quæ ſuperius dicta ſunt, & deputatio facta ad tempus, deducuntur uti actus antiqui ad oſtendendum, quod in ſua origine Cura habitualis Ecclesiæ Parochialis erat penes capitulum, cum pro declaranda qualitate Beneficii ſemper attendatur actus proximi illius Fundationis Emerix Iun. *deciſ.* 118. *ſub num.* 14. & iterum *deciſ.* 164. *ſub nu.* 1.

Et

Et fuit dictum *in Bituntina Jurispatronatus* 1704. 28 *Novembris*, §. *Non attento*, & ex eis prosequitur *Rota in d. Novarien. Parochialis*, *seu Vicariæ S. Martini*, coram d. Caprara, *loco supra citato*, *sub num.* 12. & 13.

1705. 22. Iun. —— Quod vero Vicaria denominetur Parochialis, & conferatur in titulum, nihil deperit, si collatio fiat ab ipso Capitulo, penes quod stat cura habitualis, quæ semper remanet apud ipsum per quamcunque provisionem Parochialis, Lotter. *de Re Benefic. lib.* 1. *cap.* 14. *sub num.* 101. & *seqq.* Barbos. *de offic. & potest. Parochi*, *par.* 1. *cap.* 1. *sub num* 5. & *seq.* Cels. *decis.* 135 *sub num* 3. etiamsi conferatur in titulum perpetuum; *decis.* 38. *sub num.* 8 *par.* 4. ac etiam *decis.* 445 *sub num final. par.* 5. *tom.* 2. *recentior.* Quod autem non amplius denominetur Capellanus, seu Presbyter, & Vicarius, ut antiquitus, sed Rector, & Parochus, nihil urget, quia hæc nomina habentur pro Synonimis, nec alterant qualitatem Parochialis, præseferentis solam curam actualem, *decis.* 102. *sub num.* 5. *par.* 1. atque etiam *decis.* 99 *sub num* 4 *par.* 3 nec non & *decis.* 37. *sub n.* 9. *par.* 4 *recentior* & ex eis prosequitur *Rota in d. Novarien. Parochialis*, *seu Vicariæ S. Martini* coram d. Caprara, *loco supra citato*, *sub num.* 14. 15. & 16. 1236

1705. 23. Iun. —— Licita est celebratio Missarum in Capella proprio ære a Fundatore constructa: & propterea nullum jus competit Parocho, intra cujus Parochię limites eadem Capella erecta fuit, pro impedienda dicta celebratione, salvis tamen Iuribus Parochialibus. Cum enim hujusmodi capella fuerit authoritate Ordinarii erecta, & ex speciali ejusdem delegatione a Sacerdote delegato benedicta, ac demum sufficienter dotata, consequens erat, quod in ea posset incruentum Missæ Sacrificium, celebrari, *cap. hic ergo*, & *cap. Missarum*, *de consecr. distin.* 2. cum aliis cumula- 1237

tis &

tis per Pignatell. *tom.* 1. *consult.* 92. *sub num.* 18. & 19. Non attento, quod in erectione dictæ capellæ non fuerint servata solemnia præscripta *in can. nullus*, & *can. nemo*, *de consecr. dist.* 1. quia requisita per dictos canones, spectant ad formalitatem consecrationis Ecclesiæ, quæ non est necessaria pro celebratione Missæ, præsertim in hisce parvis capellis & Oratoriis, quæ satis est quod sint Divino Cultui dicata, & Episcopi auctoritate, consuetis Ecclesiæ precibus, & per solam Aquæ sacræ aspersionem benedicta, ut pluribus relatis dixit *Rota in Tuden. Capella coram* Scotto, *sub num.* 1. & *duob. seqq.* apud Monacelli, *par.* 4. *in fine*, *decis.* 21.

1705. 23. Iun. —— Nequaquam relevant tria objecta a defensoribus Parochi proposita, ad impediendam celebrationem in dicta capella: *Primo*, quod non constet de licentia Ordinarii: *Secundo*, quod Dos assignata Capellæ non sit libera: *Tertio*, quod est necessarius etiam consensus Parochi, in cujus præjudicium non potest erigi ulla capella. Quoad *Primum*, respondetur, quod cum post erectionem capellę, Episcopus delegavit ejus benedictionem, per hanc delegationem approbavit erectionem, cum consensus etiam tacitus sufficiat: & licet ex constitutionibus Synodalibus licentia in scriptis requiratur, dum data fuit licentia in scriptis ad benedicendum intelligitur etiam data ad ratificandam ædificationem. Quoad *Secundum*, si Dos non fuit integre assignata in solis Bonis Emphyteuticis, sed etiam in plurimis liberis, cum agatur de simplici Oratorio seu capella, non est ita rigide insistendum contra Fundatorem, cujus obligatio provenit a liberalitate, ut inquit Abbas *in cap.* 8. *sub num.* 4. *de consecr. Eccl. vel Altar.* & sufficit, quod Dos in ea quantitate subsistat, quæ possit sufficere pro manutentione ejusdem Oratorii & sacrorum supellectilium; in omnemque casum potest Episcopus co- 1238

gere

gere Fundatores in Visitatione ad illam in quantitate congrua assignandam. Quoad *Tertium* denique, cum consensus Parochi requiratur, ne præjudicium inferatur Juribus Parochialibus, sufficienter dicitur intervenisse cum viderit Oratorium construi, & non contradixerit: vel cum injuste denegetur, potest per Ordinarium vel per sententiam Judicis suppleri, ut prosequitur *Rota in d. Tuden. Capellæ coram* eodem, *apud* eundem *ibidem*, *a num.* 4. *ad* 13.

1705. 8. Jul. —— Clerici se subiicere recusantes Visitationi personali, possunt cogi Censuris, ut respondit Congregatio Concilii *in Aprutina, emanata favore Ordinarii*, apud Monacelli *in Formulario Legali-Practico*, *par.* 2. *tit.* 16 *formul* 10. *sub num.* 23. *pag.* 351. ac iterum reperit *in d Formular. par.* 4. *in supplemen. ad* III. *Tomum*, *sub numer.* 294. *pag.* 146. & egomet retuli in mea Collectione pro Canonicis utriusque Ecclesiæ, cathedralis scilicet & Collegiatæ, *sub num. margin.* 1725. *juxta secundam editionem*, *nec non & in alia itidem mea Collectione de Vicariis utriusque Cleri sub num. margin.* 704. *sicuti in Collectione de Confessariis*, *sub num. margin.* 1299. *juxta edit tert. de Anno* 1715. 1239

1705. 8. Aug. —— Capellani, & Beneficiati celebrantes pro Capellaniæ, seu Beneficii Fundatore, non tenentur Missas celebrare eo tempore, quo capitale Dotis assignatæ est otiosum & infructiferum sine eorum culpa, ut resolvit atque respondit *Congregatio Concilii in Monopolitana*, & antea *in Forosempronien.* 1686. 7. *Junii*, *ad quintum Dubium*, apud Monacelli *in Formulario Legali-Practico*, *par.* 2. *tit.* 13 *formul* 2. *sub num.* 56. *pagin.* 85. 1240

1705. 12. Sept. —— In Processionibus, & Funeribus debetur præcedentia Parochis supra Mansionarios, etiam Ecclesiæ Cathedralis, incedentes sine Canonicis & capitulo: Mansionariis autem 1241

Eccle-

Ecclesiæ Collegiatæ incedentibus absque capitulo, non est licitum deferre pelles super brachio in Processionibus Funeralibus, prout declaravit atque respondit *Congregatio Rituum in Aretina Præcedentiæ*, apud Ioannem Iacobum Scarfantonum *ad Elucubrationes Canonicas Francisci Ceccoperii de Canonicis, par. 1. lib. 1. in Animadvers ad tit. 13 sub num. 11. & 24. pag. 74. & 75. iuxta editionem Lucanam de Anno 1723*

1705. 3. Oct. —— Promittens Sponsalia, & de illis constito, cogitur ad contrahendum Matrimonium, ut declaravit *Congregatio Concilii in Tarentina*; Si autem apponatur Impedimentum publicæ honestatis ortum ex Sponsalibus cum alio Consanguineo contractis, est observandum, an prima sint valida, necne; nam ex Sponsalibus nulliter contractis tale impedimentum non oritur, ut respondit *eadem Congregatio in Melevitana sub die 18. Sept. 1687. lib. 37. decretor fol. 140* Si vero sint valide contracta, tunc licet ex mutuo consensu fuissent dissoluta, adhuc impedimentum remanet ut resolvit *eadem Congregatio sub die 6 Iul* 1658. apud Monacelli *in Formular. Leg. Pract. par. 4 in supplemen. ad III. Tom. sub numer 55. cum duob. seqq.* 1742

1705. 14. Nov. —— Non potest Episcopus beneficia perpetua in titulum collativa reducere ad manualitatem ut declaravit atque respondit *Congregatio Concilii in Cæsaraugustana*, apud Monacelli *in Formulario Legali-Practico, par. 2. titul. 16 formul. 10. sub num. 7. pag* 343. & ex eo egomet retuli in mea Collectione pro Episcopis, & Abbatibus utriusque Cleri, *sub num. margin 2150. pagin* 479. 1743

¶ Vide supra, 1647. 1. Iulii, il 2.

1705. 9. Dec. —— Ut in omnibus Officiis Funeralibus punctualiter serventur Ritus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, ideo Parochi, Superiores Ecclesiarum Sæcularium & Regularium, Sacristæ, & alii, ad quos spectat, non permittant, 1744

quod cadavera Ecclesiasticorum Sæcularium, præsertim Sacerdotum, sicut etiam Diaconorum, & Subdiaconorum, transferantur ex propriis Domibus ad Ecclesias, vel in istis exponantur induta quocunque alio Habitu, sive Confraternitatum, sive Religionum, sed cum Sacris Vestibus eorum Ordini convenientibus juxta dispositionem Ritualis Romani *titul de Exequiis*, ut præcipit *Clemens XI. in ejus particulari Bullario, par 2. Constitut. 5. quæ incipit Italice* Havendo la Santità di Nostro Signore, *pagina mihi 317. juxta Editionem Romanam de Anno 1723.*

1705 11. Dec. —— Licet Patribus Ovetensibus S Dominici, & S. Francisci levare Cadavera defunctorum Sepulturam in eorum Ecclesiis eligentium, illaque Processionaliter cum propria Cruce ad eorum Ecclesias deferre, absque interventu & licentia Parochorum. Habent enim iidem Patres pro hujusmodi facultate levandi cadavera, ut supra, intentionem fundatam in immemorabili consuetudine, probata per Testes formiter examinatos & deponentes cum requisitis *Glossa in cap 1. in verb. memoria, de præscript. in 6.* unde ea suffulti, immunes remanent illi Regulares a Parochorum molestiis, cum immemorabilis consuetudo habeat vim Privilegii, & melioris tituli de mundo, *cap. super quibusdam, §. præterea de verb signific.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell gloss. 33. sub num. 4.* Bich *decis. 97. sub num. 2.* Cels. *decis. 118. sub num. 10. & seq.* ita ut per eam acquirere potuerint res & jura Parochis competentia, ut est Text. *in cap 1 de præscript. in 6.* Valenzuel *consil. 33. sub num. 205. & seqq. lib. 1.* Cardin. de Luc. *de Paroch. disc 27. sub num. 2 4 & 5.* & ex eis dixit *Rota in Oveten Funeralium* coram Caprara, *decis. par. 2. decis 739 sub num. 1. 2. & 3.* 1745

1705. 12. Dec. —— Inter insigniora Oppida, ex quibus componitur Diœcesis Novariensis, annumeratur Locus nuncupatus *Burgus Maynerius*, conti- 1746

continens ſupra quinque mille Animas, in quo reperitur æque nobilis ac elegans Eccleſia Collegiata, quæ etiam Parochialis exiſtit, cum una Dignitate, nuncupata *Præpoſitus*, ac duodecim Canonicis. Animarum cura dicti Oppidi actualiter reſidet penes Præpoſitum, ac tres Canonicos Coadiutores, quorum ſecundus, qui modo eſt Canonicus Bartholomæus Majonus, tenetur etiam illam exercere in Pago S. Chriſtinæ, duobus milliaribus cum dimidio diſtante a præfato Oppido Burgi Maynerii, & continente Animas ſeptingentas circiter. Cumque in eodem Pago S. Chriſtinæ adſit Collegium ſub titulo S. Caroli & Gaudentii, cum Eccleſia adjacenti & in eo commorentur quamplures Sacerdotes, qui vocantur *Oblati*, quive multa pietatis opera continuo exercent, exinde factum eſt, ut nonnullæ exorte fuerint lites & controverſiæ inter dictos Oblatos ex una parte, & inter Canonicos ejuſdem Collegiatæ ex altera: unde dicto Anno 1705. ſub die 12. Decembris, ad pacem inter utramque partem ſtabiliandam ſequentia in Sacra Congregatione Concilii propoſita fuerunt Dubia, relata ab Urſaya *Diſceptat. Eccleſ. tom. 7. par. 1. diſceptat. 16 ſub num. 1. 2. & 3.*

1705. 12 Dec. —— Primum ex Dubiis ſuperius ci- 1747
tatis fuit: *An Canonicus Maionus teneatur reſidere in Eccleſia S. Chriſtinæ, & per ſeipſum exercere actus Parochiales, aliaque onera incumbentia ex fundatione in dicta Eccleſia S. Chriſtinæ Oppidi Burgi Maynerii?* Et Sacra Concilii Congregatio ad primum dubium reſpondit, *Negative quoad primam partem Affirmative quoad ſecundam.* Quoad quartum dubium, omiſſis ſecundo & tertio non reſolutis: *An idem Canonicus Maionus in ſimul cum dicta Parochiali, & Canonicatu Curam illius annexam habenti, poſſit retinere Capellaniam in Eccleſia St. Trinitatis, ſub obligatione Miſſæ quotidianæ, & aliis oneribus?* Sacra eadem Congre-

gatio ad quartum Dubium respondit, *Affirmative*. Circa vero quintum Dubium: *An aliquod Jus competat Congregationi Oblatorum in Ecclesia S. Christinæ?* Eadem Sacra Congregatio ad quintum dubium respondit, *Affirmative, excepto servitio Jurium Parochialium*, ut habet dictus Ursaya *loco supra citato*, *sub num.* 46. 49 & 50.

1705. 12. Dec. —— Sextum Dubium in dicta Novariensi Loci Burgi Mayneru in Sacra Concilii Congregatione propositum, fuit: *An Patres Oblati teneantur subministrare propria paramenta, & alia sacra utensilia Præposito, sive Canonicis Curatis Ecclesiæ Burgi Maynerii?* Et Sacra eadem Congregatio ad sextum dubium respondit, *Negative*. Quoad autem septimum dubium, scilicet: *An iidem Patres Oblati possint retinere in Ecclesia & Sacristia S. Christinæ propria paramenta, & alia Sacra utensilia, renuentibus Capitulo, Præposito, & Canonicis curatis Collegiatæ Burgi Maynerii.* Sacra eadem Congregatio ad septimum dubium respondit, *Affirmative*. Circa vero octavum Dubium, nempe: *An, & ad quem spectet receptio Populi, & aspertio Aquæ sanctæ occasione Processionum, & aliarum Functionum publicarum in dicta Ecclesia S. Christinæ?* Et eadem Sacra Congregatio ad octavum Dubium respondit, *ad Oblatos*, ut refert dictus Dominus Ursaya *loco supra citato*, *sub num* 51. 52. & 53. 1748

1705. 14. Dec. —— Ob amplitudinem Territorii Ecclesiæ Parochialis Berbenni, cum consensu Archipresbyteri ejusdem Parochialis, usque de anno 1624. deventum fuit ad dismembrationem Locorum Morogiæ, & Monasterii, & Locorum Pedemontis, & Valdorræ, duabus constitutis Parochiis, & respective assignatis Parochis, altero scilicet in Ecclesia S. Benigni Villæ Monasterii: altero vero in Ecclesia S Bartolomæi Villæ Pedemontis, pro Loci Pedemontis, & Veldorræ, cum distinctione territoriali quoad utrum- 1749

que

que Parochum, & cessione facta in genere favore utriusque Parochi de jure percipiendi decimas in universum, quæ ipsimet Archipresbytero ab Incolis, & Prædiis Locorum dismembratorum ante secutam dismembrationem solvebantur Prętendente autem de anno 1676. Parocho S. Bartholomæi sibi deberi decimas aliquorum Prædiorum, sitorum intra circumdarium suæ territorialis Parochiæ, quamvis ille ob acquisitiones factas post memoratam dismembrationem possiderentur ab Incolis locorum subjectorum Parochię S. Benigni, Ordinarius Comensis sententiam protulit manutensionis favore Parochi S. Benigni, deinde auditis iterum Partibus protulit favore Parochi S Bartholomæi, quam postmodum confirmavit Auditor cameræ, & hodie etiam *Rota in Comen. Decimarum* coram Caprara *decis. par. 2. decis.* 741. *sub initio*, *pag.* 524.

1705. 14. Dec —— Ratio Resolutionis supradictæ ad favorem Ecclesiæ Pedemontis est, quia cum agatur de decimis Prædialibus, Parochus ipsius Ecclesiæ habet intentionem in Jure fundatam illas exigendi ex quibuscunque Prædiis, sitis intra limites suæ Parochiæ, licet possessis seu acquisitis ab exteris, seu habitantibus in aliena Parochia, & ibi spiritualia recipientibus, ad Text. *in cap. quoniam, de Decim.* itidem *in cap. fin. & ibi Gloss. verb. Prædiorum*, *de Par* & tradunt Card de Luc. *de Decim. disc.* 5. *sub n.* 10. Bichius *decis.* 97 *sub n.* 23. & 24. Neque obstat, quod in dismembratione facta de supra memoratis Parochiis ab Ecclesia Berbenni, divisum non remanserit inter easdem Parochias Territorium quoad jus exigendi Decimas, ita ut nullus ex Parochis ad talem effectum proprium Territorium habere videatur, & proinde in exactione Decimarum attendendæ veniant personę existentes in una vel altera Parochia, non autem sint consideranda bona, in qua Parochia existant responsū enim fuit, quod sicuti certa designa- 1750.

tio Locorum, propriique Territorii, facta fuit unicuique Parocho, ad effectum administrandi Sacramenta habitantibus eorundem Locorum: ita & simultanea concessio decimarum Prædialium, licet absque distinctione hujusmodi Parochis facta, censeri debet distributive pariter unicuique Parocho indulta pro Prædiis sitis in proprio cujuslibet Ecclesiæ Territorio, cum ad hunc effectum sufficiat, quod in Dismembratione fuerint distinctæ Parochiæ, earum limites seu territoria, ut Decimæ Prædiales unicuique Ecclesiæ, de Prædiis suæ Parochiæ dicantur assignatæ, ut tradunt plures relati a *Rota in d. Comen. Decimarum* coram d. Caprara, *loco supra citato, sub num* 1. & 2.

1705. 14. Dec. — Nec relevat contraria consuetudo, allegata per Parochum supradictæ Ecclesiæ Monasterii, quod decimæ Prædiales ab ipso semper receptæ fuerint respectu Prædiorum sitorum in dicta Parochia Pedemontis, possessorum a Parochianis habitantibus in dicta Parochia Monasterii: Quoniam, cum ex assignatione decimarum Prædialium, facta utrique Parocho quoad Prædia sita in propriis Parochiis, unusquisque in suis decimis Prædialibus dicatur habere intentionem in Jure fundatam, Rebuff *de Congr Port. sub num.* 107. & 1. 8. non sufficit consuetudo decennalis, sed requiritur, vel immemorabilis, vel quadragenaria cum titulo, cum alter Parochus exigendo decimas Prædiales alterius Parochi, mittat falcem in messem alienam, juxta tradita per Rebuff *de Decim quæst.* 13. *sub n.* 84. Lotther. *de Re Benefic. lib* 1 *quæst.* 10 *sub num.* 91. & 93. Emerix Jun *decis.* 473 *sub num* 1 Quidquid esset, si Parocho Prædiali non assisteret titulus assignationis; & dubium esset, cui hujusmodi decimæ deberentur, an scilicet Ecclesiæ Sacramentali, vel Prædiali, in quibus terminus loquuntur citati a *Rota in d. Comensi Decimarum* coram 1251

d. Ca-

d. Caprara, *loco supra citato*, *sub numer.* 3. 4. & 5.

1705. 14. Dec —— Ad probandam dictam Decimarum Prædialium consuetudinem, deficit in supradicto casu immemorabilis; quia erectio dictarum Parochialium cum assignatione Decimarum emanavit de Anno 1627. & sic cum constet de initio, excluditur immemorabilis, Valenzuel. *consil* 46. *sub num.* 15. *lib.* 1. Cerrus *decis.* 67 *sub num.* 3. Quadragenaria vero non remanet probata, dum Testes nec decennalem convincunt, cum non exprimant tempus certum, sed solum deponant in genere: nec ostendunt fuisse pacificam, dum asserunt Parochum Pedemontis multoties se opposuisse: quod sufficit, ut inducta dicatur mala fides, & interrupta quæcunque præscriptio, seu consuetudo Monet. *de Decim cap* 5. *quæst.* 5. *sub num* 112. *circa fin.* Bichius *decis.* 563 *sub num.* 13 ad quam excludendam sufficit unicus actus, & solus rumor in contrarium, *decis.* 208 *sub num* 15. & 16. *per* 17. *recent.* addendo præterea, quod Testes sunt iidem habitantes, & Parochiani Ecclesiæ Monasterii, pro cujus proinde Parocho non sunt integri Testes ratione affectionis erga propriam Ecclesiam, & Parochum, ut prosequitur *Rota in d. Comen. Decimarum* coram d Caprara, *loco supra citato*, *a numer.* 6. *ad final.* 1252

1706 11. Jan —— Ubi per transactionem fuit conventa elevatio Ecclesiæ, dici etiam debet ibi permissa fenestrarum aperitio, sine quibus stare non potest Ecclesia, cum petatur ad recipiendum lumen tantum, Bursatt. consil. 58. sub num. 5. vers. tum etiam quia, Altograd consil. 100. sub num. 42. lib. 1. Sabell. Var. Resol. cap. 15 sub num. 8. maxime, si jam reperiantur apertæ aliæ fenestræ ad luminis receptionem, ex quo fit, ut possint aperiri aliæ in muris lateralibus Ecclesiæ, ad eundem effectum recipiendi lumen, 1253

ut dixit *Rota in Surrentina Fabrica* coram Caprara, *decis. par. 2. decis. 743. sub num. 25. & 26. pagin. 529. Juxta editionem in Lucana de Anno 1725.*

1706. 11. Jan — Quando elevatur Chorus in proprio situ, intrat proinde Juris regula, quod unicuique licitum est in proprio solo ædificare, suumque ædificium extollere usque ad Cœlum, ex text. *in l. altius, & l. ædibus, C. de servitut. &c.* & fuit dictum *in Gerunden. Altius tollendi decis. 587. 596. 599. & 611. par. 5. tom. 2. recent.* maxime, quando ædificium non fit ex causa æmulationis, sed ad cultum Dei, & pro ampliori loco Ecclesiæ, vel Oratorii, *decis. 272. sub n. 2. & 3. par. 19. recent.* & ex eis dixit *Rota in Surrentina Fabrica super constitutione Chori* coram Caprara, *decis. par. 2. decis. 744. sub num. 1. & 2* 1754

1706. 23. Jan. — Orta controversia inter Capellanos Confraternitatis Casalis majoris Diœcesis Cremonensis, aggregatæ Archiconfraternitati Mortis & Orationis de Urbe, & Parochum dicti Loci, super delatione Stolæ deferendæ per dictos Capellanos in Functionibus & Processionibus; & causa delata ad Sacram Congregationem Concilii: Eadem Sacra Congregatio, Partibus informantibus, in responsione ad decimum dubium declaravit, *eos extra Oratorium Confraternitatis Stolam deferre non debere, nec posse*, non obstantibus Decisionibus Rotalibus datis in Summario Confraternitatis *in Causa Savonen. Aggregationis 1698. 27. Junii coram Pio, 1699. 9. & 15. Junii coram eodem, 1700. 15. Januar. coram dell' Olmo, &* 1701. *11. Junii coram Molines Decano*, in quarum ultima firmatur, quod virtute Aggregationis Archiconfraternitati Mortis de Urbe, & Communicationis Privilegiorum, possit Capellanus Confraternitatis aggregatæ Stolam deferre, ac Privilegiis Aggregantis uti, ac si ab origine fuissent directe concessa, ut refert Mona- 1755

celli

celli *in Formular. Leg. Pract. par. 2 tit. 13. formul. 1. sub num. 78. pag. 26.*

1706. 8. Febr —— Laurentio Mingarello præsentato per Massarium & Homines communis Grizzanæ ad Parochialem Ecclesiam S. Michaelis, se opposuit Antonius Benvenutus ex duplici titulo, altero cujusdam Præsentationis obtentæ per antecedens a nonnullis Hominibus ejusdem Communis, & altero vigore Nominationis in sui favorem reportatæ a Marchionissis Sororibus de Montecucolis hæredibus mediatis Marchionis Ferdinandi Barbatiæ prætensi Donatarii mox dicti Patronatus vigore cujusdam Donationis in sui favorem reportatæ a prædictis Massario, & Hominibus dicti Communis Grizzanæ. Re in Judicium deducta, & ad Sacrum Rotæ Auditorium delata, exquisitum, fuit: *An, & cui esset danda Institutio?* Et fuit responsum *illam esse dandam Laurentio.* Præsupposita enim certa & indubitata pertinentia ad dictam Ecclesiam Parochialem in Massario, & Hominibus Communis Grizzanæ, non solum ex continuata plusquam sæculari observantia, sed etiam ex quamplurimis Judicatis Curiæ Archiepiscopalis Bononiensis illam canonizantibus, & effectum plenarium subsecutis, hinc, cum ab iisdem Hominibus legitime & ad hunc effectum convocatis Laurentius plenissima etiam Nominatione fuerit valide præsentatus, idem erat absque dubio instituendus, ut pluribus ad rem cumulatis dixit *Rota in Bononien. Parochialis* coram Scotto apud Pittonium *de Controvers. Patronor tom. 2. allegat.* 100 *pag.* 287. *juxta editionem Venetam de Anno* 1733 *post Parmensem de Anno* 1719. 1756

1706 8. Febr. —— Ad denegandam dicto Laurentio Institutionem in dicta Parochiali Ecclesia, avertere non potuerunt firmam decidendi rationem duo tituli, quibus innixus alias opponebat Antonius: omisso enim in præsenti per eundem 1757

primo

primo titulo tumultuariæ videlicet & informis Præsentationis, licet antecedentis, reportatæ in sui favorem a nonnullis singularibus ex præfatis Hominibus Communis Grizzanæ, tanquam agnito prout erat insubsistenti, quamvis totus esset in promovendo secundo titulo Nominationis habitæ a dictis Sororibus de Montecuculis, nihilominus cum Nominatio prædicta penderet a Donatione propter defectus ineffectuata, Homines dicti Communis in duabus vacationibus postmodum secutis præsentarunt effectu subsecuto: & cum idem fecerint etiam in præsenti vacatione ad favorem Laurentii, iste erat instituendus, & ipsi manutenendi in sua possessione. Nullitas autem erat manifesta, cum post Donationem Jurispatronatus factam per Homines dicti Communis in favorem Marchionis Ferdinandi Barbatiç, non doceatur de superventa approbatione Ordinarii, sine qua remanet omnino evanida Donatio, cum non liceat Laicis præsumptione propria disponere de eo, quod Ecclesiastici Juris est, ut pluribus hinc inde relatis prosequitur *Rota in d. Bononien. Parochialis coram Scoto*, apud eundem Pittonium, *loco supra citato*.

1706 22 Febr. —— Reportatis per Monachos, & Monasterium Olivetanum S. Georgii Ferrariæ tribus Sententiis, canonizantibus eorum jus universale decimandi de omnibus fructibus Bonorum, existentium intra fines eorum Parochiæ, seu Plebanatus, Maurelius a Peregrina existimans in dictis Sententiis non comprehensum, provocavit: & proposito Dubio: *An Decimæ debeantur per Maurelium?* responsum fuit, *deberi*. Siquidem quod Decimæ debeantur, controverti non potest, quia Monachi actores habent in Jure fundatam intentionem eas exigendi ab omnibus possidentibus intra limites eorum Parochiæ, seu Plebanatus, juxta textum *in cap. cum contingat, & in cap. cum in tua, de Decim.* atque in *cap. fin. de* 1258

Paro-

Paroch. Melin. *decis.* 817. *in princip.* & ulterius habent rem judicatam, resultantem ex supradictis tribus sententiis, quæ facit rem claram manifestam, & indubitabilem, *l. 1. ff de re iudic.* & *l. res iudicata* 207. *ff de regul. Jur.* Cocc. *decis* 1476. *sub num. 7* eaque fuit executioni demandata contra dictum Maurelium, non obstante prætensa exemptione, ut dixit *Rota in Ferrarien. Decimarum*, coram Caprara, *decis par. 2 decis.* 747. *sub num.* 1. *& 2.*

1706. 26. Febr —— Licentiam contrahendi Matrimonium coram Parocho non proprio, quem tamen Ordinarius in concedendo facultatem supposuit proprium Contrahentium est nulla: Cum enim delegatio sit actus voluntatis, ista adesse non potest sine voluntate delegantis ut dixit *Rota in Neapolitana Matrimonii coram Priolo*: Et In præcisis terminis probant Tondut. *Quæst. Benefic. par.* 3 *cap.* 154. *sub num.* 1. Cardinalis de Luc. *de Matrimon. disc* 1 *sub num.* 5. & expresse Pignatellus *consult.* 78. *sub num* 2. *tom.* 2. ubi sic habet: *Non ergo porrigitur ad alios, ex defectu intentionis Ordinarii, qui licentiam restrinxit ad illas determinatas Personas; etenim absque intentione seu consensu concedentis non est valida licentia, &c. nam mutata vel ablata ratione aliqua in obiecto actus indivisibilis, necesse est totam entitatem actus variari: neque enim idem actus voluntatis remanere potest, si aliquid in obiecto, in quod fertur voluntas, varietur, sed actum variari necesse est* prout habet Ursaya *Disceptat. eccles. tom.* 3 *par* 1 *disceptat.* 19. *a num.* 16. *ad* 19. *pag.* 83. *iuxta edit. Venet. post Roman. in qua pag.* 131. 125

1706. 26. Febr. —— Ut quis dicatur Parochianus alicujus Ecclesiæ, non sufficit simplex & corporalis habitatio, ut in Jure dicitur, *asinina*, sed requiritur animus deserendi primum Domicilium, & permanendi in secundo, prout ad effectum contrahendi Matrimonium, sequendo cæter- 1260

catervam Doctorum quos citavi, firmavit *Rota in d. Neapolitana matrimonii coram eodem Priolo* apud eundem Ursayam, *tom. 2. par. 1. disceptat. 10. sub num.* 41. ubi etiam sub numero sequenti refert verba Cardinalis de Luca idipsum sentientis *Matrimon. disc. 1. sub num. 11.* ibi: *Dummodo sit habitatio* constans ac formalis in ea Parochia, privative ad præcedentem habitationem in priori: & egomet retuli in mea Collectione de Matrimonio, tum constante, tum etiam soluto, *tom. 3. sub num. margin. 2611. pag. 486.*

1706. 11. Mar —— In Suburbio S. Juliani Civitatis Comi duę reperiuntur Parochiales Ecclesię, in quibus unus & idem Parochus alternative suum exercet officium, una sub invocatione S Martini, altera vero S. Vitalis: tria quoque reperiuntur Monialium Monasteria S. Laurentii, S. Agathæ, & S. Juliani. Remotis Sepulturis ab Ecclesiis exterioribus S. Laurentii, & S. Agathæ, remansit Sepultura in Ecclesia S. Juliani, quam tamen Moniales volentes remotam, obtinuerunt quidem ab Episcopo liberationem ab onere tumulandi, sed cum obligatione construendi novam Sepulturam in proxima Parochiali Ecclesia S. Vitalis pro Hominibus habitantibus in eodem Suburbio, & ad hunc effectum Episcopus fecit Decretum. Illi tamen Homines hoc ægre ferentes, congregati fere omnes in eorum Oratorio ad sonitum campanulæ, sibi elegerunt Sepulturam in Ecclesia Patrum Reformatorum S. Francisci in eodem Burgo existentium, & facto Instrumento hujusmodi electionis, recursum habuerunt ad Sacram Congregationem Episcoporum pro confirmatione, in præjudicium proprii Parochi. Proposita igitur fuerunt sex Dubia, quorum primum: *An Decretum factum ab Episcopo Comensi super remotione Sepulturæ ab Ecclesia Monialium S. Juliani substineatur?* Et Sacra eadem Congregatio, ad primum Dubium respondit *Afirma-* 1763

firmative: ut habet Ursaya, qui in hac Causa scripsit ad favorem Parochi, *Disceptat Ecclesiastic. tom. 2. par. 2. disceptat. 30. a numer. 1. ad 15. ubi Facti series, & sub numer. 105. ubi Resolutio.*

1706. 11. Mar. —— Alia quinque Dubia, quæ fuerunt proposita in dicta Causa Comensi inter Homines de suburbio S. Juliani, & Parochum ejusdem Loci, sunt sequentia, quorum secundum: *An electio Sepulturæ, facta ab Hominibus Burgi S. Juliani in Ecclesia Patrum Reformatorum S. Francisci ejusdem Loci, sit valida?* Tertium vero Dubium: *An substineatur dicta electio pro ipsismet Hominibus, qui dictam Sepulturam elegerunt, & Instrumentum electionis stipulati sunt?* Quartum autem Dubium: *An Cadavera, post dictam electionem sepulta in dicta Ecclesia Patrum Reformatorum, sint restituenda Ecclesiæ Parochiali, una cum omnibus emolumentis?* Quintum tamen Dubium fuit: *An iidem Patres Reformati in casu validitatis electionis, teneantur accedere ad Parochialem Ecclesiam pro associatione Cadaverum ad propriam Ecclesiam: vel potius possint illa expectare in Via, vel prope eorum Ecclesiam?* Sextum denique Dubium: *An, & quomodo sit providendum circa Cadavera hoc interim morientium?* Et Sacra Congregatio Episcoporum, ad secundum Dubium respondit: *Negative*. Ad tertium Dubium itidem: *Negative*: Ad quartum Dubium similiter: *Negative*. Ad quintum vero Dubium respondit: *Serventur Decreta alias edita*. Ad sextum denique Dubium respondit: *Jam provisum*: ut refert ipse Ursaya *loco superius citato, sub eod. num. final.* 105. 1764

1706. 14. Mar. —— In Concursu non est admittendus, qui non habet ætatem præscriptam a Concilio pro Presbiteratu, id est, quod attingat vigesimum quintum annum, neque Laicus, ut declaravit atque ita respondit *Congregatio Concilii in Fossanen. Libr. 18 Decretor. pagin. 1.* apud Monacel- 1765

nacelli *in Formulario Legali-Practico*, *par. 2. titul 15. formul. 1. sub num. 14 pagin. 199.* & egomet retuli in mea Collectione de Concursu Parochialium *sub numer. margin. 1544 in secunda editione.*

1706. 22. Mar. —— Parochi perpetui præcedunt amovibilibus (nisi aliqua specialis ratio poscat oppositum) nam & hi gaudent prærogativis Parochorum perpetuorum, ut rescripsit *Sacra Congregatio Concilii in Comen.* quinimo etiam Vicecuratis, tenentibus locum proprii Parochi absentis, sua præcedentia debetur ut resolvit *Sacra Rituum Congregatio 1691. sub die 29. Januarii*: Verum Parochi amovibiles non deferunt signum distinctivum Parochorum, ubi hoc est solitum adhiberi, ut habetur in Synodo Diœcesana Mediolanensi undecima, de Anno 1584. *monit. &c quæ ad Sacram; &c. §. Coadjutores*: Ita Braschius *in Promptuario Synodali*, *cap. 116. sub num. 4.* 1766

1706. 27. Mar. —— Præcedentia, quæ debetur Parochis perpetuis, debetur Parochis & Curatis amovibilibus ad nutum, quia etiam hi gaudent prærogativis Parochorum perpetuorum, ut respondit *Congregatio Concilii in Comen.* apud Monacelli *in Formulario Legali-Practico*, *part 4 in supplemen. ad III. Tom. sub numer. 105. pag 133.* ubi etiam quod ita quoque servatur in Urbe. 1767

1706. 10 Maii. —— Si in Privilegio fiat tantum mentio de aliquo Monasterio cum suis membris & finibus, sed non adiiciatur Locus quidam populatus, & in dicto Monasterio & membro adsit Cura Populi; tunc non censetur dismembratum Territorium, neque Cura Populi Abbati adiicitur, prout dixit *Rota in Firmana Jurisdictionis* coram Molines Decano, *& antea in eadem 1700. 10. Maii* coram eodem, *apud* Eminentissimum Petram in egregiis Commentariis ad Constitutiones Apostolicas, *tom. 2. circa Constitut. 6. Alexandri* 1768

dri III. sect. 1. sub num. 46. pag. mihi 138. & egomet retuli in mea Collectione pro Episcopis, & Abbatibus utriusque Cleri, *sub numer. margin.* 2153.

1706. 11. Jun. —— Licet, ubi tractatur de Populo non comprehenso in Privilegiis Abbatum, auctoritas intronizans saltem respectu ejusdem Populi remanere dicatur penes Episcopum, cujus sunt Oves: nihilominus quoties aliqua Ecclesia pleno jure incorporata cum Parochia alicui Abbati jam per Sedem Apostolicam vestito omni Jurisdictione quasi Episcopali, ejusdemque jurisdictioni subjecta privative quoad Ordinarium sub expresse illi concessa cognitione Causarum usque Criminalium & Matrimonialium, idem Abbas in his peculiaribus & raro contingentibus circumstantiis præcisive a caractere reputandus est quodammodo Episcopus & Ordinarius totius Parochiæ, & consequenter Populi in ea degentis, ita ut ipse Populus, qui in illa tenetur Sacramenta recipere, veniat in consequentiam ejusdem Parochiæ sic unitæ & incorporatæ, ut pluribus citatis dixit *Rota in Burgen. Jurisdictionis super commissione Curæ* coram Ansaldo, *apud* Joseph de Prosperis *post Tract. de Territor. separ. decis.* 26 *sub numer.* 14. 15. & 16. *pag.* 352. & egomet retuli in mea Collectione de Regularibus cujuscunque Ordinis, *tom* 3. *sub num. margin.* 4217. 1769

1706. 19. Jun. —— Si Dispensatio Matrimonialis reperiatur concessa inter Consanguineos ob angustiam Loci, erit exequenda, etiamsi Testes deponant, homines Loci esse omnes pares, ut exequendam esse declaravit atque respondit *Congregatio Concilii in una Bisacciarum*, & antea rescripserat *Congregatio Episcoporum in Alben.* 1596. 13. *Februarii*, apud Monacelli *in Formulario Legali-Practico, par.* 2. *tit.* 16. *formul.* 2. *sub num.* 33. *pag.* 302. 1770

1706. 30. Jul. —— In translatione Imaginis devotæ 1771

tæ ab una Ecclesia ad aliam, requiri Beneplacitum Apostolicum, ac eam sine illo factam non substineri, nec esse approbandam; resolvit; atque ita respondit *Congregatio Concilii in una Nullius Ferentilli*, apud Eminentissimum Petram in perutilibus commentariis ad Constitutiones Apostolicas, *tom. 5. circa Constitution. 5. Pauli II. sect. 2. sub num. 30 pag. mihi 421.*

1706. 21. Aug. —— Dum Testator reliquit annuum Legatum Missarum, non intuitu Loci & particularis Ecclesiæ, sed dispofuit in genere, quod scilicet celebrentur Missæ in Ecclesia Parochiali; si Ecclesia Parochialis fuerit postmodum translata; cum Testator principaliter respexerit ad remedium Animæ propriæ, quod non minus ex prima Parochiali Ecclesia, quam ex secunda translata proveniat, Missæ celebrandæ sunt in Ecclesia translata, non in Parochiali antiqua, juxta Seraphin. *in magistral. Decisione* 1149. *sub num.* 12 *& per tot.* & ita declaravit *Congregatio Concilii in Æsina Castri Plani*, *in responsione ad secundum Dubium*, apud Monacelli *in Formular. Leg. Pract. par. 4. in supplemen. ad II Tom. sub numer.* 50. 1772

1706. 28. Aug. —— Pater Guardianus Ordinis Minorum S Francisci Capuccinorum de Conventu S. Michaelis Leodii humillime Sacræ Rituum Congregationi supplicavit, ut dignaretur declarare: An Patres ejusdem Conventus bene hactenus egerint recitare Officium S Servatii tanquam Titularis Parochiæ, intra quam situs est Conventus: & an recte valeant continuare in hujusmodi recitatione? Et Sacra eadem Congregatio respondit, *non licere, nec licuisse prædictis Patribus recitare dictum Officium S. Servatii quamvis sit Patronus seu Titularis Parochiæ, in qua morantur, sitque Festum Devotionis in Populo, & illud festum consueverint ab immemorabili recitare.* 1773

§ Hanc Sacræ Rituum Congregationis Responsionem

sionem refert Pisartus *in Append. ad Director. Canon. de Patrono Loci, & Titulari Ecclesiæ, sub num.* 9 & ex eo transcripsit Halden *in Ephemerolog. Ecclesiastic. Rubricist. par* 3. *tit.* 1. *in fine*. Et revera, si nulla Ecclesia Sæcularis intra Parochiæ fines existens, tenetur ad Officium Titularis ejusdem Parochiæ, ut respondendo argumentis egregie probat Gurgetus *in Heortolog. lib.* 2. *quæst.* 7. *pag. mihi* 133. multo minus tenentur Regulares, qui licet sint in Parochia.

1706. 30. Nov. —— Matrimonium Tiguri Helvetiorum ab utroque Conjuge Hæretico contractum, ac post discessum Viri per sententiam Judicis Acatholici ad instantiam Mulieris dissolutum, si subinde ipse Vir ad Fidem conversus, cum Muliere Catholica Matrimonium contraxerit, primum Matrimonium fuisse validum, declaravit *Sacra Congregatio Concilii in Passavien. Matrimonii*, apud Eminentissimum Petram in sæpe laudatis semperque laudandis Commentariis ad Constitutiones Apostolicas *tom.* 4 *circa Constitut.* 12. *Joannis XXII. sub num.* 4. & ex eo dixi etiam in mea Collectione de Matrimonio *tom* 3. *sub num margin.* 2620. *pag.* 491. 1774

1707. 26. Mar. —— Matrimonium contractum ab eo, qui erat carceratus ad custodiam, vel ad correctionem, coram Parocho Carcerum, nullum est: si vero contraheretur ab eo, qui esset damnatus ad Carcerem in pœnam perpetuo, vel ad tempus, tunc esset validum, quia in hoc secundo casu Carceratus acquirit domicilium, ut declaravit *Congregatio Concilii in Farfen. Matrimonii*: quod Decretum legitur impressum inter Statuta Cleri Romani, *cap.* 3. *de jur. eligen Sepult.* §. 4. *in addit.* prout habet Monacelli *in Formular. Leg. Pract. par.* 4. *in supplemen. ad I. Tom sub num.* 171. 1775

1707. 10. Jun —— Manutentio concedenda est favore Capituli, cui facta fuit Unio Beneficii, & 1776

non favore Beneficiati provisi ab Ordinario, si Capitulum doceat de legitima possessione per ipsum capta, & quidem anteriore possessioni captæ a dicto proviso: unde cum manutentio soleat & debeat concedi possessori, qui in possessione prævenit, ad text. *in cap. licet causam*, ibique Felin *sub num 8. de probat.* Alex. *consil.* 88. *sub n.* 12. *lib.* 5. illa tribuenda venit Capitulo, dum talem prærogativam in sua possessione obtinet: præsertim si eadem possessio sit innixa Litteris Apostolicis, & Sententiæ Episcopi illarum Exequutoris, in quibus unitur Beneficium Capitulo, eique conceditur facultas capiendi possessionem propria auctoritate, quotiescunque illius vacatio contigerit: unde possessio Capituli præsefert maximum & prævalidum titulum, nempe, Concessionem & Gratiam Papæ; quibus positis, certum est quod meretur manutentionem, ut dixit *Rota in Faventina Beneficii* coram Aldrovando, *apud* Posthium *de Manutenen. in fine Operis*, *decis.* 33. *sub num.* 1 *pag. mihi* 47. *juxta recentiorem editionem*.

1707. 21 Jun. —— Petebat Parochus S. Rochi Vallis Præmiæ manutentionem in quasi possessione exigendi annuas libras tres, & caseum unius diei pro qualibet Foculari ab ejus Parochianis: nec non pariter annuatim libras quinquaginta quatuor ex redditibus seu oblationibus Altarium, quas fuisse subrogatas loco decem solidorum in Parochialis erectione pro quolibet Foculari promissorum acriter prætendebat. At quamvis petita manutentio eidem Parocho concessa fuerit quoad dictas libras tres, & caseum unum, cum hoc tamen, quod ex illis teneatur anno quolibet solvere libras viginti quatuor Parochis S. Gaudentii Loci Bacceni, illa tamen aperte denegata fuit respectu memoratæ quantitatis librarum quinquaginta quatuor. Non etenim controvertebatur per Homines dictæ Vallis antiqua Parochi 1777

quasi

quasi possessio exigendi dictas annuas libras tres, usumque caseum: verum cum lex illis idem Parochus semper assueverit annuatim solvere Parochis Baccani quamdam partem Primitiarum & Decimarum ipsis in sententia Dismembrationis reservatam: ideo manutentio non secus concedenda est, quam cum eodem vinculo solvendi dictas libras vingintiquatuor, nam illa ad statum, & juxta limites possessionis, in qua quis reperitur, semper est concedenda. Quo vero ad libras quinquaginta quatuor, cum Parochus nullo modo docuerit se reperiri in quasi possessione illas exigendi, nulla illi competit manutentio, ut pluribus hinc inde relatis dixit *Rota in Novarien. decimarum, & Oblationum super Manutentione, coram Omanna*, apud Posthium *de Manutenen. in fine Operis, decis. 61. per tot.*

1707. 13. Aug. —— Clerici ob eorum scelera & delicta, si Beneficiis, ad quorum titulum fuerunt ordinati, privati remaneant, nullum jus retinent pro alimentis super illorum Beneficiorum fructibus, quamquam aliunde non habeant unde vivere possint: & privari posse absque ulla præservatione alimentorum, præter plures præcedentes resolutiones, dictis Anno & Die ac Mense, ut supra, declaravit *Congregatio Concilii in Asculana*, referente Monacelli *in Formular. Leg. Pract. par. 4. in supplemen. ad II. Tom sub num.* 411 *pag.* 103. 1778

1707. 13. Aug. —— Beneficiatus damnatus in pœnam Triremium non tamen transmissus, si habet onus residentiæ, potest servata forma Concilii, Beneficio privari ob non residentiam, ut declaravit *Congregatio Concilii in Asculana, ad primum Dubium*, referente Monacelli *in Formulario Legali-Practico, par. 4. in supplemen. ad III Tom sub num.* 141 *pag. mihi* 137. 1779

1707. 3. Sept. —— Capitulum Civitatis Cotroni, ultra canonicos compositum etiam est ex omnibus 1780

 Pa-

Parochis dictæ Civitatis numero quinque, qui Sacramenta ministrant eorum Parochianis in Ecclesia Cathedrali Hoc Capitulum reperitur in immemorabili possessione associandi Cadavera illorum Defunctorum, qui in eadem Civitate decedunt, illisque Funera peragendi; mediante summa amicabiliter determinanda inter ejus Procuratorem, & Defunctorum Hæredes. Impedita tamen pro quodam Defuncto resolutione tractatus, & delata proinde Causa ad Sacram Congregationem Concilii, proposita fuerunt septem Dubia, quorum duobus ultimis omissis, primum fuit sequens, videlicet: *An Hæredes Defunctorum teneantur invitare Capitulum in Exequiis?* Et fuit responsum: *Negative*. Secundum Dubium: *An, & quæ summa debeatur Sacerdotibus, & Capitularibus invitatis?* Et responsum fuit: *Episcopus conficiat Taxam, auditis interesse habentibus, & transmittat*: Tertium Dubium: *An, & quæ summa debeatur Capitulo, ex titulo prætensi Juris componendi; tam pro iis qui moriuntur cum Sacramentis, quam pro iis qui obeunt* repentina morte? Et responsum fuit: *Nihil deberi*. Quartum Dubium: *An, & quæ summa debeatur ex Jure Campanæ?* Et responsum fuit: *Ut ad proximum*: Quintum Dubium: *An retineri possit serica Culcitra, cum qua transportatur Cadaver: seu potius sit locus restitutioni?* Et responsum fuit: *Affirmative quoad primam partem: Negative quoad secundam: salva tamen consuetudine, legitime probanda*. Ita refert Ursaya in suis doctissimis disceptationibus Ecclesiasticis, *tom. 3. part. 1. disceptat. 12. a num. 1. ad 4. ubi Facti series, & a num. 88 usque ad 93. ubi Resolutiones*.

1707. 3. Dec. —— Curati unius Diœcesis, vocati a Parochis alienæ Diœcesis, possunt quidem in ista audire Confessiones suorum subditorum, non tamen alienorum absque licentia Episcopi: Sacerdotes vero approbati ad Confessiones audiendas 1781

das

das in una Diœcesi, vocati a Parochis alterius Diœcesis, non possunt in ista audire Confessiones quorumlibet, absque approbatione Episcopi Loci: An, & quomodo in casibus prædictis sit consulendum, si agatur de magno concursu Populi, & de magna distantia adeundi pro approbatione Episcopum Diœcesanum, arbitrio & prudentiæ Ordinariorum remittit *Congregatio Concilii in Posnavien.* apud Monacelli *in Formular. Leg. Pract. par. 4. in supplemen. ad I. Tom. sub numer.* 172. 173. 174.

1707. 23 Dec. —— Defuncto Bernabæo Giucci Terræ S. Marcelli de Diœcesi Æsina, prævia electione Sepulturæ in Ecclesia Patrum Reformatorum S. Francisci Terræ Belvederii de Diœcesi Senogalliensi, quæ Ecclesia distat a dicta Terra S. Marcelli per unum milliare circiter: Parochus dicti Loci S. Marcelli noluit ejusdem Cadaver consignare, prætendendo prius super eo Exequias in ejus Ecclesia Parochiali celebrare. Habitus igitur fuit recursus ad Sacram Congregationem Episcoporum & Regularium, in qua proposita fuere sequentia Dubia, quorum primum: *An Cadavera Defunctorum Terræ S. Marcelli Æsinæ Diœcesis, qui elegerunt Sepulturam in Ecclesia Patrum Reformatorum S. Francisci Terræ Belvederii Senogalliensis Diœcesis, sit prius asportanda ad Ecclesiam Parochialem dictæ Terræ S. Marcelli, ad effectum ibi peragendi & celebrandi Exequias: seu potius recto tramite ab ædibus dictorum Defunctorum ad Patrum Ecclesiam sint asportanda, & ibi fieri debeant Exequiæ?* Secundum vero dubium fuit tenoris sequentis, videlicet; *An Parochus S. Marcelli teneatur associare dicta Cadavera usque ad januam Ecclesiæ prædictorum Patrum sitæ in Diœcesi Senogalliensi?* Et Sacra eadem Congregatio ad primum Dubium respondit: *Negative quoad primam partem; Affirmative quoad secundam.* Ad secundum autem Dubium respondit; *Affirma-* 1782

vive. Ita habet Ursaya, qui pluribus & quidem validis rationibus scripsit in hac Causa ad favorem Patrum Reformatorum, *Disceptat Ecclesiasticar. tom 1 par. 2 disceptat. 28. sub num. 1. ubi series Facti*; *& sub num. 150. 151. & 152. ubi Resolutiones*.

1708. 28. Jan. —— Non valet Episcopus dispensare cum illegitime natis, ut Curam habeant Animarum, prout resolvit; & ita respondit *Sacra Concilii Congregatio in Mexicana*, apud Joannem Baptistam Braschium *in Promptuario Synodali*, *cap 112 sub num. 22.* ubi addit, quod dictis illegitime natis fas non est Parochias adipisci absque speciali Apostolica Dispensatione, *cap. nimis 18. de Fil. Presbyt. & cap. 1. eod. tit. in 6* & egomet retuli in mea Collectione de Concursu Parochialium, & Beneficiorum Collatione, *sub num. margin. 1567. pag 383. juxta secundam editionem Paternam de Anno 1731.* 1783

1708 29 Febr. —— Archipresbytero Ecclesiæ collegiatæ Roncilionis, sive soli sive cum Capitulo, non licet ingredi, cum Stola & Cruce erecta, Ecclesiam RR. PP. Carmelitarum: Potest autem associare Cadaver tumulandum in dicta Ecclesia usque ad januam exclusive; prout ad relationem Eminentissimi Corsini respondit *Congregatio Episcoporum & Regularium in Sutrina, ad primum & tertium Dubium*; apud doctissimum Urbis Advocatum Dominicum Ursayam *Disceptat. Ecclesiasticarum tom. 1. par. 2. disceptat. 14. pro PP. Carmelitis Excalceatis Civitatis Laudæ cum Parochis ejusdem Civitatis*; *sub num. 13. pag vel 104 juxta editionem Romanam*; *vel 210. juxta Venetam*: & ex eo egomet retuli in mea Collectione pro Canonicis utriusque Ecclesiæ, *sub num. margin. 1757. in secunda editione*. 1784

1708 3. Mar —— Contracta fuerunt Sponsalia & Matrimonium inter Conjunctos in secundo & tertio Consanguinitatis gradu, ante Apostolicam 1785

cam Dispensationem: Quæritur primo: *An constet de nullitate Matrimonii?* Quæritur secundo: *An constet de Sponsalibus?* Ad primum Dubium, *Affirmative*: Ad secundum vero Dubium, *Negative*, respondit *Sacra Congregatio Concilii in Salernitana Matrimonii*. Reproposita vero Causa eodem anno 1708. die 17. Novembris, & dato Dubio: *An sit standum, vel recedendum a decisis?* Respondit *In decisis*. In hac tamen nova Audientia additum fuit aliud Dubium, scilicet; *An vir factus fuerit inhabilis ad contrahendum Matrimonium cum aliis Mulieribus?* Et dicta Sacra Congregatio respondit: *Affirmative in casu, de quo agitur*. Demum anno 1710. die 11. Januarii quæsitum fuit: *An sit locus petitæ Dispensationi?* Et fuit responsum: *Negative*. Hæc omnia habet Ursaya, qui scripsit in hac Causa, & rationem reddit dictarum Resolutionum ut videre est *Disceptat. Eccles. tom. 1. par. 2. disceptat. 17.* 1786

1708. 31. Mar. —— Parochi Cathedralium, & Collegiatarum, qui sunt primæ Dignitates, non excusantur ab applicatione Sacrificii Missæ pro Populo Diebus Dominicis & Festis per Missam Conventualem, sed tenentur celebrare, & applicare supradictis diebus pro Populo, vel per se ipsos, vel per alios eorum sumptibus ut respondit *Congregatio Concilii in Viterbien.* apud Monacelli *in Formular Leg. Pract. par. 4. in supplemen. ad III. Tom. sub num.* 120. & refert etiam Scarfanton. ad Ceccoper. *par. 2. lib. 3. tit. 4. sub num. 6. pag. 33.*

1708. 24 Apr. —— Vicario Curato Ecclesię Collegiatæ S Marci de Urbe, seu Parocho debetur Congrua Scutorum sexaginta una cum incertis minoribus, & medietate incertorum mediorum: qui teneatur ad omnia Onera Parochialia sumptibus propriis, ut rescripsit *Sacra Congregatio Visitationis Apostolicæ in Romana Vicaria*, apud Dominicam Ursayam, qui multum scripsit in hac 1787

Causa, *Disceptat. Ecclesiasticar. tom. 7. par. 1. disceptat. sub num. 136.*

1708. 30. Apr — Una ex justis causis non effectuandi Sponsalia, est inordinatus, atque insolitus ille modus, quo mediante extortus fuit consensus ad prætensa Sponsalia, qui operatur, ut Sponsalia sint ipso jure irrita, ita ut Sponsus deceptus nullo modo ipsis adstringatur, prout dixit & firmavit *Rota in Aprutina nullitatis Matrimonii coram Scotto*, apud Ursayam *Disceptat. Ecclesiasticar. tom. 1. par. 1. disceptat. 19. sub num 48. pag 180. vel 119. juxta edit. Roman vel Venet.* ubi plures cumulat idipsum sentientes: & ex eo egomet retuli in mea Collectione de Matrimonio, *tom. 3. sub num. margin 2636. pag. 501.* 1788

1708. 30. Apr — Motivum nullitatis Matrimonii est verum, si consistat in eo, quod mandatum Procuræ, cujus vigore contractum asseratur, fuerit expresse revocatum antequam illud contraheretur; quia contractum dicitur sine consensu unius ex illis, a quibus est contrahendum; licet revocatio non venerit ad notitiam Procuratoris: & conclusio est vera etiamsi in mandato Procuræ adesset juramentum, illud non revocandi, ut pluribus cumulatis dixit *Rota in d Aprutina nullitatis Matrimonii coram eodem Scotto*, apud eundem Ursayam *tom. 5 par. 1. disceptat. 15 a num. 29. ad 31.* 1789

1708. 19. Maii. — Possunt Carmelitæ benedicere Sponsos, cum licentia tamen Parochi: & possunt in propria Ecclesia Mulieres post Partum benedicere, & ad Purificationem admittere: sicuti etiam vocati, possunt se conferre ad benedicendam febrem cum Reliquia S. Alberti, ut respondit *Congregatio Concilii in Causa Aquen. Jurium Parochialium, ad octavum, decimum, & undecimum Dubium*; & ita habetur in Bullario particulari Clementis XI. *par. 3. Constitut. 3. pag. vero* 1790

542 &

542. & modo reperitur etiam in Bullario Romano noviſſimæ editionis, *tom. 8. Decreto 1. pagin. 417.*

1708. 19. Maii. —— Dicti Carmelitæ poſſunt dare 1791 ſignum, & celebrare Miſſam in Diebus Feſtivis eodem tempore, & antequam detur ſignum, & celebretur Miſſa Parochialis: Eis tamen non licet Proceſſiones facere extra propria Clauſtra ſeu Diſtrictum & intra limites Parochiæ, invito Parocho: Licet vero eiſdem extra propria Clauſtra ſeu Diſtrictum, per loca conſueta, facere Proceſſionem Beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo occaſione ſuæ Feſtivitatis, petita tamen licentia a Parocho, licet non obtenta, ut reſpondit *Congregatio concilii in d. Cauſa Aquen. Jurium Parochialium, ad decimumquartum, decimumſextum, & decimumſeptimum Dubium, locis ſuperius citatis.*

1708. 23. Jun. —— Presbyter Græco-Latinus non diſpenſatur ad exercendam Curam in Parochia Ritus Græcorum: nam cum unus ex eis fuiſſet 1792 approbatus in Concurſu Parochialis in qua Ritus Græcus ſervari conſueverat, & poſtulaſſet diſpenſationem tranſeundi de Ritu Latino ad Græcum, *Congregatio Concilii in Meſſanenſi* reſpondit: *Archiepiſcopus, factis requiſitoriis etiam in aliis Diœceſibus, curet novum Concurſum,* ut refert Monacelli *in Formular. Leg. Pract. par. 4. in ſupplemen. ad II. Tom ſub num.* 83. & egomet retuli in mea Collectione de Concurſu Parochialium, *ſub numer. marginal.* 1573 *juxta ſecundam editionem.*

1708. 17 Aug. —— Andreas Gallus die 2. Martii 1707. elegit coram Teſtibus Sepulturam in Eccle- 1793 ſia Patrum Reformatorum S Franciſci. Hoc ægre ferens Parochus S. Grati, quandam allegavit Synodalem Conſtitutionem, cujus vigore requiritur pro forma & validitate electionis Sepulturæ authentica Scriptura, confecta per manum publi-

ci Notarii, ad cujus terminos die ſequenti a Cura Epiſcopali Ipporegienſi declarari obtinuit, quod ob dicti Requiſiti defectum, electio Sepulturæ non ſuſtineretur, quodque proinde poſſet Parochus Jura exercere Parochialia, prout de facto exercuit, ad ſuam Parochialem aſſociando Cadaver, eo tempore, quo apertiſſime conſtabat, non ſemel, ſed pluries, eundem Andream Gallum elegiſſe Sepulturam in Eccleſia dictorum Religioſorum. Patres igitur Reformati, recurſum habuerunt ad Sacram Congregationem Epiſcoporum & Regularium, ea freti ratione, qua liberum ſemper & ubique fuit apud omnes Chriſtianas Nationes ſuam ſibi eligere Sepulturam, nam ſicuti Morienti conceditur liberum arbitrium diſponendi de rebus ſuis, ita congruum videtur, quod liberum eidem concedatur etiam arbitrium diſponendi de ſuis Oſſibus ad hunc effectum eligendi ſibi Sepulturam ubicunque placuerit. Nullibi autem reperitur reſtricta, ac limitata in aliqua parte hujuſmodi libertas. Ex quibus uno ore obſervant Doctores talem, tantumque eſſe favorem electionis Sepulturæ, ut illa probari etiam poſſit per ſolum Confeſſarium, vel alium unicum qualificatum Teſtem: imo admittunt etiam, quod ad eam probandam leviores ſufficiant probationes, ita ut tacitus etiam conſenſus ſuperabundet prout pluribus cumulatis Urſaya, qui in hac Cauſa ſcripſit, dixit *Diſceptat. Eccleſ. tom. 8. par. 1. diſceptat. 4. a num. 1. ad* 8. ubi quod in præciſis terminis, quod de Jure nulla requiratur Scriptura pro valida Sepulturæ electione ſæpe reſolutum fuit a Sacris Congregationibus.

1708. 17. Aug. —— Cum igitur ex ſuperius dictis valeat ſine ſcripturis electio Sepulturæ, in harum 1794
punctualium Reſolutionum conflictu, nulla habenda eſt ratio Ipporegienſis ſupra memoratæ Synodalis Conſtitutionis, diſponentis, electionem Se-

Sepulturæ recipiendam esse à Notario coram Testibus; nam per eam restringuntur amplissima Privilegia Mendicantibus concessa: Per eam fit contra Sacros Canones indefinite permittentes cuilibet Adulto facultatem sibi eligendi Sepulturam, quorum dispositioni non possunt Episcopi contrarium Statutum in Synodo opponere: Per eam denique retractantur Fideles ab electione Sepulturæ in Ecclesiis Regularium quod Monopolium, & Avaritiam sepere visum fuit Peyrino *de Privileg Regular. tom 3. cap. 4. de addend. ad Constitut. Leon.* X. *sub num. 7. & 8.* & fit contra Matthæum 17.18. *ut in ore duorum, vel trium Testium stet omne verbum*. Nec dicatur, Synodalem dispositionem, circa obligationem Scripturæ per manum Notarii, esse necessariam, ad evitandas fraudes, quæ alias de facili possunt oriri, nam istæ in concernentibus favorem piæ Causæ nunquam præsumuntur, esset enim propriæ Animæ parare extremum supplicium, absque ullo proprio commodo, quod incredibile visum fuit Hostiensi *in cap. Cum inter, de sent. & re judic.* His igitur positis, nedum videtur demandanda Cadaveris restitutio, sed ulterius emolumentorum illius occasione indebite perceptorum. Dicta tamen die 17. Augusti 1708. proposita Causa in Sacra Congregatione Episcoporum & Regularium responsum fuit in Ipporegien Electionis Sepulturç, *non esse locum restitutioni Cadaveris, sed esse restituenda Emolumenta Funeris Patribus Reformatis*, ut prosequitur Ursaya *loco supra citato, a num. 9. ad* 18 *& sub num.* 29.

1708. 18. Aug. —— An Clericus constitutus in Sacris, & ad Triremes transmissus, teneatur recitare Horas Canonicas? Congregatio Concilii respondit: *Dilata, & consulendum Sanctissimum pro commutatione*, ut habet Monacelli *in Formular. Leg Pract. par. 4. in supplemen. ad* III *Tom. sub num.* 1795

num. 142. ubi etiam plures refert Auctores sententiam affirmativam tenentes, ex eo quia nemo ex sua improbitate commodum reportare debet, nec illi libertatem conferre, prout dicitur de excommunicato vitando, ac etiam de solemniter degradato, qui tenentur hoc onus implere.

1808. 1, Sept. —— Non licet Parocho Cathedralis Camerini occasione associationis Cadaverum ad Ecclesias Regularium, deposito Feretro ante limina Ecclesiæ, consuetas preces recitare, prout referente Cardinali Caprara, non licere respondit *Congregatio Rituum in una PP. Conventualium*, apud Ursayam *Disceptat. Ecclesiastica r. tom. 1. par. 2. disceptat.* 14. *sub num.* 34. *pag. vel* 106. *juxta editionem Romanam*, *vel* 212. *juxta Venetam*; Et hanc eandem Resolutionem iterum refert *tom.* 3. *par.* 1. *disceptat.* 31. *sub num.* 6 *pag.* 193. *vel* 121. quam egomet retuli in mea collectione de Canonicis utriusque Ecclesiæ, Cathedralis scilicet & Collegiatæ, *sub num. margin.* 1772. *in secunda editione*. 1796

1708. 25. Sept. —— Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum Dominorum S. R. E. Cardinalium in tota Republica Christiana Generalium Inquisitorum, habita in Conventu S. Mariæ super Minervam, audita relatione & censura facta a Qualificatoribus Theologis ad id specialiter deputatis Operis in septem Tomis distributi sub titulo: *Institutiones Theologica ad usum Seminariorum: Auctore Gasparo Juvenin Oratorii Gallicani Presbytero, & in Seminario Eminentissimi Cardinalis de Noailles Archiepiscopi Parisiensis Sacra Theologiæ Professore. Parisiis, ac Venetiis* 1704. & 1705. præfatum opus de mandato Clementis Undecimi, cui relata fuerunt cum prædicta Theologorum censura, eorumdem Eminentissimorum votis, præsenti Decreto prohibet, & damnat, vetatque, ne quis, cujuscunque sit status & conditionis, ullo modo & sub quocunque prætextu iterum imprimere, neque impri- 1797

mi

mi facere, neque jam impressum, tam ex supradictis, quam ex quacunque alia editione apud se retinere, aut legere audeat: sed ipsum Ordinariis Locorum, aut hæreticæ pravitatis Inquisitoribus statim & cum effectu tradere & consignare teneatur, sub pœnis in Indice Librorum prohibitorum contentis Ita habetur *in Bullar. Roman. tom. 8. seu Continuat. ejusdem part. 2. pagin.* 397.

1708. 10. Dec. —— Stante consuetudine immemorabili; possunt Regulares erigere in Processionibus Funerum pro associatione Cadaverum propriam Crucem, tametsi interveniat illa Parochorum vel Capituli, ut probant Lavor. *variar. Lucubrat.tit.2 cap.11.sub num.*67. Donat.*in Prax Ret.Regular. tom.4.tract.10 quæst.*14.*sub* 2. Lezzana *in Summ. verb. Sepultura, sub num.* 18. Neque bonum jus deturbari posse videtur ex nonnullis Decretis Sacræ Congregationis Rituum editis *in Fossanen. anno* 1645. 21. *Julii*, *& in Aretina anno* 1664. de quibus Monacelli *in Formular.tom.*1.*tit.*5 *form.* 7 *in adnotat. sub num.* 28. & 39. Pignatell. *tom.* 4. *consult.* 73. *sub* 87. ac etiam *in Æsina* 1665 31. *Julii*, & demum *in Sulmonen.* 1687. 21. *Novembris*, in quibus decernitur, in associandis Cadaveribus omnes sub unica Cruce incedere debere: ita ut Regulares non possint deferre propriam Crucem, quando Cadaver defertur ad aliam Ecclesiam, aut intervenit Capitulum Cathedralis vel Collegiatæ: Cum enim recensita Decreta irritent tantummodo simplicem consuetudinem contrariam, nulla habita expressa mentione de immemorabili, ista proinde censetur præservata, dum nunquam præsumi potest illi derogatum, nisi derogatio sit specialissima & individualis, ut pluribus citatis dixit *Rota in Trojana Delationis Crucis super bono Jure*, coram Aldrovando, *apud* Monacelli *in Formular. Leg. Pract.par.4.in fine, decis.*16 *sub n.*1.*cum duob.seqq.* 1798

& re-

& refert etiam Posthius, *de Manutenen. in fine Operis*, *decis.* 97. *pag mihi* 128.

1708. 10. Dec. —— Resolutio Sacræ Congregationis Concilii edita 1628. & confirmata ab Urbano Octavo, de qua Pignatell. *tom.* 8. *consult.* 73. *sub num* 97. ubi expresse derogatur consuetudini immemorabili, obstare potest Regularibus, quatenus isti Processionem peragere præsumant extra eorum Ecclesiam, sine Cruce seu interventu Parochi; secus autem, quando agitur de interveniendo Funeribus cum eorum Cruce, una insimul cum illa Parochi, de quo casu, utpote diverso, idem Decretum non loquitur, unde ad eum fieri nequit extensio, vulgata *Leg. Papinianus*, *ff de minor.* & etiam patet ex *decis.* 327. *sub num.* 17. *par.* 19. *recent* ex quibus prosequitur *Rota in d Trojana Delationis Crucis super bono Jure* coram eodem *apud* eosdem *sub num.* 17. & 18. 1799

1708. 10. Dec —— A Mandato de Manutenendo in possessione deferendi & elevandi Crucem in associatione Funerum, quando etiam interveniat illa Capituli Collegiatæ, obtento a Regularibus prius in Tribunali Auditoris Cameræ, deinde confirmato prævia cognitione boni Juris coram Lancetta, delegata per Signaturam Justitiæ cognitione Appellationis a Capitulo interpositæ cum clausula: *Alteri, qui ad legitimam*: quem admodum in illo canonizatum fuit bonum Jus eorundem Regularium, ita in sequelam illius dictum quoque fuit: *Procedendum esse ad legitimam executionem*. Validitas enim Mandati de Manutenendo non erat in controversia: justitia autem impugnari non poterat: constito namque de dicta possessione, & quidem immemorabili Favore Regularium, in consequens descendit debitam illis esse manutentionem, ut in eadem possessione conserventur ad terminos vulgati §. *Retinendæ*, *instit. de interdict.* Dunozett. sen. *decis.* 18. *sub num.* 3. Præsertim, quia ex parte Capi- 1800

tuli

tuli nullus vel minimus actus in medium profertur, ex quo spatio tanti temporis talis possessio dici possit deturbata, ut inde facilius adeo pacifica & incontroversa possessio veniat manutenenda, ut dixit *Rota in Trojana Delationis Crucis super Manutentione* coram Aldrovando; *apud* Monacelli *in Formular. par. 4. in fine*, *decis. 17. per tot.*

1709. 23. Mar. —— In Terra Colliani de Dioecesi Compsana adest Ecclesia Matrix, quae non Collegiata, sed simplex Parochialis, & insimul regitur per Archipresbyterum, Primicerium, & Presbyteros participantes, qui omnes aequaliter faciunt officium, atque onus sustinent Parochi. contendentibus inter se de Praeeminentiis Archipresbytero & Primicerio, inter alia proposita fuerunt sequentia Dubia in Sacra Rituum Congregatione, scilicet: *An SS. Eucharistiae Sacramentum in Processione, quae fit in Festo SS. Corporis Christi deferri debeat ab eo, qui Missam celebrat? An idem servandum sit in Processione, quae fit in Die Dominica infra Octavam SS. Corporis Christi, seu potius deferri debeat SS. Eucharistiae Sacramentum ab Archipresbytero?* Et Sacra eadem Congregatio ad quartum Dubium respondit, *Affirmative*: ad quintum vero Dubium respondit, *Affirmative quoad primam partem: Negative quoad secundam*: ut habet Ursava *Disceptat. Ecclesiasticar. tom. 2. par. 1. disceptat.* 20. *sub num.* 59. & 60. 1801

1709. 7. Jun. —— Cum Capitulum Ecclesiae Cathedralis, seu, ipsa Cathedralis dicatur universalis Parochia totius Civitatis & Dioecesis, semper habere videtur fundatam intentionem in Juris dispositione pro exercitio Parochialitatis in ea Domo, quae nulli alteri Parochiae reperitur addicta, ut per text. *in cap. Apostolica*, ubi DD. *de donat. & cap. fin. de Sepult. ac cap ex transmissa, de praescript.* ibique Gloss. *in verb. funerandi*, tradunt Gonzal. *ad Regul.* 8. *Cancellar. gloss.* 6 *sub numer.* 1802

mer. 83 Frances *de Eccles. Cathedr cap.* 21. *sub numer.* 18. *& seqq.* Panimol. *decis* 5. *sub num.* 15. & ratione hujus assistentiæ Juris est manutenenda, nisi Parochus inferior doceat de pertinentia ejusdem Domus, *cap. cum persona 7. de Privileg. in 6.* & fuit dictum *in Tarraconen Juris punctandi coram* Giennen. & *in Toletana Jurium Parochialium* coram Muto: Et eo fortius danda est manutentio dicto Capitulo, si per dictum Parochum inferiorem non docetur de actibus possessoriis: Actus autem possessorii exerciti per Capitulum, cæteris paribus, & fortius attenta majoritate rationis, præferendi sunt in Judicio Manutentionis aliis gestis per Parochum inferiorem, ut dixit *Rota in S. Severini Manutentionis* coram Crispo, *apud* Pothium *de Manutenen. in fine Operis dec.* 92. *a num.* 8. *ad* 12.

1709. 7. Jun. —— Jus a Capitulo, & a Canonicis 1803
Ecclesiæ Cathedralis Sancti Severi prætensum, administrandi Sacramenta, personales Decimas exigendi, omniaque alia Parochialia Jura exercendi in parva Domo, usque de Anno 1703. ædificata per Dominicum Tandalum in parte cujusdam Atrii antiquæ Domus Ascanii de Elia, acriter impugnatum fuit a Clero & Presbyteris S. Nicolai de alia Parochia, qui obventa morte dicti Dominici se contulerunt ad Domum Defuncti, & clandestine asportato Cadavere in eorum Ecclesia Parochiali tumularunt. Delata prius contentione ad Vicarium S. Severi, deinde ad Auditorem Cameræ, & postmodum ad Judicem Commissarium, tandem appellationis Causa pervenit ad Sacrum Rotæ Tribunal, ubi proposito Dubio: *An, & cui sit danda Manutentio?* responsum fuit, *Capitulo dandam esse*. Consistit namque ex pluribus documentis, ac Testium depositionibus, Capitulum Ecclesiæ Cathedralis statim ac de anno 1703. ædificata fuit Domus ista, incepisse Paschali tempore Sacramenta ministra-

re,

re, in suis Animarum Libris habitantes describere, Infantes baptizare, Decimas personales exigere, & Defunctorum cadavera tumulare: eosdemque possessorios actus usque ad moderna tempora continuasse, & signanter administrasse Sacramenta Dominico in ea, qua decessit, infirmitate, quæ præsenti controversiæ causam dedit. Ex his autem cum resultet legitima & pacifica ejusdem Capituli possessio nullatenus dubitari potest, quin illi concedenda esset Manutentio, vulgata *leg. retinen. instit. de interdict* quam in his terminis exornat Renia *decis. 442. sub num. 5.* & ex eis dixit *Rota in Sancti Severini Manutentionis coram Crispo*, apud Posthium *de Manutenen. in fine Operis*, *decis. 92 ab initio ad num. 1.*

1709. 7. Jun —— Dicti Capituli Ecclesiæ Cathedralis S Severi possessionem non turbat Judicium, quod de Anno 1704. fuit introductum ad provocationem Cleri dicti S. Nicolai super pertinentia Jurisdictionis in dicta Domo controversa: quoniam cum Capitulum, eodem Judicio non obstante, in exercitio Functionum Parochialium usque nunc perseveraverit, non inde remanet, cur diuturna illius possessio manuteneri non debeat, donec saltem in petitorio Judicio definitum fuerit, cuinam ex Parochialibus debet dictæ Domus pertinere, ut monent Pignatell. *consultat. 205. sub num 21.* Bichius *decis. 522 sub num. 5.* Emerix Jun. *decis. 543. per tot.* Nec relevat contraria attestatio Joannæ Antonacciæ Uxoris defuncti Tandali, quatenus deponit, se Decimas personales, ac Funeris emolumenta soluisse Archipresbytero Ecclesiæ Parochialis S. Nicolai: tum quia consistit in extrajudicialibus fidibus, quæ nullam in Judicio fidem promerentur, vulgata *Leg. Sola*, *Cod. de Testib* tum etiam quia contrarium præcedenter in formali examine judicialiter facto, favore Capituli deposuit, testando sese cum tota ejus Familia semper Ecclesiam Cathe- 1804

dralem uti veram ac propriam Parochiam recognovisse, ibidem Paschalia Sacramenta suscipiendo, itidemque personales Decimas exsolvendo: inde fit, quod Testis ob suspicionem subornationis in hac posteriori attestatione nullatenus veniat attendenda, ut ex pluribus præcedentibus Decisionibus hoc loco citatis prosequitur *Rota in d. Sancti Severi Manutentionis cor. d. Crispo*, apud d. Posthium *de Manutenen. d. decis. 92. a num 2. ad 4.*

1709. 7. Iun. —— Prout non obstat alia fides, quod in Libris status Animarum supradictæ Ecclesiæ Parochialis S Nicolai, quotannis describi consueverint incolæ dictæ Domus Tandali, quia statim ac dicti originales Libri exhibiti fuerunt in Curia Episcopali, ex hujusmodi exhibitione visibiliter apparuit dictam descriptionem esse falsam, & partitam illorum de Tandalis fuisse de recenti superadditam, quod agnoscens ipsemet Parochus S. Nicolai, ultro declaravit dictam Domum esse de Jurisdictione Capituli Cathedralis, per verba proprio caractere exarata, ibi: Hæc est Domus Jurisdictionis Ecclesiæ Cathedralis, non nostræ Iurisdictionis. Unde tantum abest, quod ex hujusmodi descriptione erui valeat aliquod Ius favore dictæ Ecclesiæ Parochialis S. Nicolai pro exercitio Functionum Parochialium, ut imo potius resultet sui mali Iuris positiva confessio, quæ si non est apta ad firmandam controversæ Domus pertinentiam, saltem negari non potest, quod sufficientissima reputetur ad effectum in possessorio Iudicio a quovis objecto crimine vindicandi omnes actus Iurisdictionis in eadem Domo per Capitulum exercitos, ac propterea, uti innixi pertinentiæ per ipsum Archipresbyterum S. Nicolai recognitæ, debeant prævalere pro indulgenda potius uni, quam alteri Manutentione, Merlin. *decis.* 200. *sub num.* 4. aliique relati a *Rota in d. Sancti Severi Manutentionis coram*. 1805

tam d. Crispo, apud d. Posthium *de Manutenen. d. decis. 92. a num. 5 ad 7*

1709. 7. Iun. —— Eo facilius præferendi sunt actus exerciti per Capitulum dictæ Ecclesiæ Cathedralis S. Severi, quia cum ipsa dicatur universalis Parochia totius Civitatis & Diœcesis, semper habere videtur fundatam intentionem in Iuris dispositione pro exercitio Parochialitatis in ea Domo, quæ nulli alteri Parochiæ reperitur addicta, Gonzalez *ad reg. 8. Cancellar. gloss. 6. sub num. 83.* Frances *de Eccles. Cathedr. cap. 21. sub numer. 18. & seqq.* adeo, ut nisi alter, & inferior Parochus de sua doceant pertinentia, ipsa, & non alius veniat in eisdem actibus Iuris assistentia munitis, præferenda sit & manutenenda. Indubitantius vero, quia nulli contrarii actus asservatur a Clero S. Nicolai, qui Ius Parochialitatis ad sui favorem concludant: & si aliqui afferri possunt, nunquam tamen destruere valerent consuetudinem plene probatam ex aliis multiplicibus justificatis per Capitulum, qui cum sint numero plures, serii, ac proportionabiliter emissi, debent quibuscunque aliis in contrarium adducendis in hoc Manutentionis Iudicio prævalere, ut pluribus hinc inde citatis prosequitur & concludit *Rota in d. Sancti Severi manutentionis coram d. Crispo*, apud d. Posthium *de Manutenen. d. decis. 92. a nu. 8. ad fin.* 1806

1709. 26 Iun. —— Prælatus inferior tenetur probare habuisse Territorium separatum, vel ex speciali Privilegio Papæ, ad quem solum spectat Territoria distinguere & separare, *cap. cum contingat, de for. compet.* ubi Hostien. *sub num. 1.* Butr. *sub num. 31.* Abb. *sub num. 19.* Bellarm. *sub num. 15.* vel acquisivisse ex præscriptione immemorabili, aut quadragenaria cum titulo, ut bene probant Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 1 disput. 15. quæsito 9. sub num. 7.* de Luca *de Judic. disc. 1 sub num. 12.* Gratian. *disceptat. foren. cap. 252. num. 16. & 17.* 1807

a subjectione autem certarum Personarum degentium in Ecclesia Parochiali, non potest inferri ad Ordinariam Iurisdictionem in Curam & Populum, cum una ab altera totaliter discriminetur, ut probant Abb. *in cap. cum plantare, sub num.* 6. *& seqq* Rebuff *in Prax. par* 1 *tit de un Benefic gloss.* 11 *sub num* 11. & ex eis dixit *Rota in Burgen. Jurisdictionis* coram Lancetta, *apud* Ioseph de Prosperis *post Tract. ae Territor. separ. decis.* 25. *sub num.* 1. *&* 7. *pag. mihi* 348.

1709. 26 Iun. —— Abbas Regularis ingerens se in Functionibus Parochialibus in Plebe Episcopi, ipso facto incurrit Excommunicationem, ad *text in Clem.* 1. & plene Barbosa *de potest Parochi, cap.* 20. *sub num* 7. De Luca *in addit. ad disc.* 15. *de Jurisdict. in supplem sub num* 23 *& seq.* Iurisdictio autem restricta intra limites Monasterii, non potest ultra eos extendi ad translationem Parochialitatis & Curæ in Populum, ut firmat *decisio* 13. *sub num* 7. *& decisio* 29. *sub num.* 9. post Antone l *de Jurib & Onerib. Cleric.* Cura vero Ecclesiæ Parochialis subjectæ Abbati Regulari, dicitur pura Vicaria manualis, & Presbyteri sunt deputandi limitate & ad tempus, non absolute Peutin *decis.* 15 *sub num.* 23. Carill *decis.* 96 *sub num.* 7. *& seqq* & ideo Cura non in titulum, sed amovibiliter & ad nutum Vicariis committitur: & hujusmodi Vicarii possunt iterum subiici novo examini ab Episcopo, quidquid dicendum foret, si absolute approbandi essent, ut distinguunt Diana *Oper. moral. tom.* 7. *tract* 1 *resol.* 67. *sub numer.* 3. Rodriq. *Quæst Regular. tom.* 1. *quæst.* 19. *art* 8. nam metu novi examinis diligentiores & promptiores fiunt ad servitium, ut ponderat De Luca *de Jurepatr disc.* 5. *sub num.* 3. *&* 11. & ex eis prosequitur *Rota in d. Burgen. Jurisdictionis* coram eodem, *apud* eundem, *ibidem*, *a num* 17. *ad* 22. 1808

1709. 10. Iul. —— Baptismus collatus puero Hæbreo, 1809

breo, in quo nulla adest spes superviventiæ secrete sub prætextu eum medendi per Mulierem, est licitus, & validus, non obstante deficientia Patrinorum, & aliarum solemnitatum, & etiam invitis Parentibus, cum sola voluntas, & fides Sanctæ Matris Ecclesiæ, absque ullo Parentum, & offerentium assensu, & voluntate, ad Baptismum Puerorum sufficiat: & ideo taliter baptizatus, Ecclesiastica Sepultura est donandus prout erudite dicit, & contrarium tenentes refellit *Votum Illustrissimi & Reverendissimi D. D. Francisci Frosini S. R. I. Comitis, Archiepiscopi Pisarum in Pisana Sepultura* apud Palmam Nepotem *Decis. Rotæ Lucanæ lib. 5. decision.* 450. *per tot.*

1709. 2. Aug. —— Patres Reformati S. Francisci Atinę non tenentur solvere Quartam Parochiali & Collegiatæ Ecclesiæ ejusdem Loci, pro illis Defunctis, qui in eorum Ecclesia Sepulturam elegerunt: In associatione vero Cadaveris ad propriam Ecclesiam, non possunt iidem Patres incedere sub propria Cruce, sed tenentur incedere sub illa dictæ Ecclesiæ Collegiatæ & Parochialis, quando Canonici accedunt Capitulariter, prout respondit *Congregatio Episcoporum & Regularium in Nullius Atinæ Juris sepeliendi, ad primum & secundum Dubium*, apud Ursayam *Disceptat. Ecclesiasticar. tom. 3. par. 1. disceptat. 31. sub num 50 51. & 52. pag. 196 vel 124. juxta editionem Romanam, vel Venetam.* ¶ Quoad immemorabilem, vide supra 1708. 10. Dec. 1810

1709 13 Sept. —— Matrimonium servatis de Jure servandis contractum, & consumatum cum Muliere annorum decem, & quinque mensium declaratur nullum, prout declaravit *Eminentissimus Urbis Vicarius in Romana Matrimonii*, apud Ursayam *Disceptat. Ecclesiasticar. tom. 1. par. 2. disceptat. 29. sub num. 21 in fine*, ubi etiam *sub num 5. 6. & 7.* scribens ipse pro nullitate hujusmodi Ma- 1811

trimonii, dixerat, quod ex parte Mulieris ætas necessaria ad Matrimonii validitatem, & apta ad Prolis generationem, est illa annorum duodecim completorum; ante quam non est permissum valide devenire ad Matrimonii contractum, ut videre est apud plures ibidem citatos. Et hoc adeo verum est, ut Matrimonium contractum cum publicitate talis impedimenti ob ætatem minorem, superveniente adhuc legitima ætate, nullatenus convalescat; sed necesse est, ut Conjuges novo consensu coram Parocho & Testibus repetito, illud denuo contrahant: etiamsi cohabitatio & copula intercessissent, ut sæpius resolutum a Sacra Concilii Congregatione testatur Fagnanus *in cap. de illis; il 2 sub num 47. de Despons. Impuber* & est magistralis *Decisio 32. per tot.* apud Zacchiam *Quæst. Medico-Legal.*

1710. 13. Jan. —— In provisione Beneficiorum Parochialium, ob gravitatem materiæ Animarum Curam concernentis, majori cum circumspectione & rigore proceditur, ut bene declarat *Decisio* 348. *sub num. 9. par* 10 ac etiam *Decisio* 477 *sub num 9. par. 18. recentior.* & ex eis dixit atque firmavit *Rota in Fulginaten. Parochialis coram Aldrovando*, apud Monacelli *in Formular. Leg. Pract. par. 4. in fine; decis 10. sub num* 16 & quoad hanc partem refert etiam Braschius *in Promptuario Synodali; cap.* 112 *sub num.* 1. & egomet retuli in mea Collectione de Concursu Parochialium, & Beneficiorum Collatione, *sub num. margin.* 1585 *pag.* 395. *juxta secundam Paternam editionem de Anno* 1731. 1812

1710. 27. Jan. —— Vacante Ecclesia Parochiali S. Quilici & Julittæ de Loco Cisti Novariensis Diœcesis Episcopus Concursum indixerat; sed Capitulum S. Gaudentii de eadem Civitate prætendens unionem, Causam detulit ad Sacrum Rotæ Auditorium, ubi tamen responsum fuit, *Constare de bono Jure Curiæ Episcopalis*. Istius 1813

nam-

namque intentio fundata non minus in clara dispositione Sacri Concilii Tridentini *sess.* 24. *de Reformat. cap.* 18. quam in litterali censura Constitutionis S. Pii V. *in ordine la* 33. præscribentium Concursum in provisione Parochialium ad ipsius Episcopi sive Capituli sive alterius cujuscunque collationem spectantium, elidi utique quoad hanc Ecclesiam non valuit duplici illa exceptione, unionis scilicet & immemorabilis consuetudinis providendi absque Concursu. Quamvis enim unio, præcisive etiam a Privilegio vel Instrumento, quæ in præsenti desiderantur, probari valeat per signa & argumenta, *decis.* 6. *sub num* 8. *par.* 8. & *decis* 48. *sub num.* 5. *par.* 10. *recent* hæc tamen univoca & concludentia esse debent, ita ut in alium sensum retorqueri non possint, cum ipsa unio sit odiosa, & Juri repugnans, ideoque non nisi convincentissimis probationibus justificari possit, juxta Felin. *in recepto consil.* 2. *sub num.* 2. & 33. late Garz. *de Benefic par.* 12. *cap.* 2. *a num.* 224. Fagnan. *in cap. Exposuisti, de Praben. sub num.* 19. Cerrus *decis.* 759. *sub num.* 6. Ansalchus *decis.* 47. *sub num* 13 aliique citati a *Rota in Novarien. Parochialis Loci Cisti coram Priolo,* apud Pittonium *de Controvers. Patronar. tom* 1 *alleg.* 5. *pag.* 27. *sub num.* 23. & 24

1710. 27. Jan —— Supradicti profecto generis non sunt illæ probationes, quæ pro parte dicti Capituli S. Gaudentii proferuntur ad probandam prætensam unionem prædictæ Ecclesiæ Parochialis, cum præcipue desumantur, ex illius collationibus factis ab eodem Capitulo, quæ tantum abest, ut concludant ejus intentum, quin potius illum penitus excludant per innatam unionis qualitatem adversativam collationibus, *decis.* 453. *sub num.* 6. *par.* 18 & *decis.* 434. *sub num.* 7. *par.* 19. *recent* Eoque magis introspecto tenore ipsarum collationum, & præsertim antecedentis sequutæ de anno 1684. favore Joannis Baptistæ Boniperti. in qua 1814

præſuppoſita vacatione iſtius Parochialis per ejus reſignationem, expreſſe legitur publicata fuiſſe Edicta pro faciendo Concurſu, nec non eundem Bonipertum ab Examinatoribus Synodalibus examinatum: ideo quemadmodum ſi ageretur de Beneficio unito, non requireretur Edictorum affixio, minuſque interventus Examinatorum Synodalium, Alexander VIII *decis. 179. sub num 6.* ita pariter ex hujuſmodi collatione facta talibus circumſtantiis unioni adverſantibus inductus fuit ultimus ſtatus, & quaſi poſſeſſio faciendi Concurſum, non elidibilis, niſi per concludentiſſimas probationes in contrarium, ad celebrem Textum *in cap. Consultationibus, de Jurepatr.* & ita habet Urſin. *in Aprutina Præpositura de Nereto*, ac ex eis proſequitur *Rota in d. Novarien. Parochialis Loci Cisti coram d. Priolo*, apud eundem Pittonium *loco, supra citato, sub num. 25.*

1710. 1. Febr. —— Locorum Ordinarii in Italia & Inſulis adjacentibus exiſtentes, enixe admonentur, ut diligenter excitent Animarum Rectores ad Exercitia ſpiritualia ſaltem ſemel in anno per decem dies peragenda in aliqua pia Regulari Domo ab ipſis Ordinariis ad id deſignanda & approbanda. Ut autem alacrius ad ejuſmodi ſpiritualem ſeceſſum ſinguli conveniant, ibique diu noctuque permanſerint, ac interea temporis vere pœnitentes & confeſſi, Sacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſerint, quoties id egerint, Plenariam Indulgentiam lucrantur. Parochi inſuper per idem tempus ſemel tantum in anno exercitiis hujuſmodi vacantes, a reſidentia benigne abſolvuntur, idoneis tamen prius ſubrogatis OEconomis ab ipſomet Ordinario approbandis, qui Animarum curam laudabiliter adminiſtrent, ut hortatur *Sacra Congregatio Episcoporum & Regularium in Epistola Encyclica* juſſu Clementis Undecimi conſcripta, *in Bullar. Rom tom. 7. seu Continuat. ejusd. par. 2 pag* 422. juxta noviſſi- 1815

vissimam editionem Luxemburgensem de Anno 1727.

1710. 22. Febr. —— In Terra Lutiorum de Diœcesi Bisiniani extructa fuit Ecclesia in honorem S. Josephi, cujus Festivitas in præteritum celebrata fuit tam in Parochiali Ecclesia S. Michaelis Archangeli, quam in alia Ecclesia S. Mariæ, quæ est Matrix ejusdem Terræ: sed in Ecclesia nova & longe nobiliori ac unice eidem S. Josepho dicata, celebratur ejus Festivitas cum pompa & apparatu proportionatis interventui publici Magistratus, nec non Loci Domini, qui solemni comitatu ad eandem Ecclesiam eodem die accedunt, ac Missæ cantatæ assistunt. Parochus autem ejusdem Loci ægre ferens, eo, quo potuit, modo tentavit eandem Festivitatem impedire. Unde quæritur primo: *An Festum S. Josephi sit celebrandum in Ecclesia eidem Sancto dicata cum majori pompa & exteriori solemnitate: seu potius in Parochiali S. Michaelis Archangeli?* Secundo quæritur: *An Concionator Quadragesimalis debeat dicta die Festivitatis concionari dicta die in Ecclesia nova: seu potius in Parochiali Ecclesia?* Et Sacra Congregatio Concilii in Causa Bisinianen. ad primum respondit: *Affirmative quoad primam: Negative quoad secundam partem*. Ad secundum vero Dubium eadem Sacra Congregatio respondit: *Negative quoad primam partem: Affirmative quoad secundam*. Ita Ursaya, qui scripsit in hac Causa, *Disceptat. Ecclesiasticar. tom. 2 part. 1 disceptat. 22. a numer. 1. ad 4. & sub numer. 45. & 46.* 1816

1710. 20. Mar. —— Pensio Ecclesiastica licet imponatur super fructibus Beneficii, fit tamen onus reale, Gig. *de Pension. quæst 39 sub num. 1.* Salgad. *in Labyrin. Creditor par. 1. cap. 42. sub num. 17.* Ridolphin. *in Prax. par. 2 cap. 9. sub num. 94.* Gall. *de fructib. disput. 40 sub num. 18.* Cardin. de Luc. *de Pensionib. discur. 23 sub num 2.* Merlin. *decis. 478.* 1817

sub

sub num 1. Ludovis. *decis*. 507. *sub num*. 1. ubi ex hoc infert *sub num*. 2. obligari successorem ad illius solutionem; non solum in futurum, sed etiam in præteritum pro terminis decursis ante suam provisionem: quod etiam plenius asseverant Merlin *de Pignor. lib* 2. *quæst*. 92 *sub num*. 2 & 3. Garz. *de Benefic. par*. 1. *cap* 5. *a num*. 19. aliique relati a *Rota in Liburnen. Decimarum* apud Palmam Nepotem *Decis. Lucanar. lib* 5. *decis*. 485 *sub numer*. 6 & 7

1710. 22. Mar. —— Ortis variis Quæstionibus inter Conventum Patrum Reformatorum S. Francisci nuncupatum *il Luogo del Sasso*, de Monte Falcono Firmanæ Diœcesis ex una, & Parochos dicti Loci ex altera Partibus, super associatione Cadaverum, & aliis ad Funus spectantibus, & præsertim ad electionem Sepulturæ in dicto Conventu; ad illas tandem finiendas deventum fuit ad Concordiam inter Patres dicti Conventus, & duos ex tribus Parochis ejusdem Loci, nempe, Patrem Marinum Marinuccium Parochum S. Angeli, & Paulum Æmilium Alvisinum Parochum S. Petri de Porta. Marinuccius vero Salvettus tertius Parochus, qui noluit concordare, sub prætextu, quod Concordia esset in aliquibus corrigenda, insurrexit, & Causa ad Sacram Congregationem Concilii delata fuit At Patres Reformati petierunt tantum confirmationem Concordiæ quoad illos duos Parochos, qui eam fecerunt, non autem quoad tertium Parochum Salvettum, qui illam non fecit, nec voluit concordare, nam dum reformationem ejusdem Concordiæ requirebat, intendebat illam destruere; quam omni jure Regularibus permissam cum Parochis, petebant dicti Patres Reformati ratificatam, tanquam validam & justam. Unde proposito sequenti Dubio, videlicet: *An sit confirmanda Concordia?* Eadem Sacra Congregatio Concilii respondit: *Expectetur novus Archie-* 1818

chiepiscopi, *& interim serventur Concordia*: Ita habet celebris Advocatus Romanus Dominicus Ursaya, qui scripsit egregie in hac Causa pro Patribus Reformatis; *Disceptat. Eccles. tom.* 8. *par.*2. *discept* 3. ubi a num. 22. ad 46 totam extendit dictam Concordiam, quæ potest in similibus inservire Regularibus, & Parochis.

1710. 24. Mar. —— Quando Ordinario nota non est necessitas delegationis Parochi ad assistendum Matrimonio, & processerit cum supposito quod talis Sacerdos esset Parochus proprius Contrahentium, cesset in radice talis potestas ex claro defectu voluntatis Ordinarii delegantis; ea viva ratione, quia humana voluntas cum sit potentia cœca (ut Philosophi dicunt, & est innegabile) ferri non potest in incognitum, ex generaliter firmatis a *Rota in Novarien. Pensionis* §. *Confessio, coram Falconerio*, apud Ursayam *Disceptat. Eccles. tom.* 3 *par.* 1 *disceptat.* 19. *sub num* 13. *& seqq.* ubi etiam ait, quod ita in præcitatis terminis probat Tondut. *Quæst. Benefic. par.* 3. *cap.* 154 *sub num.* 1. Cardinalis de Luca *de Matrimon. disc.* 1. *sub num* 5. & Pignatellus *tom.* 1. *consult.* 78. *sub num.* 2. & egomet retuli in mea Collectione de Matrimonio; *tom.* 3. *sub num. margin.* 2651. *pag.* 511. 1819

1710. 24. Maii. —— Extra mœnia Civitatis Senogalliæ reperitur Ecclesia Parochialis sub titulo *S. Maria del Sportone*, in qua regulariter Pauperes & Rustici sepeliuntur, unde adversus illos utpote prorsus ignaros & idiotas innumera gravamina occasione Funerum fuerunt introducta a Parochis nimium prætendentibus tam si sepeliantur in propria Ecclesia, quam in aliena. Quare facta Causa in Sacra Congregatione Concilii, in eaque propositis duobus sequentibus Dubiis, quarum primum: *An, & quæ emolumenta debeantur Parocho Portoni occasione Funerum, quæ fiunt tam in ejus Parochia, quam extra?* Secundo vero. 1820

An

An debeatur Velum, seu illius pretium in administratione Olei Sancti? Sacra eadem Congregatio, ad primum Dubium respondit: *Episcopus conficiat Taxam, auditis interesse habentibus, & transmittat ad Sacram Congregationem.* Ad secundum autem Dubium respondit: *Negative, neque etiam a Sponte dan:ibus* Confecta vero dicta Taxa, & prætendente Parocho illam non observare, innixus contrario solito, quod probare volebat, mediante Remissoria, sub die 1. Maii 1711 proposito Dubio: *An sit servanda Taxa, seu potius sit concedenda Remissoria?* Responsum fuit: *Affirmative quoad primam partem: Negative quoad secundam; & amplius Causa non proponatur.* Ita habet Ursaya, qui scripsit in hac Causa pro Parochianis contra Parochum, *Disceptat. Ecclesiasticar. tom 2. par. 2. disceptat.* 18 *sub num.* 1. *& seqq. ubi Facti series, & a num.* 40. *ad finem, ubi Resolutiones.*

1710. 16. Jun. —— Cum Vir Etherodoxus ex Catholica Muliere a se deflorata Prolem suscepisset, 1821
quam in Orthodoxa Fide educari permittebat: & subinde precibus enixe peteret illam sibi Matrimonio copulare, annuente etiam Muliere, sub his tamen conditionibus, scilicet: ut Proles omnis sit semper Catholica: ut Mater cum Prole extra Hæreticorum ditionem manere possit liberrime: & ut conditionum observantia firmetur juramento: Quæsitum fuit, an expediat, ut Ordinarius in Matrimonium hujusmodi consentiat? Sanctissimus igitur decrevit scribendum esse Internuncio in Belgio, quod significet Archiepiscopo Mechliniensi, Dispensationes, de quibus agitur, non solum non expedire illas concedere, sed non posse, nisi abjurata prius Hæresi, prout sic scribendum censuit *Clement XI. in Sacra Congregatione Sancti Officii*; ita referente Eminentissimo Petra *in Commentar ad Constitut.*

ſtitut. Apoſtolic. tom. 4. circa Conſt. 12. Joannis XXII. ſub num. 14. pag. 76. juxta edit. Roman.

1710. 16 Jun — Fere novus apud Noſtrates, licet frequens in Regno Majoricarum diſponendi modus Hieronymi Barcello, non levem excitavit triangularem controverſiam circa ſucceſſionem in illius hæreditate, diverſimode extra Sacrum Rotæ Tribunal decisam. Is enim domicilium habens intra fines Parochialis Eccleſiæ S. Jacobi, Teſtamentum de anno 1656. condidit, in quo poſt deputatos nonnullos Manumiſſores ſive Executores Teſtamentarios, Sepulturam elegit in Eccleſia Conventus S Dominici, ubi tumulati erant ejus Avunculus, & prima Uxor. Hæredes vero inſtituit Hieronymum, & Honophrium ſuos Filios, quorum linea maſculina deficiente, in medietate ſubſtituit lineam fæmininam, & in alia medietate Animam ſuam, & pro ea Dominum Noſtrum Jeſum Chriſtum: utraque vero linea defecta, nullum deſignando certum ſubſtitutum, tandem in hæc verba ſuam diſpoſitionem concluſit: *In omni mea hæreditate, & ſucceſſione Bonorum meorum voco dictam Animam meam, & pro ea Deum Dominum Noſtrum Jeſum Chriſtum*. ſubdendo inſuper: *ut ex ea fiant opera pia, quod erit in caſu, quo ſubſtitutam habeo Animam meam, & pro illa Dominum Noſtrum Jeſum Chriſtum*. Hanc teſtamentariam ſeriem habet *Rota in Majoricen Succeſſionis coram Aldrovando*, apud Pittonium *de Controverſ. Patronar tom. 1 allegat. 15. pag. 96 ſub num 33.* 1822

1710. 16. Jun. — Hinc cum ultimo loco defecerit prædicta linea maſculina Teſtatoris, linea vero fæminina nunquam incæperit, nulluſque amplius in humanis degeret ex præfatis Manumiſſoribus ſive Executoribus Teſtamentariis, inſurrexerunt in Curia Epiſcopali Majoricenſi tres Competitores, ipſe nimirum Epiſcopus, ſeu ejus Promotor Fiſcalis in illis Partibus Proviſor Cauſarum 1823

Pia-

Piarum Diœcesis nuncupatus, Ecclesia Parochialis S. Jacobi, nec non Ecclesia tumulans Conventus S. Dominici, quilibet prætendens dictam novissimam substitutionem collatam in Animam, & pro ea in Dominum Nostrum Jesum Christum sui favore esse purificatam. Prodiit tamen Vicarii Generalis sententia favore Episcopi, a qua provocante utraque Ecclesia, Parochiali scilicet Domicilii & Conventuali Sepulturæ, ad Curiam A.C pronunciatum in ea extitit favore Ecclesiæ Parochialis ad effectum exequendi opera pia, Bonaque in eis erogandi pro Anima Testatoris, arbitrio & voluntate Rectoris ejusdem Parochialis: a quibus Judicatis commissa appellationis Causa Sacro Rotæ Tribunali, & sub scripto Dubio: *An, cui, & ad quem effectum sit danda immissio?* responsum fuit, *dandam esse immissionem Provisori Causarum Piarum, juxta modum*, de quo infra, ut prosequitur *Rota in d Majoricen. Successionis coram d. Aldrovando*, apud eundem Pittonium, *loco supra citato, sub num.* 33

1710. 16. Iun. —— Etsi enim in littera Testamenti supradicti Hieronymi Barcello nullus ex præfatis tribus Collitigantibus, Episcopo scilicet, seu Provisore Causarum Piarum, Ecclesia Parochiali Domicilii, & Conventuali Sepulturæ, appareat expresse vocatus; quia tamen Ius nostrum summopere studuit, ut suprema morientium elogia modis omnibus executioni mandentur, etiam si oporteat a directo & proprio verborum sensu deflecti, ut relatis pluribus Iuris locis probat Maranta *controvers. Jur. respons. 4 sub num.* 1. *& seqq.* cautum idcirco est, ut quoties versatur aliqua dubietas circa personam hæredis vel substituti, recurrendum sit ad regulas & sensum Iuris communis, juxta quem certum dicitur omnes id, quod ex circumstantiis subjectæ materiæ ad certitudinem reduci valet, *l. certi, ff. si certum petat*, & ita *decis.* 5 *sub num.* 9. penes Belducc. *ad consil.* 1824

Re-

Ramon.tom.4. Ad ſenſum itaque Iuris, interpretata voluntate Hieronymi Teſtatoris, fundata viſa eſt intentio Epiſcopi, ſeu illius Proviſoris: Quoties enim, ut hic, inſtituta aut ſubſtituta reperitur Anima ipſius Teſtatoris, talis diſpoſitio, tanquam in Animam directa, æquipollet inſtitutioni Cauſæ Piæ ſive piorum operum, adeo ut integrum patrimonium veniat erogandum in piis operibus, in levamen & ſuffragium Animæ Defuncti ceſſuris, ut citata Doctorum caterva proſequitur *Rota in d. Majoricen Succeſſionis coram d. Aldrovando*, apud eundem Pittonium, *loco ſupra relato*, *ſub num.* 34. & 35.

1710. 16. Iun. —— Quod autem ſupra dictum eſt, indubitanter procedit in caſu præſenti, in quo prædictus Hieronymus Teſtator ſeipſum gloſſando, manifeſte declaravit, quod inſtitutio ejus Animæ, & pro ea Domini Noſtri Ieſu Chriſti, nihil aliud præſeferet, quam erogationem Bonorum in operibus piis, quorum etiam unam ſpeciem indicavit ibi: *Item volo, quod perveniente medietate hæreditatis meæ, ut ex ea fiant opera pia, quod erit in caſu, quo ſubſtitutam habeo Animam meam, & pro illa Deum Dominum Noſtrum Jeſum Chriſtum, quod de hac medietate dentur bis mille libræ Domui Mulierum Pietatis amore Dei Domini Noſtri, & in remiſſionem peccatorum meorum*: unde quatenus etiam Juris ſenſus aliquid diverſum ab operibus piis deſignaret, adhuc attendenda eſſet iſta ſpecialis Teſtatoris declaratio, quæ ceſſare facit proviſionem Legis, per Text. *in §. Diſponat, Auth. de Nupt l. fin. ff. ut legat. non caveatur*, Cancer. *var. reſol. par.* 3. *cap.* 21. *ſub num.* 313. Bich *deciſ.* 650. *ſub num.* 15 Ex his poſito, quod juxta Teſtatoris voluntatem Juris diſpoſitioni conformem, ejus hæreditas ſit eroganda in piis operibus, in ſubſtantia quidem & in genere certis, quo vero ad ſpeciem indeterminatis & incertis, conſequens eſt, & non alteri concedenda veniat 1825

im-

immissio, quam ipsi Episcopo tanquam legitimo piarum voluntatum Executori, non vero Parocho Domicilii, nec Conventui tumulanti: Etenim cum nullus reperiatur hæres scriptus, qui piam hanc dispositionem executioni demandare possit, de Jure pro hujusmodi effectu succedere deberent Executores Testamentarii, qui habentur loco hæredis, & idcirco ad eos spectaret adimplere Testatoris voluntatem, distribuendo hæreditatem in operibus piis, ut quamplurimis ad rem citatis prosequitur *Rota in d. Majoricen Successionis coram d. Aldrovando*, apud eundem Pittonium, *loco supra relato, pag. 97. sub num 36. & 37.*

1710. 16 Jun —— Verum, quia Testamentarii Executores certi, qui in Testamento supradicti Hieronymi Barcello nominati fuerant, modo amplius non superextant, hinc in eorum locum subrogatur Episcopus, qui a Sacris Canonibus præstitutus est ad supplendum officium Executorum Testamentariorum, tam in casu eorum negligentiæ, *cap. Nos quidem 3. cap. Si hæredes 6 & cap. Tua nobis 17. de Testam.* quam etiam in casu eorum non existentię, eo quia non reperietur designata per Testatorem certa persona ad exequenda opera pia juxta illius voluntatem, text. *in l nulli 28. vers. fin autem*, & *in l. si qui ad declinandam 38. vers. hæc tamen omnia, C. de Episc. & Cleric.* & tradunt nonnulli in hac Decisionis parte citati, ubi post objectionum solutionem, resolutum fuit, immissionem esse concedendam Episcopo, sive ejus Provisioni ad effectum quidem faciendi opera pia per Testatorem demandata, cum hoc tamen, quod in distributione Bonorum, rationem habeat de supradicta utraque Ecclesia, tam Sepulchrali monventuali S. Dominici, quam Parochiali Domiciliari S. Jacobi, erga quas videbatur Testator particularem aliquam affectionem habere potuisse. Præfatam vero distributionem non fuit relicta arbitrio ejusdem Episcopi, 1826

sed

ſed reſervata ulteriori & maturiori Sacri Auditorii judicio, tam circa quantitatem unicuique Eccleſiæ diſtribuendam, quam etiam circa declarationem operum piorum, in quæ ſint Bona hæreditaria ſpecialiter applicanda pro ſuffragio Animæ Teſtatoris, ne finis unius litigii ſit exordium alterius, ut concludit *Rota in d. Majoricen. Succeſſionis coram d. Aldrovando*, apud eundem Pittonium, *loco ſupra citato*, *pag.* 97. & 98. *ſub num.* 38. & 43. *in fine*.

1710. 23. Iun. —— Manutentio Eccleſiis Parochialibus venit concedenda, quando Monaſterium nunquam vigore Unionis ad ſui favorem reportatæ, ullos actus poſſeſſorios exercuit, quibus mediantibus acquiſiverit poſſeſſionem Eccleſiæ, & ejus Reddituum ac Bonorum, ſed hujuſmodi poſſeſſio ſemper permanſit apud Eccleſiam & ejus Parochos, & ſic ad Unionis effectuationem nunquam fuerit deventum, mediante captura poſſeſſionis ſine qua non datur Unionis effectuatio Turicell. *de Union. cap.* 14 *ſub num.* 1 & 6. Nullus autem actus poſſeſſorius pro Unione expletus eſſe potuit, vivente ultimo Rectore ſemper fructus percipiente, quia durante vita Rectoris, Uniones effectum ſortiri non ſolent, cum intelligantur factæ ſine ipſius Rectoris præjudicio, Garz. *de Benefic. par.* 12. *cap.* 2. *num.* 214. Caſtropal. *Oper. Moral tr.* 13. *de Benefic. diſput.* 6. *punct.* 2 *num* 23. Pax-Jord. *Lucubr tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 32. *num* 87. *verſ.* & *rationem*. Sequuto vero obitu Rectoris, & reclamantibus Parochianis, ac fructibus ſub ſequeſtro poſitis, poſſeſſio tunc capi non poteſt ob vitium litigioſi, quod illam redderet nullam & attentatam, ideoque non manutenibilem, Lancellot. *de Attentat. par.* 3. *cap.* 31. *num.* 184. & *ſeqq.* Poſth. *de Manutenen. obſervat.* 48 *num.* 1 & *ſeqq.* & ex eis dixit *Rota in Conſtantien. Unionis ſuper Manutentione* coram Criſpo, *apud* Poſthium *de Ma-* 1827

nutenen. in novissim. addit. decis 25. sub num 2.4. & 5. *pag mihi* 36

1710. 23. Iun. —— Pro actu possessorio Ecclesiæ Parochialis Monasterio unitæ adnumerari non meretur Deputatio Vicarii facta per Abbatem, & admissa per Curiam Episcopalem, quia solus actus Deputationis absque effectiva admissione, non potest tribuere aliquam possessionem: nam licet Abbas Vicarium designaverit, quando tamen ille admissus tantum fuit post motam litem, de isto solo actu Deputationis Vicarii nulla ratio haberi valet, dum ad sui perfectionem & complementum exigit Ordinarii approbationem. Oldrad *consil.* 270. *sub num.* 2. Vivian. *de Jurepatron. lib* 5 *cap.* 4. *num.* 6. Minus vis ulla constitui nequit in Rescripto Signaturæ, quæ appellante Monasterio a Sententia super nullitate Unionis, rescripsit de Appellatione, remotis Sequestris, & vigore hujus Rescripti Monasterium perceperit fructus post obitum Parochi sequestratos; quoniam hujusmodi fructuum perceptio cum sequuta fuerit vigore Mandatorum Signaturæ, & sic metu Mandati, nullam tribuit possessionem manutenibilem, præsertim stantibus præservatoris protestationibus amplissime factis quorumcunque Iurium, tam in petitorio quam in possessorio, quæ eo magis possessionem constituunt non manutenibilem, Posth. *de Manutenen. observat.* 35 *a num.* 44. Marescot. *variar. resolut. lib.* 1 *cap.* 55. *num.* 31. & ex eis prosequitur *Rota in d. Constantien. Unionis* coram eodem, *apud* eundem, *ibidem*, *a num.* 6. *ad* 9. 1828

1710. 23. Iun. —— Post reportatum per Sixtum Retglar Beneficium S. Clementis in Ecclesia Parochiali Loci de Marenya, & Tor, cum mandato de manutenendo in quasi possessione interveniendi ad vocationem Parochi ejusdem Loci, (prælative quoad omnes alios Presbyteros exteros) 1829

ros) omnibus Exequiis , Funeralibus , Anniversariis , ac celebrationibus Missarum de Estacha nuncupatis , cum participatione emolumentorum , & pecuniarum oblatorum pro Animabus Purgatorii, idem mandatum , defuncto interim Josepho tunc temporis Parocho , mediantibus Litteris executorialibus Sacri Rotæ Tribunalis , præsentatum fuit in partibus usque a *die 27 Junii* 1705 successori Parocho Petro Puyades. Verum quia prædictus Petrus nunquam parere voluit , & adhuc parere detractat præcitatis mandato & litteris executorialibus , ideo servatis quatuor terminis ad docendum de paritione per affixionem ad valvas , tandem dictum fuit , *relaxandam esse declaratoriam , præfixo novo termino* . Cum enim constet de legitima præsentatione mandati Rotalis relaxati ad favorem supradicti Sixti in partibus facta dicto Petro Puyades moderno Parocho , & servatis solitis quatuor terminis , præfatus Petrus adhuc non doceat de sufficienti paritione , utique ad compescendam hujusmodi contumaciam & inobedientiam mandatis Rotalibus , locus esse debet relaxationi declaroriæ , ut per Text in cap. ad probandum , de sent. & re judic. firmant nonnulli relati a *Rota in Gerunden. Manutentionis super Declaratoria* , *coram Molines Decano* , apud Posthium *de Manutenen. in fine Operis* , *decis.* 45 *sub num* 1. & 2.

1710. 23. Jun. —— Nihil relevat , quod dictus Petrus Puyades modernus Parochus dicti Loci de Marenya , & Tor , se promptum exhibuerit parere mandatis Rotalibus , mediante protestatione emissa in actu præsentationis litterarum executorialium : quia cum talis paritio fuerit verbalis , visa non est sufficiens , nisi ulterius ipse Petrus in termino sibi præfixo doceat de actuali & effectiva vocatione & admissione supradicti Sixti ad Exequias , Funeralia , Anniversaria , ac celebrationes Missarum de Estacha nuncupatas , cum 1830

suis solitis emolumentis, nec non etiam ad æqualem participationem pecuniarum oblatarum pro Animabus Purgatorii, quod usque adhuc effectuatum non fuit, ac propterea non docto de hujusmodi effectuatione, simplex paritio verbalis sufficiens non est ad evadendam declaratoriam, *decis.* 246. *sub num* 10. & 11. *par.* 13. *recent.* Inverisimile autem prorsus videbatur, quatenus opponeretur; quod a *die* 27. *Junii* 1705. præsentationis literarum executorialium supradictarum usque ad præsens, nemo in dicta Ecclesia Parochiali habente sub se Curam Populi duorum Locorum de Marenya, & Tor, fuerit funeratus: quodque intra dictum spatium quinquennii nec obulus quidem fuerit oblatus pro Animabus Purgatorii, ac propterea non evenerit casus de vocando & admittendo dictum Sixtum ad prædictos actus, urgente adversus semper animadversione, quod Anniversaria fiant quotannis, & Missæ de Estacha nuncupatæ, ut adimplementum piorum legatorum, eidem Ecclesiæ relictorum, quotidie celebrantur: unde cum Sixtus ad formam mandatorum Rotalium nunquam fuerit vocatus & admissus neque ad Anniversaria, neque ad celebrationes Missarum de Estacha, satis aperte resultat insubsistentia prædictæ excusationis de nondum advento casu admissionis. Attamen benignius agendo, prout alias in similibus concessit, antequam deveniatur ad relaxationem Declaratoriæ contra dictum Petrum Puyades modernum Parochum, eidem novum terminum præfigit *Rota ind. Gerunden. Manutentionis super Declaratoria, coram d. Molines Decano*, apud d. Posthium *de Manutenen. in fine Operis*, *d. decis.* 45. *a num.* 3. *ad fin.*

1710 5. Jul. —— Cleri disciplinam, ac eam potissimum curam, ut qui ad Ordinem Ecclesiasticum assumuntur, aut ad Ecclesiastica Beneficia promoventur, morum integritate & doctrina 1831

præ-

præfulgeant, Episcopo Constantiensi magnopere commendat *Clemens Undecimus inter Epistolas & Brevia selectiora Romæ magnifice impressa Anno* 1724. *& in duo Volumina distributa*, ac denique iterum reimpressa *in Bullario Romano novissime Luxemburgi edito* 1727. *tom.* 8. & egomet retuli in mea Collectione de Concursu Parochialium, & Beneficiorum Collatione, *sub num. margin.* 1588. *pag.* 396. *juxta secundam editionem Paternam de Anno* 1731.

1710. 19. Iul. —— Consueverunt a tempore immemorabili Parochi, tam Sæculares quam Regulares, Civitatis Spoleti, in associatione Cadaverum defunctorum Parochianorum, qui Sepulturam elegerunt in Ecclesiis sive Secularibus sive Regularibus, ingredi easdem Ecclesias, & præsertim illam Barnabitarum cum Superpelliceo, Stola, & Cruce elevata, ibique Officio Funerali simpliciter assistere. Verum defuncta Magdalena Votalarca, prævia electione Sepulturæ in dicta Ecclesia Barnabitarum, isti cæperunt prætendere, quod illius Parochus ingredi non poterat eorum Ecclesiam cum Superpelliceo, Stola, & Cruce, ibique Exequiis assistere: Quocirca Episcopus mandavit, prædictum Cadaver deponi in Ecclesia S. Philippi Nerii, donec controversia finiretur. Hinc remissa Causa ad Sacram Congregationem Rituum ad instantiam dictorum Religiosorum contra omnes Parochos Civitatis, proposita fuerunt duo sequentia Dubia: quorum primum: *An liceat Parochis in associatione Cadaverum ingredi Ecclesiam Patrum Barnabitarum cum Superpelliceo, Stola, & Cruce, ibique Exequiis assistere?* Secundum vero Dubium: *An sit restituendum Cadaver Magdalenæ, ad effectum sepeliendi in dicta Ecclesia?* Et Sacra eadem Rituum Congregatio, ad primum Dubium respondit: *Negative, salvo Jure probandi immemorabilem consuetudinem*. Ad alterum autem Dubium respon- 1833

dit: *Affirmative*. Ita habet Ursaya, *Disceptat. Ecclesiasticar. tom. 4. par. 1. disceptat. 11. sub num. 1. & 2. ubi Facti series, & sub num. 33. 34. & 35. ubi Resolutiones*.

1715 15. Dec. —— Ad præcisum effectum cogendi vel non cogendi Sponsos ad Sponsalium effectuationem, maximam constituunt Doctores differentiam, quando abscedere volens a Sponsalibus non est Mascula sive Vir, sed Fæmina, idque, si non ad emolliendam rigiditatem textus *in cap ex litteris*, saltem ad requirendam minus validam & fortem justitiæ causam in recusando, ut dixit *Rota in Albanen. Sponsalium coram Ansaldo*, ubi illam adducit bonam atque nimis naturalem rationem, quod Mulieres quanto magis sunt ab initio mobiles, & pronæ ad assentiendum, tanto ex post fiunt pertinaciores: quod experientia comprobatur, ut habet Ursaya *Disceptat. Eccles. tom. 1. par. 1. disceptat. 18. sub num. 45* ubi etiam *sub n. 46.* ait quod dictæ rationi addi potest & alia, desumpta ex sexus fragilitate, quam adducit Corradus *in Prax. Dispensat. lib. 7. cap 7. sub num. 37.* nec non ex illa simplicitate, qua tractare solent res, & facile omnia credere, de qua Tiraquellus *ad Leg Connub. leg 9. gloss. 1. par. 9. sub num. 138.* ubi refert & sequitur illud Propertii. *At nimium faciles aurem prabere Puellæ*. 1833

1711. 26 Mar. —— Sufficit, ut aliqua Confraternitas Doctrinæ Christianæ in una Civitate Archiconfraternitati aggregata sit, ad hoc, ut cunctæ aliæ ab Ordinario Loci in tota Diœcesi erectæ seu erigendæ, aggregatæ censeantur, & omnium spiritualium Gratiarum & Indulgentiarum, quibus dicta Archiconfraternitas fruitur, participes sint, ut declaravit *Congregatio Indulgentiarum in una Archiconfraternitatis Doctrinæ Christianæ posita in Ecclesia S. Martini de Urbe*, apud Monacelli *in Formular. Leg. Pract. par 4 in supplemen. ad II. Tom. sub num. 106. pag. mibi 58.* 1834

1711.

1711. 2. Maii. —— Occasione associationis Cadaverum in Ecclesia PP. Carmelitarum Excalceatorum Civitatis Laudæ, Superiores ejusdem Conventus, nunquam permiserunt Parochis ingressum in dictam Ecclesiam cum Stola & Cruce, minusque ut a dictis Parochis daretur ultimum Vale in eadem Ecclesia, sed semper extra illam. Quia vero aliqui ex iisdem Parochis prætendere cæperunt ingressum in dictam Carmelitarum Ecclesiam cum Stola & Cruce elevata in eadem Cadaverum associatione, additis etiam aliis prætensionibus, se opposuerunt superiores Conventus, & facta Causa, inter alia fuerunt proposita sequentia Dubia, videlicet: Primum: *An liceat Parochis in associatione Cadaverum ingredi Ecclesiam PP. Carmelitarum Discalceatorum cum Stola & Cruce elevata & intra Ecclesiam dare ultimum Vale: Vel potius ejusdem Parochis liceat dare ultimum Vale extra Ecclesiam, eam ut supra non ingredientibus?* Tertium vero Dubium: *Quibus pœnis sint puniendi dicti Parochi, quatenus impedirent electionem Sepulturæ in dicta Ecclesia?* Quartum denique Dubium fuit: *An pro Funere Defuncti eligentis Sepulturam in dicta Carmelitarum Ecclesia debeatur Parochis Quarta Funeralis: Vel potius obstet Exemptio prætensa a dictis Patribus dictam Quartam non solvendi?* Et Sacra Congregatio Concilii in Lauden. Funerum, ad primum respondit: *Negative quoad primam: Affirmative quoad secundam partem*. Ad tertium vero Dubium respondit: *Prout de jure*. Ad quartum autem respondit: *Negative quoad primam: Affirmative quoad secundam partem*. Ita Ursaya scriptor in hac Causa pro Carmelitis, *Disceptat. Ecclesiasticar. tom. 1. par. 2. disceptat. 14. sub num. 137.* ¶ se defenderunt dicti Carmelitæ, quia de Anno 1680. obtinuerunt ab Innocentio Undecimo Indultum tenoris sequentis, scilicet: *In posterum Corpora Defunctorum, qui in Ecclesiis Regularium* 1835

Ordinis Carmelitarum Discalceatorum Congregationis Italiæ Sepulturam elegerint, Parochi teneantur associare usque ad Portam Ecclesiæ præfatorum Regularium: nec dicti Parochi se ingerere possint in faciendo super iisdem Cadaveribus Officium in dictis Ecclesiis, sed ad ipsos Regulares in propria Ecclesia spectet & pertineat; ut refert dictus Ursaya, *ibidem sub num.* 4 ¶ Hoc tamen non est in usu ubique.

1711. 2. Maii. —— Orta controversia inter Parochos Civitatis Laudensis, & Carmelitas Excalceatos ejusdem Urbis, super electione, & Sepultura Defunctorum in dictorum Regularium Ecclesia, & Causa ad Sacram Congregationem Concilii delata, in ea fuerunt proposita sequentia Dubia, quorum Primum: *An liceat Parochis in associatione Cadaverum ingredi Ecclesiam Patrum Carmelitarum Discalceatorum cum Stola & Cruce elevata, & intra Ecclesiam dare ultimum Vale: Vel potius eisdem Parochis liceat dare ultimum Vale extra Ecclesiam, eam non ingredientibus?* Et Sacra eadem Concilii Congregatio in Lauden. Funerum, ad primum Dubium respondit: *Negative quoad primam, Affirmative quoad secundam partem*: Ita habet Ursaya, qui scripsit in hac Causa pro Carmelitis, *Disceptat. Ecclesiastic. tom* 1. *par.* 2. *discept at* 14. *sub num.* 137. 1836

1711. 2. Maii. —— Dubium tertium in dicta Causa Laudensi propositum: *Quibus pœnis sint puniendi dicti Parochi, quatenus impedirent electionem Sepulturæ in dicta Ecclesia Patrum Carmelitarum Discalceatorum?* Et Sacra Concilii Congregatio in dicta Laudensi Funerum, ad tertium Dubium respondit: *Prout de Jure*. Ita dictus Ursaya, *loco citato*. 1837

1711. 2. Maii. —— Dubium quartum in dicta Causa Laudensi propositum: *An pro Funere Defuncti eligentis Sepulturam in dicta Ecclesia Patrum Carmerlitarum Discalceatorum, debeatur Parochis* 1838

Quar-

Quarta Funeralis: Vel potius obstet Exemptio prætensa a dictis Patribus dictam Quartam non solvendi? Et Sacra Congregatio Concilii in dicta Laudensi Funerum, ad quartum Dubium respondit: *Negative quoad primam, Affirmative quoad secundam partem*. Ita dictus Ursaya, *loco citato*. ¶ Quoad hanc Quartam Funeralem, vide tamen infra, 1725. 28. Aprilis., sub tribus numeris marginalibus ejusdem Anni, Diei, & Mensis.

1711. 2. Maii. —— Dubium quintum in dicta Causa Laudensi propositum: *An sit restituendum Cadaver* Ioannis Pozzuoli, *seu saltem emolumenta Funeris percepta a Parocho S. Geminiani ad favorem dictorum Patrum Carmelitarum Discalceatorum?* Et Sacra eadem Concilii Congregatio in dicta Laudensi Funerum, ad quintum Dubium respondit: *Negative*. Ita dictus Ursaya, *loco supra citato*. ¶ Vide infra, 1725. 28. Aprilis. 1839

1711. 3. Iun. —— Nulliter alienatis Bonis Ecclesiæ per Rectorem danda est successori manutentio, ex Iuribus, de quibus apud Turricell. *de reb. Eccles. non alien. cap. 27. sub num. 24.* Alienatio autem nulla censetur, quando non constat de evidenti Ecclesiæ utilitate, vel Beneplacitum Apostolicum subreptitie extortum fuit, aut extra terminum conventum. Dicitur vero subreptitie extortum, quando valor certus Bonorum non fuit expressus Superiori, & in narrativa asseritur Bona fuisse concessa in emphyteusim pactionatam, quando e converso illa concessa fuerunt in emphytheusim hæreditariam, & transitoriam ad quoscunque hæredes: unde cum Beneplacitum cantet de alia specie contractus, nempe de emphytheusi pactionata, difformitas non est in modo, sed in substantia, ut in puncto ponderat Seraphin. *decis. 1195. sub num. 2* Ad hoc tamen, ut revalidetur contractus difformis a Beneplacito Apostolico, necessarium est, quod illo cassato & abolito, novus 1840

vus ex integro fiat contractus ad formam ipsius Beneplaciti, Ricc. *decis.* 230. *sub num.* 6. *lib* 4 Carol Anton. de Luc. *de Apostolico Regioque Assensu*, *quæst.* 66. *sub num.* 3. Defectui Beneplaciti concomitatur defectus evidentis utilitatis Ecclesiæ, sub cujus conditione conceptum existit Beneplacitum, ibi: *Postquam compererit in evidentem utilitatem Ecclesiæ fore cessuram*: quæ clausula operatur, quod executori constare debeat de evidenti utilitate per formalem processum, & necessariam inquisitionem, citatis omnibus interesse habentibus, Turricell. *de reb. Eccles. non alien. cap.* 10. *sub num.* 13. Merlin *decis.* 702. *sub num* 50. sed in nostro casu non docetur de hoc formali processu, sed alienatio apparet in damnum Ecclesiæ facta: ergo etiam ex hoc capite censetur nulla, ut dixit *Rota in Neapolitana*, *seu Nucerina Manutentionis coram Scotto*, apud Posthium *de Manutenen. in fine Operis*, *decis.* 66. *per tot.*

1711. 22. Iun. —— Una ex justis causis non effectuationis prætensorum Sponsalium desumitur a magna indignatione Matris, & aliorum Consanguineorum, totiusque Cognationis & Parentelæ Sponsæ, quæ si in facto sit innegabilis, in Iure pro sufficientissima ad hunc effectum reputatur, prout tenuit & firmavit *Rota in Baren. Sponsalium coram* Lancetta, §. *Quibus addi*, *vers. Dissensus*, apud Ursayam *Disceptat. Ecclesiasticar. tom* 1. *par.* 1 *disceptat.* 18. *sub num.* 50. ubi etiam sub numero præcedenti adduxerat Doctorum catervam hoc idem asserentium, & signanter textum Decisionis 19. *sub num.* 45. & 56. *par.* 10 *recentior.* scilicet: *Indignatio Parentum*, & *Consanguineorum*, *præbet justam causam recedendi a Sponsalibus*: & egomet retuli in mea Collectione de Matrimonio, tum constante, tum etiam soluto, *tom.* 3. *sub num. margin* 2668. *pag* 522 1841

1711. 22. Iun. —— Implacabile odium, quo Sponsa 1842

ſa proſequitur Sponſum ex aliqua gravi cauſa, verbi gratia, ob detectas eas artes, quibus illam induxit ad ſe ſubſcribendum in folio Sponſalium: ſeu ex quo illum recognovit uti authorem & unicam cauſam alicujus graviſſimi mali in ſuos illati, quod in facto concludentiſſime probetur ex ejus Epiſtola, propter quod ita abhorreat ab hujuſmodi Nuptiis, ac ſi Sponſum habeat pro inimico capitali, & potius ſit paſſura mortem, quam cum eo Matrimonium contrahere, eſt in Iure legitima cauſa recedendi a Sponſalibus: quando enim tales concurrunt cauſæ, locus eſſe nequit effectuationi Sponſalium, quatenus adeſſent, ut proſequitur *Rota in d. Baren. Sponſalium coram eodem Lancetta*, apud eundem Urſayam, *ibidem*, *ſub num.* 54. ubi ſupra dixerat, idem etiam dictum fuiſſe in Gadicen. Sponſalium coram Pio, ibi: *Adeo exacerbatum virginis odium in Marchinum fuiſſe ſuſcitatum æſtimandum eſt, ut æquiſſimo jure, ne ex Connubiali Societate mali exitus ſequantur, ſit locus libertati, quam biſce vel ſimilibus concurrentibus circumſtantiis, etiam in caſu, quo revera Sponſalia interceſſerint, zelo bono Eccleſia Mater benigne concedere* ſolet.

1711. 24. Jun. —— Non eſt locus coactioni unius ex Sponſis ad effectuanda Sponſalia, quando non una, ſed plures juſtæ cauſæ concurrunt pro illorum non effectuatione, in quibus terminis uno ore notant Canoniſtæ, nunquam eſſe locum coactioni, ut pluribus allegatis dixit *Rota in Albanen. Sponſalium ſuper Cenſuris coram Scotto*, apud Urſayam *Diſceptat. Eccleſ. tom.* 1. *par.* 1. *diſceptat.* 18. *ſub num.* 43. ubi etiam addit, quod hoc verum eſt, etiamſi Sponſalia ſint juramento munita, ea ratione quia vinculum juramenti non adeo firmat Sponſalia, quin non liceat ab eis recedere juſta accedente cauſa, *deciſ* 19. *ſub num.* 28. *par.* 10. ac etiam *deciſ.* 185 *ſub num.* 8. *par.* 14. *recentior.* & habetur in hac parte punctualiſſima reſolutio Sacræ 1843
Con-

Congregationis Concilii *in Bononien. seu Parmen. Sponsalium 25. Septembris 1700* quæ quidem resolutio est *in Libr 50. Decretor. fol. 285 & 312.*
1711. 18. Jul. — Ad annullandum Matrimonium non attenditur, quod Mulier coram Parocho suum consensum præstiterit per Procuratorem: exploratissimi enim Juris est, Matrimonium per Procuratorem contrahi posse, tam ex parte Viri, quam ex parte Mulieris, dummodo constituatur Procurator specialis ad contrahendum cum tali Persona, ut resolvit *Sacra Concilii Congregatio in Neapolitana Matrimonii inter Franciscum Ursinum, & Margaritam de Januario, quæ fecerat mandatum Procuræ ad contrahendum cum dicto Ursino*, ut refert Ursava *Disceptat. Eccles. tom. 5. par. 2. disceptat. 17. sub num. 2.* ubi etiam addit, quod hoc ipsum antea plenissime dixit *Rota in alia Neapolitana itidem Matrimonii 18. Junii 1703. coram Ansaldo* & est juxta textum expressum *in cap. fin. de Procur. in 6.* apud Sanchez *de Matrim. lib 2. disput 11. quæst. 1. sub num 2.* & etiam *quæst. 2. sub num. 10.* & egomet retuli in mea Collectione de Matrimonio, *tom. 3. sub num. margin. 2674. pag 527.* 1844
1711. 28. Nov. — Orta controversia inter Moniales S. Claræ Ordinis S. Francisci, & Canonicos Cathedralis super Sepultura ab Alberto Forilano electa in eorum Ecclesia, & prætendentibus Canonicis exhumationem Cadaveris, & Emolumenta Funeralia, Causa delata fuit ad Sacram Congregationem Concilii, ubi proposito Dubio *An sit locus exhumationis Cadaveris & Emolumentorum Funeralium restitutioni?* Et eadem Sacra Congregatio Concilii in Lunen. Sarzanen Electionis Sepulturæ respondit: *In casu, de quo agitur, Negative quoad exhumationem Cadaveris: & Affirmative quoad medietatem Emolumentorum Funeralium: Et in futurum omnino serventur Decreta Sacræ Congregationis Episcoporum, prohibentia* 1845

ita tumulationem Cadaverum in Ecclesiis Monialium; Refert Dominicus Ursaya *Disceptat. Ecclesiast. tom. 7. part. 1. disceptat. 9. sub numer. 1. 2. & 56.*

1711. 2. Dec. —— Parochus favorabilem sibi profecto promerebatur resolutionem in Dubio respiciente illud, quod Manutentionem appellant. Agnito quippe, & mature degustato bono Jure in illius Beneficium militante, Sacrum Auditorium solet tribuere Manutentionem triumphanti in bono Jure: quod si ferme indifferenter in omni materia, certe in hac præcisa, de qua tractabatur, cum Parochus quasi plusquam videretur fulciri expressa assistentia Juris, hic etiam quatenus per hypothesim defecissent actus possessorii, etiam citra eos abstractive, semper debita in consequentiam ejusdem assistentiæ Juris extitisset Manutentio. Fortius vero, quoniam ostensum jam fuit, Parochum ferme super omnibus Juribus, & Præeminentiis controversis, ita de facto obtinuisse, & practicasse, ita ut non erat amplius ambigendum, ut etiam quando dubia fuisset eadem Juris assistentia, & dummodo ea non pugnaret expresse contra, debebat ipsi Parocho in vim ejusdem quasi possessionis attribui Manutentio, ut pluribus sparsim citatis dixit *Rota in Perusina Praeminentiarum super Manutentione, coram Ansaldo*, apud Posthium *de Manutenen. in fine Operis, decis. 72. per tot.* 1846

1711. 12. Dec. —— In Causa Brictinorien. Exemptionis & Eleemosynarum fuerunt septem Dubia proposita in Sacra Congregatione Episcoporum & Regularium: & inter ea fuit sequens, videlicet; *An Parochus S. Christophori in Bassano possit in eadem Ecclesia, & Domo annexa exercere actus, seu functiones Parochiales, & administrare Sacramenta?* Et Sacra eadem Congregatio ad secundum Dubium respondit, *Negative, exceptis mansionibus pro Colonis*: Ita habet Dominicus Ursaya 1847

ſaya Advocatus Romanus *Diſceptat. Eccleſiaſticar. tom. 7. par. 1 diſceptat. 8 ſub num. 168.*

1712. 1. Febr. —— Diſmembratio, & erectio novæ Parochiæ nulla eſt, facta a Vicario Generali abſque ſpeciali facultate, & mandato Epiſcopi, quo deficiente nequit dictus Vicarius diſmembrationes, & novas Parochiarum erectiones explere, ea ratione, quia diſmembratio eſt ſpecies alienationis, quæ uti fieri nequit a Procuratore ſine ſpeciali mandato, ita nec pariter a Vicario, qui dicitur Procurator Epiſcopi, Sbrozz. *de offic Vicar. lib. 2. quæſt. 116. ſub num. 6.* Barboſ. *de poteſt. Epiſc allegat. 54. ſub num. 76.* Pax-Jordan. *lucubrat tom. 2. lib. 2. tit. 1. ſub nu 160.* & eo magis diſmembratio Parochial is non ſubſiſtit, ſi nec Patronus, nec Paſtor matricis Eccleſiæ non fuerunt citati: dum enim agitur de diſmembratione propriæ Eccleſiæ ſuppoſitæ Patronatui laicali Patroni citatio eſt omnino neceſſaria, Covar. *practic. quæſt. cap. 36. ſub num. 11.* Turricell *de Union. cap 9. ſub num. 40. & ſeqq.* Garz. *de Benefic. par. 12. cap. 2. ſub num. 202.* ac pariter indiſpenſabiliter requiritur citatio Rectoris ſeu Parochi vel Paſtoris, nam etſi erectio novæ Parochiæ valeat fieri invito Rectore Matricis, tamen nequit fieri eo irrequiſito, & non citato, Fagnan. *in cap. Ad audientiam, il 1. ſub num. 29. de Eccleſ ædific.* Corrad. *in Prax. Benefic. lib. 3 cap. 2. ſub num. 8.* Nicol. *in Lucubrat. lib. 3. Canon. tit. 48. ſub num. 1. verſ. Non vero ſine citatione* & ex eis, aliiſque relatis dixit *Rota in Leodien. Diſmembrationis* coram Falconerio, *deciſ. tom 4. deciſ. 34. ſub numer. 2. & 7.* 1848

1712. 1. Febr. —— Non eſt novum, quod in diſmembrationibus Parochialium Eccleſiarum requiratur Proceſſus, cum citatione omnium intereſſe habentium, Pignatell. *conſult. 230 ſub num. 18. tom 4.* & ad rem extat *deciſio 224. ſub num. 15 par. 10. recent.* ac ultimo loco reſolvit Sacra Congre- 1849

gre-

gregatio Concilii in Lunen. Sarzanen. 28. Februarii 1711. quae rescripsit: *Dilata, & Episcopus conficiat Processum, auditis interesse habentibus*. Quamvis autem magna difficultas accedendi ad Ecclesiam matricem, Loci distantia, Flumina intermedia, Portae Civitatis clausae, & similia impedimenta, praebeant justam causam erigendi novam Parochiam, Fagnan. *in cap. Ad audientiam, sub num.* 23 *de Eccles. adific.* ita ut quis ex Parochianis ex aliqua ex dictis causis obierit sine Sacramentis: nihilominus praesupposita etiam subsistentia causarum, eae non sufficiunt, quotiescunque potest aliunde provideri, cum dismembratio sit remedium extraordinarium & subsidiarium, ad quod nunquam a Iudicibus deveniri solet, quotiescunque adsit aliud remedium minus odiosum, & exorbitans, ut pluribus relatis praecedentibus decisionibus prosequitur *Rota in d. Leodien. Dismembrationis* coram d Falconerio, *ibidem, sub num.* 9. 10. & 11.

1712 1. Febr. —— Cum Pastor seu Parochus Ecclesiae Parochialis matricis se offerat deputare Presbyterum, seu Capellanum amovibilem ad nutum, qui suo nomine suisque sumptibus, & expensis in aliqua Ecclesia dictae Parochiali matrici subjecta, & Parochianis magis commoda, ipsis Sacramenta ministret singulis diebus festivis, Conciones faciat, ac Missam celebret, ex hujusmodi deputatione remanet omnibus consultum necessitatibus, nempe Parochianorum, & indemnitati Ecclesiae Matricis, ac ejus Pastoris seu Parochi, nec non etiam Patroni ipsius Ecclesiae, & per consequens dum potest alio modo provideri, nullatenus deveniri debet ad odiosum remedium dismembrationis, ut in praecisis terminis resolvit *decisio* 578 *per tot. par.* 19. *tom.* 2. *recent.* Barbos *de potest. Episc. allegat* 78. *sub num.* 7. & praesertim Bertacchin. *vot. decis* 119 *sub num.* 2 ubi 1850

refert

refert resolutionem Sacræ Congregationis Concilii *in Militen. de Anno 1697. sub die 26. Januarii*, inquiens etiam, non sufficere ad effectum dismembrationis notabilem distantiam, nec intermedium flumen, nec multos sine Sacramentis decessisse, nisi probetur quod per appositionem Capellani suppleri non possit, & citata Doctorum caterva ita prosequitur *Rota in d. Leodien. Dismembrationis* coram d. Falconerio, *ibidem sub num.* 12.

1712. 15. Mar. —— Omnibus & singulis Parochis præcipitur, ut quotiescunque Festum SS. Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis incidat in Feriam sextam in Parasceve; illud inter Missarum solemnia, tanquam eo Anno translatum in Feriam secundam post Dominicam in Albis, notum faciant anticipate Fidelibus in Festo S. Iosephi vel in Dominica sequenti, omnes admonendo, quod die quarta Aprilis curret præceptum audiendi Missam, & vacandi ab operibus servilibus, eo prorsus modo, quo celebrari solet die vigesima quinta Martii: ita ut in dicta Feria sexta in Parasceve nulla fiet de eadem Annunciatione commemoratio: quapropter Populus nec tenebitur dicta die vigesima quinta Martii ad vacationem a dictis operibus, nec ad auditionem Missæ: cum hæc omnia eo casu adveniente servanda sint dicta die quarta Aprilis, prout sic notificandum jussit *Clemens XI. in ejus particulari Bullario, par. 2. Constitut 17. qua incipit Italice* Occorrendo nel Venerdì Santo *pag* 323. *juxta editionem Romanam de Anno* 1723 & habetur etiam *in Bullario Romano recentissime editionis Luxemburgensis de Anno* 1727. *tom.* 8 *par* 2. *Decreto* 17. *pag.* 256. ¶ Notandum, quod dicti Parochi debent prænotificare dictum Festum SS. Annunciationis, etiam quando venit in sabbato Sancto, cum præceptum ocurrat eo Anno die quinta Aprilis in 1851

Feria

Feria itidem secunda post Dominicam in Albis, nam ubi militat eadem ratio, eadem quoque regula servanda est.

1712. 11. Apr. — Vacaverat de Mense Novembri anni 1709. Beneficium sub invocatione S. Iacobi in Ecclesia Parochiali Villæ de Tamarito Tarraconensis Diœcesis, ad quod Arnoldus Fundator præsentari mandaverat *a Rectore dictæ Ecclesiæ* (sunt verba Fundationis) *intra spatium quindecim dierum Presbyterum bonum & sufficientem, cum concilio & assensu Prioris Fratrum Prædicatorum, & Guardiani Fratrum Minorum Tarraconæ: qui Presbyter celebret semper ibi pro Anima mea, &c. & intersit omnibus horis Dominicis, & necessariis, quæ in dicta Ecclesia celebrabuntur, & Missæ Semper mortuo Presbytero præfati Altaris, rector Ecclesiæ Parochialis de Tamarito conferat dictum altare infra spatium quindecim dierum, juxta formam superius huc usque comprehensam.* Hinc Franciscus Gasso juxta præfatam Fundationis legem ad illud præsentari obtinuit, & sucessive institutionem ac possessionem ab Ordinario reportavit: E contra vero Ioannes Forgada dictum Beneficium a Sancta Sede impetravit eo sub fundamento, quod, utpote de Iurepatronatus Ecclesiastico, obnoxium esset regulæ reservatoriæ Mensium, & A. C. Litteras Apostolicas exequendas esse censuit. Quamobrem, commissa appellationis clausula: *Parito Litteris arbitrio Rotæ, apposito sequestro*, propositoque consueto dubio, *intrare arbitrium* responsum fuit. Consistit enim Litteras Apostolicas non esse verificatas, præcipue quoad reservationem controversi Beneficii in eis expressam, proindeque arbitrium, quod juxta Iuris censuram regulari debet, non patitur, ut illæ executioni demandentur ex vulgatis Iuribus de quibus Emerix Iun. *decis* 469. *sub num.* 1. ac etiam idem habet *Decisio* 148. *sub num.* 4. *par.* 19. *recent.* & ex eis dixit *Rota in Tarraconen. Benefi-* 1851

cii coram Lancetta, apud Pittonium *de Controvers. Patronor. tom. 1. allegat.* 48. *pagin.* 279. *sub num.* 89.

1712. 11. Apr. —— Exclusio autem expressa reservationis, quamvis non concurrat in hypothesi, tacita tamen perspicue desumitur ex littera Fundationis superius recensita. Fundator namque semel atque iterum anxie demandavit, quod dictum Beneficium *semper* conferendum esset ad præsentationem supradicti Rectoris Ecclesiæ Parochialis de Tamarito, eandem perpetuitatis notam in omnibus dispositionis partibus adhibuit, atque in eo attenta indole dictæ dictionis *semper* cujuscunque temporis & casus complexivç, quemadmodum designata apparet continuata facultas Patroni, absque ulla interruptione ac impedimento, ita per consequens resultat incompatibilitas reservationis, ad firmata per Pacion *de locat. & conduct cap.* 14 §. 6 *sub num* 19. Royas *decis.* 274 *sub num.* 8. Potissimum, quia Fundator præscripsit Patrono terminum quindecim dierum ad præsentandum: Cum etenim hujusmodi limitata temporis prçfixio expressum prçseferat Fundationis recessum a dispositione Iuris Canonici *in cap. unic.* §. *verum, de Jurepatr. in* 6. iuxta quam terminus sex Mensium ad explendam Præsentationem Patrono competiisset, multo magis convincit incompatibilitatem cum regula reservatoria, quæ nullo prorsus ad conferendum termino limitationis, nec profecto respectu controversi Beneficii in remotis Hispaniarum Regionibus existentis, ad angustum quindecim dierum spactium coarctari poterat, ut pluribus relatis prosequitur *Rota in d. Tarraconen. Beneficii coram d. Lancetta*, apud eundem Pittonium, *loco supra citato*, *pag.* 280. *sub num.* 91. 1853

1712. 11. Apr. —— Ponderandum etiam est signanter, quod eatenus Fundator supradicti Beneficii, collationis tempus limitando, a præfatis Iuris 1583

san-

sanctione recessit, quatenus enixe voluit, quod Beneficiatus *semper* pro ejus Animæ suffragio celebraret, atque ideo nullo modo cum ejus voluntate compatibilis est reservatio, cujus vigore per plures & plures Menses differri poterat collatio, & interim pia Fundatoris vota defraudata extitissent, Ansald. *in Parmen. Beneficii* 1701. 16. *Januarii*, § *Magis autem*. Tandem adstipulatur, quod Præsentatio ad sæpe dictum Beneficium, *semper* explenda est a Rectore quidem dictæ Ecclesiæ Parochialis de Tamarito, sed cum consilio & assensu Prioris Fratrum Prædicatorum, & Guardiani Fratrum Minorum Tarraconæ, ad effectum eligendi Presbyterum magis idoneum & sufficientem: Quapropter licet Summus Pontifex, quoties intraret reservatio, præfatum consensum superlative supplere posset, utpote apprime instructus de qualitatibus & idoneitate illorum, quibus Beneficia confert; attamen ex hac etiam circumstantia, quæ præcedentes roborat & confirmat, magis magisque deprehenditur voluntas Fundatoris aliena prorsus a reservatione, atque unice directa ad consilium & assensum a præfatis Regularibus reportandum per Rectorem dictæ Ecclesiæ Parochialis, Dunozzet Jun. *decis.* 769. *sub num* 4. Royas *decis* 274 *sub num.* 1. *& seqq* aliique relati *a Rota in d Tarraconen. Beneficii coram d Lancetta*, apud eundem Pittonium, *loco supra citato, sub num.* 92. *&* 93.

1712. 11. Apr. —— Cæterum in hunc sensum eo facilius inclinatum est, ex quo supradictum Beneficium semper juxta legem Fundationis collatum fuit, prævia scilicet Præsentatione Rectoris dictæ Ecclesiæ Parochialis de Tamarito, & assensu prædictorum Regularium, quamvis aliquando ejus vacatio contigerit in Mensibus reservatis, & e contra in tam diuturno temporis decursu nulla omnino exhibetur Provisio Apostolica, adeo ut in his terminis perspicua resultet ob- 1855

servantia tam interpretativa; quam negativa ad exclusionem reservationis: maxime quia judicialiter etiam canonizata existit, Arguell. *decis* 58. *sub num* 3 *cum seqq.* Falconer. *in Mediolanen Optionis* 1711. 29. *Aprilis* §. *Robur inquam*. Absque eo quod ad illam eligendam attendi mereatur exceptio, quod interrupta fuerit per collationem hujus Beneficii, quod vacaverat in Mense Octobris reservato, factam a Nuncio Hispaniarum: Etenim advertendum est, quod in provisione Nuncii Apostolici nulla omnino reservationis mentio facta fuit; imo ex designatione temporis, quod intercessit inter vacationem secutam anno 1624 & collationem expletam anno 1626. clare resultat ipsum Nuncium contulisse Iure devolutivo ob negligentiam patroni in præsentando, non autem ex capite reservationis vigore regulæ Mensium, ut prosequitur *Rota in d. Tarraconen. Beneficii coram d. Lancetta*, apud eundem Pittonium, *loco supra citato*, *sub num.* 98. & 99.

1712. 24. Maii —— Pro Functionibus, quæ fiunt per Parochum, videlicet; Benedictione quolibet die Iovis, transportatione SS. Sacramenti a Capella sita in Ecclesia S Laurentii & Damasi de Urbe ad Altare S. Nicolai, delatione SS. Viatici, & administratione Sacramenti Eucharistiæ, Archiconfraternitas SS. Sacramenti erecta in dicta Ecclesia de Urbe servet solitum quoad Stolam Curato subministrandam: Capellanus autem ejusdem Archiconfraternitatis non potest benedicere Ova tempore Paschalis in Sacristia prædictæ Archiconfraternitatis, contigua dictæ Capellæ, ut respondit *Congregatio Visitationis Apostolicæ in Romana, ad decimumquartum & decimumquintum Dubium*, apud Ursayam *Disceptat ecclesiasticar. tom.* 1. *par.* 1. *discept* 16. *sub num* 274. & 275. 1856

1712. 1. Jul. —— Vicarius, seu prætensus Parochus in Ecclesia Parochiali S. Petri Sandominiensis, exerceat actus possessorios turbativos, & in odium 1857

odium Mandatorum Rotalium, vigore illorum non potest manutentionem expostulare, nam quod non possint dicti actus esse manutenibiles, tenent Cancer *var. resol par.* 3. *cap.* 4 *sub num* 95. Lancellott. *de Attent par.* 2 *cap* 4 *limit.* 1. *sub numer* 112 Posth. *de manutenen. obser.* 17. *sub num.* 44 & 49. *cum seqq.* Potissime, quia ex alio etiam capite non erant attendendi, nam semper, statim ac Rector Collegii Patrum Societatis Iesu *Sandomiriensis* nuncupati notitiam habuit cujuslibet audacis intrusionis, vel attentati exercitii istorum actuum, incontinenti nullos esse reclamavit, fuitque protestatus in contrarium: quæ protestatio præservat omne jus favore protestantis, quando ob distantiam Locorum nequit de facili ad Superiorem recurri, & consequenter præservat præcedentem possessionem & manutentionem, tribuitque facultatem eosdem actus impugnandi circa minimum sui præjudicium, Surd. *consil.* 385 *sub num.* 20 Gratian. *discept. foren. cap* 26. *sub numer.* 28. Ridolphin *in Prax. lib* 1. *cap* 2 *sub n* 110. Certius autem, quia de hac indentifica quasi possessione Rectoris dicti Collegii, illiusque jure inconcusso pluries & multiplicatas emisere confessiones ipsimet Vicarii antecessores, quia expresse recognoverunt, uti verum Parochum habitualem, & spiritualem in omniqus, Ecclesiæ ipsius S. Petri Rectorem, seseque ulterius obligarunt amplius eundem non perturbare in prædictis Ecclesiasticis Functionibus, quæ pertinebant ad omnimodam suam iurisdictionem: quodque plus est, sese pariter declararunt esse contentos simplici titulo Vicarii, deponentes illum Parochi: quæ sanes confessiones & facta, sicuti afficiebant successores, Angel *de confess. lib.* 3. *quæst.* 2 *sub num* 14. Bichius *decis.* 436. *sub num* 7 ita exuebant Rectorem Collegii ab omni obligatione apertius edocendi de sua, suæque jurisdictionis manutenibilitate, cum Partium confessio superexcedat

omne genus probationis, ut pluribus cumulatis dixit *Rota in Cracovien. seu Sandomirien. Jurispatronatus super Manutentione, coram Ansaldo*, apud Posthium *de Manutenen. in fine Operis, decis* 26. *a num.* 8. *ad* 11.

1712. 1. Jul. —— Constito ex prædictis iteratis Vicariorum confessionibus, quod in præsenti Causa Contradictor foret Vicarius simplex, etsi perpetuus, utique per necessarium antecedens Collegium supradictum Societatis Jesu Sandomiriense, illiusque Rector existit verus Parochus, verus Sponsus dictæ Ecclesiæ Parochialis S Petri, ad summum quippe, nudum tantummodo exercitium Curæ actualis stat penes consimiles Vicarios, sed Titulus, Ius, & Iurisdictio stat penes Collegium, penes Capitulum, penes illam Personam in Dignitate constitutam, sive Archidiaconi, sive Rectoris, cum similibus, qui Curam retinent habitualem. secundum, ea, quæ plene tradiderunt post Gloss. *in cap. Super eo, verb. Annexum, de Praben in* 6. Abb *in c. Extirpandæ*, §. *Qui vero, sub num.* 15. *eod tit.* Seraphin. *decis.* 100. *sub num.* 4 & 5. Merlin *decis.* 115 *sub num.* 6. Quibus in radice superaccedit Unio præcisa, & positiva facta de hac Ecclesia Parochiali S Petri favore dicti Collegii Societatis Jesu per Sigismundum Tertium Poloniæ Regem, & in Littera exprimens quoque potestatem, & facultatem consecutive atributam Patribus Societatis exercendi istosmet actus controversos. Cumque eidem Unioni Regii Patronatus superaccesserit confirmatio, seu Beneplacitum Apostolicum, nequit profecto de validitate, & claritate eiusdem Unionis ulla concipi hæsitatio, Gonzal. *ad reg* 8 *Cancellar. gloss.* 5. §. 3 *sub num.* 53. & 54. Garz. *de Benefic. par.* 9 *cap.* 2. *sub num.* 291 Concedendam itaque Patribus dictum fuit manutentionem in possessione seu quasi retinendi Claves tam Ecclesiæ, quam Ciborii Altaris Majoris, ibique celebrandi 1858

in

in solemnioribus anni Festivitatibus, nempe, Natalis Domini, Paschatis, nec non intra Octavam SS. Corporis Christi, & in die Cœnæ Domini, concionandi, Confessionesque excipiendi pro omnibus Festis, & Dominicis, ac Communionem Populo distribuendi, nec non devotionem bonæ Mortis quolibet Mense consumandi, cęterosque actus ad jurisdictionem proprie Ecclesiæ spectantes perficiendi, ut prosequitur *Rota in d. Cracovien. seu Sandomirien Jurispatronatus super Manutentione coram d. Ansaldo* apud d. Postium, *loco citato, a num. 12. ad fin.*

1712. 12. Jul. —— Moderna Parochia Ecclesiæ S. Jacobi Apostoli Lycianę a primordio erecta fuit in Ecclesia S. Rocchi, sita in loco aperto, omnibusque obvio, & viciniori ad Castrum Pontis: & deinde, ob commoditatem Hominum Lycianæ, non multis ab hinc annis translata fuit intra ipsum Locum Lycianæ, remotiorem & clausum: Ex qua translatione, sicuti longe aucta fuit commoditas Populi Lycianæ, ita etiam summopere crevit incommoditas Populi Castri Pontis: Quamobrem, cum ob distantiam duorum milliariorum a dicto Castro Pontis ad dictam modernam Ecclesiam Lycianę, ob asperitatem itineris, interjectionem novem Torentium, situationem Ecclesię in loco clauso, amplitudinem dictę Parochię Lycianę, diversitatem dominii temporalis, & mutuas finitimorum Populorum discordias, difficillimus, meticulosus, & summe incommodus factus esset accessus & recessus Parocho Lycianę, & Parochianis Pontis, & multa ex hoc inconvenientia essent orta, extructa in dicto Castro Pontis Ecclesia, & oblata etiam sufficienti congrua, introducta fuit Causa in Sacram Congregationem Concilii, in eaque proposito sequenti Dubio: *An sit locus dismembrationi ab Ecclesia Parochiali S. Jacobi Lyciana,* 1859

& erectioni novis Parochialis in Castro Pontis Bosii: seu potius deputationi Coadjutoris Parochi in dicto Castro Pontis? Eadem Sacra Congregatio, Partibus acerrime informantibus in Lunen. Sarzanen respondit: *Affirmative quoad primam, & Negative quoad secundam partem* Ita habet Ursaya, qui in hac Causa egregie scripsit pro Castro Pontis, *Disceptat. Ecclesiasticar. tom* 1. *par.* 1. *disceptat* 14. *sub num.* 1. *&* 2. *ubi serit Facti, & sub num.* 147. *ubi Resolutio*.

1712. 6 Aug. —— Quando Parochi moram de nocte 1860
Domi faciunt, possunt Sponsi Matrimonium valide contrahere, dictos Parochos a porta exteriori vocando, seu tintinnabulum pulsando, juxta casum, quem sic resolvit *Sacra Concilii Congregatio in Romana Matrimonii*, *Libr.* 61. *Decretor. fol.* 236. apud Ursayam *Disceptat. Eccles. tom* 2. *par.* 1. *disceptat.* 10. *sub num.* 140. ubi supradixerat *a num.* 35. *ad* 38. quod possunt iidem Sponsi Matrimonium valide contrahere, quando Parochi parati ad dicendam Missam, accedunt ad Altare, juxta casum in quo scripsit Cardinalis de Luca *de Matrim. disc.* 3. *sub num* 1. & tenet Royas *in sua decis* 431. vel quando Parochi Missam celebrantes conversi ad astantes, dicunt, *Orate, Fratres*, juxta casum decisum a dicta Sacra Congregatione Concilii *in Taurinen. Matrimonii* 1697. *sub die* 27. *Novembris*. Prædicta autem omnia, & alios plures casus insigniores refert idem Ursaya ad probandum, quod ad valorem Matrimonii non requiritur Parochi voluntas, sed sola intelligentia, talis tamen naturæ, ut possit esse testis contracti Matrimonii, ut his verbis observat Cardinalis Pallavicinus *nell' Istor. del Concil. lib.* 22. *cap.* 8. *al num.* 14. ubi revera sic habet: *Non fa bisogno al valore del Matrimonio, che ne il Vescovo, ne veruno de' Parrochi, presti autorità, ò consenso: basta, che in sua presenza,*

zian-

quandio a suo dispetto, l'Uomo, e la Donna coll' intervenso di due altri Testimonii, esprimanò la volonta di sposarsi

1713. 10. Febr —— Vacata per obitum Petri Subregundi 7. Novembris 1709 Parochiali Ecclesia S Jacobi maioris Loci de Roncalea de Jurepatronatus Communitatis & Hominum ejusdem Loci, eadem Communitas per publicum Instrumentum sub die 10. ejusdem Mensis irrevocabilem Procuratorem constituit Columnellum Petrum Paulum Paravicinium cum ampla, & amplissima facultate nominandi, & eligendi novum Parochum: cujus vigore die 17. dicti Novembris nominavit Josephum Paravicinum: quam nominationem ipsa Communitas, & Homines ratificarunt & approbarunt: & quamvis idem Josephus die 17. Decembris institutionem obtinuerit ab Ordinario, una cum mandato de capienda possessione, injuncto eidem solito juramento, & Fidei professione, adhuc tamen præfatus Iosephus justis de causis noluit unquam capere possessionem, & die 17. Ianuarii 1710. Iuribus suis renunciavit. At quia in eodem Instrumento Mandati Procuræ in casu, quo nominatus Parochialem acceptare recusaret, data fuerat facultas eidem Columnello iterim eligendi, & alium nominandi, hinc inde sub die 17. Martii Columnellus nominavit Ioannem Petrum Ottinum actualem Parochum Loci Datii, Post hæc Communitas sub die 23. ejusdem Martii prefatum Mandatum Procuræ revocando, alios Procuratores constituit ad se opponendum dictæ nominationi, & Edictis de more affixis pro institutione Ottini, sub die 29. Aprilis in Parochum nominavit Stephanum Quadrium, die autem 10. Augusti ejusdem Anni 1710 Procurator Communitatis in Actis coram Ordinario allegavit Ottinum non esse personam gratam Hominibus dicti Loci, eosdemque nolle Ottinum in Parochum recipere, ut habet *Rota* 1861

ta

ta in Comen. Parochialis coram Aldrovando, apud Pittonium *de Controverſ. Patronor. tom. 2. allegat.* 100. *pag.* 257. *juxta editonem Venetam de Anno* 1733. *poſt Parmenſem de Anno* 1719

1713. 10. Febr. — Lite ex ſuperius narratis conteſtata, Ordinarius pronunciavit Nominationem & Præſentationem Ottini eſſe nullam & invalidam, & eſſe inſtituendum Quadrium. Interpoſita per Ottinum appellatione ad Sanctam Sedem, & ſub die 29. Octobris præſentata Quadrio citatione pro adeunda Signatura, contingit die 19. Decembris obitus ejuſdem Quadrii: quo non obſtante, Communitas & Homines die 21. ejuſdem Menſis auſi ſunt devenire ad aliam Nominationem in favorem Joſephi Caſtelli, qui die 24 Januarii 1711. ab Ordinario ſententiam pro Inſtitutione reportavit: ſed adita poſtmodum Signatura Juſtitiæ, & Cauſa commiſſa fuit Sacro Rotæ Tribunali, cum clauſula, *circumſcriptis omnibus geſtis poſt interpoſitam primam appellationem*, & *appoſito OEconomo*. Cumque interim Ottinus a Sanctiſſimo Domino Noſtro ſupplicationem Subrogationis Gratioſæ in juribus Quadrii defuncti ſignari obtinuerit, concordatum fuit Dubium: *An Litteræ Apoſtolicæ ſint exequendæ? ſeu potius an, & cui ſit danda Inſtitutio?* quo diſceptato, & non reſoluto in Audientia diei 3. Junii 1712. hodie reſponſum prodiit: *Litteras Apoſtolicas eſſe exequendas, & non eſſe dandam Inſtitutionem Joſepho, & ad Dominum ponentem juxta menſem, infra* pandendam, ut proſequitur *Rota in d. Comen. Parochialis coram eodem Aldrovando*, apud eundem Pittonium *loco ſupra citato*, *pag* 258. 1862

1713. 10. Febr. — Compertum fuit, dictas Litteras Apoſtolicas Gratioſæ Subrogationi Ottini in Juribus defuncti Quadrii eſſe plene juſtificatas, ac proinde exequendas, dum non dubitatur de habilitate Ottini Sacerdotis, & actu exercentis Curam alterius Parochiæ S. Provini, minuſque 1863

de

de obitu Quadrii collitigantis: ac demum constat de lite inter eum, & Ottinum ex sententia in Partibus lata, appellatione ab illa interposita, & citatione ad ejusdem Ottini instantiam expedita pro adeunda Signatura Justitiæ, quæ sufficeret ad effectum justificandæ litis, eiusque pendentia passim in his terminis dicta fuit in *decis. 670. sub num 4. & 5. decis. 655. sub num. 1 & seq par. 19 tom. 2. recent.* Stante autem hujusmodi lite legitime introducta, certi juris est quod defuncto Quadrio, Communitas dicti Loci habebat ligatas manus, nec poterat nominare vel præsentare dictum Castellum, ne Ottino superstiti daretur novus appositor & collitigans, cum Beneficium tanquam litigiosum Sanctæ Sedi remanserit affectum, & a solo Summo Pontifice pro hac vice provideri posset, ac dicta Nominatio & Præsentatio Castelli facta pendente, lite, nulla, irrita, & attentata remansit, ex dispositione Text. *in cap 1. & 2. ut lit pend. in 6* Paris. *de resign. Benefic. lib. 2. quæst. 3 sub num. 97.* Rosa *de Execut. Litter. apostolic. cap 16. sub num. 5. & 154.* Card. de Luc *de Jurepatr disc. 1. sub num* 10. & propterea ad extirpandam litem, jure meritoque eidem Ottino superstiti debita erat Subrogatio Gratiosa, *ex Reg. Cancellar. 29. de subrog.* Gonzal. *ad regul 8. Cancellar. gloss. 51. sub num.* 110 aliique citati a *Rota in d Comen. Parochialis coram dicto Aldrovando*, apud eundem Pittonium, *loco supra citato, sub num.* 382. & 383

1713 10. Febr. —— Nec subsistere visum est, quod iis, quæ pendebat cum supradicto Quadrio defuncto, fuerit calumniose per Ottinum promota: Lis autem calumniosa non facit Beneficium litigiosum, ad sustinendam Subrogationem Gratiosam, ex quo non debet esse in facultate Alicujus promovere litem aperte injustam, & ita privare verum & legitimum Patronum iure præsentandi, qui non obstante hujusmodi lite, potest 1864

præ-

Præsentare ; ex Mandof. *super regul. de subrog quæst.* 1 *sub num* 1.2. & 11. Coccin. *decis.* 1215. *sub num.* 15 Cels. *decis.* 148. *sub num* 2. & 3 Cer. *decis.* 611. *sub num.* 20. Ad præmissum enim effectum, ut lis dicatur calumniosa, requiritur, ut calumnia sit tam patens, & manifesta, adeo ut nullo penitus colore vel umbra boni juris velari possit, omnique probabili opinione sit destituta, ut temeraria & cavillosa dici queat, Otthobon *decis.* 90. *sub num.* 11. & 12. Ansald. *decis.* 4. *sub num.* 11. Talis autem dijudicari non valet lis per Ottinum introducta, quia ipse illam promoverat cum fundamento boni juris, dum ipse fuerat nominatus & præsentatus ad controversam Parochialem a Paravicino habente Mandatum Procuræ ipsius Communitatis de Roncalea, cum amplissima & irrevocabili facultate constituto, & cum promissione approbandi & acceptandi nominatum & electum : quo casu Patronus etiam Laicus post sequutam Nominationem & Præsentationem, nequit amplius variare, ut probant relati a *Rota in d. Comen. Parochialis coram dicto Aldrovando*, apud eundem Pittonium, *loco supra citato*, *sub num.* 384. 385. & 386.

1713. 10. Febr. —— Quamvis autem regulariter præsentatus a Principali, qualis erat supradictus Quadrius, debeat præferri præsentato a Procuratore, qualis erat dictus Ottinus, Spad. *consil.* 27. *sub num.* 4. *lib.* 2. Card. de Luc. *de Jurepatron. disc.* 62. *sub num.* 13. § *Si vero :* cum Patronus præsentare valeat alium, etiamsi cum juramento promiserit Mandatum non revocare, Paul. de Castr. *consil.* 361. *sub num.* 4 *lib.* 1. Merlin. *decis.* 433. *sub num.* 6. nihilominus hoc procedit, quando Patronus præsentat antequam præsentaverit ejus Procurator, & quando præcedens Nominatio patroni est cumulativa : secus vero, quando prius præsentavit Procurator, tunc enim patronus non potest ex postea alium privative præsentare, ut 1865

egre-

egregie declarat Lambertin. *de Jurepatr. par* 1. *lib* 2. *quæst*. 4. *artic*. 1. *sub num*.6. Vivian. *eod tract. lib*.5. *cap*. 6 *sub num*. 21 Quo circa, cum in præsenti Paravicinius præsentaverit ad dictam Parochialem S Jacobi majoris de Roncalea præfatum Ottinum tempore habili, re integra, antequam Communitas dicti Loci revocaverit Mandatum, & præsentaverit dictum Quadrium, hinc nequivit eadem Communitas postmodum privative eundem Quadrium præsentare, ita ut hæc privativa Nominatio, seu Præsentatio, nulla ac irrita remanserit, Vivian. *de Jurepatr lib*. 10. *cap*.3. *sub num*. 10. Lambertin. *eod tract. par* 2. *lib*.2. *art*. 8. *quæst*. 5 *sub num*. 3. maxime, quia Paravicinio attributa fuerat amplissima auctoritas nominandi & eligendi, in modum, ut non simplex Procurator, sed Compromissarius constitutus videatur, in quem translatum dicitur irrevocabiliter omne jus ipsius Communitatis ad effectum, ne posset amplius cumulando variare, ut distinguendo inter Procuratorem & Compromissarium, tradit Lambertin. *par* 2. *lib*. 2. *artic*. 15 *quæst*. 7 *sub num* 5 & ita prosequitur *Rota in d. Comen. Parochialis*, *coram d Aldrovando*, apud eundem Pittonium, *loco supra citato*, *sub num*. 387. 388. & 389.

1713. 10 Febr —— Nec obstat, quod in Mandato 1866
Procuræ tributa fuerit supradicto Paravicinio facultas nominandi & eligendi, non autem præsentandi nominatum coram Ordinario, ideoque Paravicinus excesserit fines Mandati, & sine legitima facultate coram eodem Ordinario præsentaverit dictum Ottinum ad præfatam Parochialem S. Iacobi majoris de Roncalea, talisque Præsentatio haberi debeat perinde, ac si facta non foret, uti expleta a non habente potestatem, cum Mandatum ad nominandum non extendatur ad præsentandum, Penia *decis*.1141. *sub num*.7 & sola Nominatio nullum jus nec in re, nec ad rem

rem tribuat nominato, cum sit quædam destinatio personæ præsentandæ, quæ perfectionem expectat a legitima Præsentatione successive intra tempus juridicum facienda coram Superiore, Abb *in c. fin sub num* 4. *de Jurepatronat.* Barbos. *de Jur. Eccles lib.* 2. *cap.* 19 *sub num* 24 & 25. Bich. *decis* 411. *sub num.* 18. Ultra quod enim verba *nominare*, *eligere*, & *præsentare*, multoties habentur pro Synonymis, & unum capitur pro alio, Zabarell. *in Clem. plures*, §. *quibus*, *sub num.* 1. *de Jurepatr.* Vivian. *eod tract. lib.* 1. *cap.* 1. *sub num* 50. & 51. cessavit difficultas ex ipsa mente Mandantis eruta ex amplitudine verborum, quibus conceptum fuit Mandatam, in quo Communitas & Homine promiserunt acceptare irrevocabiliter nominatum, illumque ex nunc prout ex tunc elegerunt & eligunt, ex quibus infertur, quod quemadmodum Communitas voluit nominatum habere pro electo, ad hoc ut consequeretur pacificam possessionem, ita etiam per antecedens necessarium voluerit, quod nominatus posset præsentari coram legitimo Superiore, cum sine isto medio assequi non posset finis, & effectus ejusdem possessionis pacificę principaliter volitæ, ut in proposito bene notant plures citati a *Rota in d. Comen. Parochialis coram d. Aldrovando*, apud eundem Pittonium, *loco supra citato*, *sub n.* 390. 391 & 392.

1713. 10. Febr. —— Irrelevans denique existimatum fuit caput subreptionis, desumptum ex quo supradictus Ottinus non sit gratus & acceptus, imo sit odiosus & invisus Parochianis dicti Loci de Roncalea: quod si scivisset Summus Pontifex dictam Gratiam Subrogationis forsan non concessisset: Pastor enim debet esse Persona grata Ovibus, quarum gubernio & Curæ præficitur, Abb *in cap. quod Dei timorem*, *sub num.* 1 *de stat. Monac.* Gonzal. *ad reg. Cancell. gloss.* 4 *sub num.* 164. & *seqq* Cavaler. *decis* 419. *sub num.* 1. Bu- 1867

ratt.

ratt. *decis* 551. *sub num* 6. Quinimo ad evitanda scandala & absurda, Rectorem etiam post obtentam pacifice Parochiam, cogi posse ad eam resignandam, tradunt Innocen. in cap. nisi cum pridem, sub num. 4 de renunc. Gonzal. d. gloss 4. sub num 165. cum seqq etiamsi Parochus ex parte sua in nihilo deliquisset, Abb. *in cap consideravimus*, *sub num*. 5. *de elect*. Selva *de Benefic. par* 2. *quæst*. 23 *sub num*. 35 & 36. *inter tract. magn. lib*. 15. *par*. 1 Cum enim non constet de causa allegatæ odiositatis, ac de cætero Ottinus sit Vir probus, & actu exercens Curam in alio Oppido, necesse non erat id exprimere Summo Pontifici, quem retrahere non poterat a concedenda Gratia irrationabilis contradictio Populi, quæ in nulla debet consideratione haberi, etiam ubi agitur de assequendo Beneficio Curato, ut in puncto docuit Lambertin. de Jurepatr. par. 2. lib. 2. art. 11. quæst. 9 sub num. 3. voces namque Populi vanas non esse audiendas dicit Text. *in cap. Ofis*, *de elect*. & in consimilibus terminis diffamationis non attendendæ, ex quo possit esse calumniosa, affectata, & apud paucas levesque personas, advertit Decisio in Senogallien. Canonicatus de Luchis, ut prosequitur *Rota in d. Comen. Parochialis coram d. Aldrovando*, apud eundem Pittonium, *loco supra citato*, *sub num*. 399. 400. & 401.

1713. 10. Mar. —— Dum Capitulum reperitur in longissima & pacifica quasi possessione Juris libere conferendi Vicarias vacantes Personis sibi benevisis, hinc ambigi non potest, quin sit eidem Capitulo concedenda Manutentio ad limites ejusdem possessionis, quæ uti suffulta assistentia boni Juris, facilius etiam & justius venit manutenenda, Gregor. *decis*. 449. *sub num*. 5. Buratt. *decis*. 172. *sub num*. 12 Actus vero ministeriales & præparatorii admissionis *ad Probam* pro indaganda idoneitate Provisi, qui non possunt per Collegium vel Capitulum expleri, sed singulari Per- 1868

sonæ

sonæ sunt demandandi, execeri valent per Decanum uti majorem & digniorem omnibus aliis Capitularibus, ideoque habiliorem & magis capacem cæteris omnibus pro exercendis mox dictis actibus, ex traditis per Zypeum *Consult. Canon. tom. 1. tit. de Offic Archidiacon. consult. unic. sub num 12.* & ex eo dixit *Rota in Herbipolen. Vicariæ & Parochialium super Manutentione* coram Scotto, *apud Posthium de Manutenend. in fine Operis, decis. 42 sub num. 1. & duob. seqq.*

1713. 10. Mar. —— Aliud est jus conferendi & formaliter providendi Vicarias, aliud vero jus præ- 1869
vium & preparatorium admittendi *ad Probam* & exercitium noviter Providendos: adeo ut stet bene simul, quod illum formalis collationis ad Capitulum spectet, aliud vero admissionis & præparationis juxta antiquam consuetudinem pertineat ad Decanum, qui admittens *ad Probam* noviter Providendos reservata Capitulo facultate illos admittendi vel rejiciendi, non dicitur jus liberæ collationis tollere vel diminuere, sed solum actus præparatorios explere, qui longe distant & bene compatiuntur cum collatione, quæ libere spectat & reservatur Capitulo, ut in simili Geminian *in cap. deliberatione, ibique* Franc. *sub num. 1. de offic. leg. in 6* Fagnan. *in cap. cum Ecclesia Vulterana, sub num 4. 5. 20 & 21. de elect.* & ex eis prosequitur *Rota in d. Herbipolen Vicariæ & Parochialium super Manutentione* coram eodem, *apud* eundem, *ibidem sub num 6. & 7.*

1712. 3. Iul. —— Pro novæ Parochialis erectione 1870
excitanda, & antiquæ divisione seu sectione perficienda, quamvis legitimæ causæ intercedere possint, nimia nempe Loci distantia, Flumina intermedia, Portæ Civitatis clausæ, ita quod propter difficultatem accedendi ad Ecclesiam Matricem, Aliquis ex Parochianis sine Sacramentis obierit, seu de facili illis destitutus dece-

dere

dere potuerit: adhuc ad effectum deveniendi ad Dismembrationem non satis est, quod justæ concurrant causæ, nisi etiam constet, quod necessitatibus prædictis aliter occurri nequeat, aliudque proficuum non suppetat remedium. Quoties autem aliunde Parochianorum indigentiæ consuli potest, nunquam profecto odiosus Dismembrationis actus, tanquam mere subsidiarius, expleri congruit, Lap. *allegat.* 65. *sub num* 6. *vers. Limitatur tamen*, Lotter. *de Re Benefic. lib.* 1. *quæst* 28. *sub num.* 31. Frances *de Eccles. Cathedr. cap.* 6. *sub num.* 94. Cum igitur Parochus, suorum Parochianorum indemnitati providendo, se offerat, propriis expensis Vicarium seu Capellan. ad nutum amovibilem deputare, qui in Ecclesia, quæ in novam Parochialem erigi contenditur, Suburbanis Sacramenta ministret, festivis diebus Conciones faciat, & Missam celebret: stante hac deputatione, quemadmodum Suburbanorum Parochianorum necessitatibus, ac Ecclesiæ Matricis ejusque pastoris indemnitati æque consultum remanet: ita cessante necessitate, ad subsidiarium Dismembrationis remedium deveniri minime licitum est, ut pluribus cumulatis dixit *Rota in Leodien. Dismembrationis coram Crispo*, apud Ursayam *Disceptat. Eccles. tom.* 8 *par.* 1 *disceptat.* 19. *a num* 31. *ad* 33

1713. 3 Jul. —— In Oppido Intri Novariensis 1871
Diœcesis adest insignis Collegiata S. Victoris composita ex sex Canonicis, inter quos unus est Præpositus, & hi omnes habent Curam habitualem atque actualem Animarum dicti Loci, ac insuper unusquisque istorum exercet Curam actualem in Valle Intrasca divisam in sex Parochiales cum propria separata Præbenda, habetque Domum Canonicalem, additis ulterius in communi, & onere residentiæ, & quibuscunque aliis, quæ ad veram Collegiatam constituendam sunt necessaria. Fuerunt de anno 1675. ex pia largi-

tate erecta alia tria Beneficia nuncupata Canonicatus, quorum possessores tanquam Canonici Supernumerarii incedunt quidem sub Cruce ejusdem Collegiatæ, deferunt eadem Insignia, sed tantum Diebus Festis Choro interveniunt, nec habent onus quotidianæ residentiæ, carent voce in Capitulo, nec admittuntur ad ullos actus Capitulares, retinent proprios ac peculiares redditus, nec Curam Animarum exercent, ita ut nullam cum aliis sex Canonicis unionem ac dependentiam habere dignoscantur. Subinde vero de anno 1709. a pietate cujusdam Antonii de Notariis fuit erectus Canonicatus cum onere trium Missarum in Hebdomada, & ea lege adjecta, quod Juspatronatus in infinitum ad suos Descendentes masculos spectaret, semperque proximior Fundatori esset præferendus, licet minor quatuordecim annorum, nec prima Tonsura initiatus, qui posset etiam in eadem Collegiata alia Beneficia absque ulla dispensatione retinere, atque tunc solummodo Diebus Festis Choro interesse deberet, quoties existens in Oppido, nullo honesto impedimento detineretur. Verum hujusce Canonicatus erectionem admisit Capitulum una cum Vicario Generali sub expressa protestatione & præservativa, quod nempe erectio hujusmodi intelligeretur absque ullo præjudicio dicti Capituli, ipsiusque Iurium Parochialium quorumcunque, prout revera in istis terminis erectio ipsa expleta fuit ab Ordinario. Hanc autem facti seriem narrat *Rota in Novarien Præcedentiæ coram Lancetta*, apud Pittonium *de Controvers. Patronor. tom. 2. allegat* 100. *pagina* 32. *juxta editionem Venetam de Anno* 1733. *post Parmensem de Anno* 1719.

1713. 3. Jul. —— In sequelam supradictæ erectionis Canonicatus, dictus Antonius de Notariis Fundator præsentavit Faustum Iosephum ejus Filium, & licet iste in actu apprehensæ posses- 1872

sionis,

ſtionis, ſedendo in ultimo Stallo poſt præfatos tres Canonicos Supernumerarios, omnia prædicta favorem Capituli reſpicientia medio Juramento approbaverit, tamen ſuperventa vacatione unius ex dictis Canonicatibus Curam Animarum habentibus, cæpit quæſtionem de præcedentia movere adverſus Dominicum Bozzolum, qui fuerat proviſus de Canonicatu, & conſequenter admiſſus inter antiquos Canonicos Parochos. Hæc ſane controverſia primo loco ab Ordinario Novarienſi favore Fauſti Joſephi definita, diſſimilem exitum habuit coram Metropolitano Mediolanenſi. Attamen in gradu appellationis delata Cauſa ad Sacrum Rotæ Auditorium, propoſitum fuit Dubium, informante tantum Bozzolo: *An, & cui competat Præcedentia*; & fuit reſolutum favore informantis. Cum enim hic non agatur de Canonicatu erecto cum omnimoda annexione cum vero Capitulo, & antiquioribus Canonicis Curam Animarum habentibus, ſed de Canonicatu extra Corpus Capituli, & cum ſimplici nomine, nulla admiſſa participatione, & unione cum aliis veris Canonicis, utique viſum fuit dubitari non poſſe, quod eidem Fauſto Joſepho eſſet deneganda præcedentia in concurſu Bozzoli veri Canonici de Corpore Capituli; eo quia in iſtis terminis Canonici, etiamſi juniores, quando ſunt de Corpore veri Capituli, ſemper præcedere debent alios Supranumerarios licet antiquiores, & prius de Canonicatu proviſos, ut citatis Doctoribus proſequitur *Rota in d. Novarien. Canonicatus coram d. Lancetta*, apud eundem Pittonium, *loco ſupra relato*, *pag.* 313.

1714 3. Iul. —— Inſtrumentum aſſenſus præſtiti a Capitulo pro erectione ſupradicti Canonicatus, 1873
ſatis clare præſefert nullatenus hujuſmodi Canonicatum eſſe annexum aliis ſex ſupradictis Curam Animarum habentibus, & quia Canonici revera præbuerunt conſenſum, ſed cum clauſula præ-

servativa *absque ullo præjudicio Capituli, ipsiusque Jurium Parochialium quorumcunque &c* ita ut ex istis dubitari nequeat, Capitulum voluisse solum admittere Canonicatum Supernumerarium & extraneum a Capitulo, minime vero augere numerum ultra sexenarium, dum hoc profecto præjudicium produxisset antiquis Canonicis, Lotter *de Re Benefic. lib. 1. quæst. 19. sub num. 45.* Gratian. *disceptat. 867 sub num. 11. & seqq.* Neque in contrarium urgere possunt verba erectionis, quibus convincitur Canonicatum erigi *cum honoribus, & Privilegiis, quæ de Jure similibus Canonicatibus spectant, & quæ aliis Canonicis ejusdem Ecclesiæ competunt, &c.* nam satisfecit responsio, quod prædicta verba erant intelligenda cum limitationibus & præservationibus, quibus consensus fuerat præstitus a Capitulo, & cum quibus Episcopus ad erectionis actum devenit: Sicque non posse importare, quam quoddam Jus honorificum intra sphæram Canonici Supernumerarii extra Corpus Capituli, & exclusive ad Præcedentiam, Fagnan. in cap. Dilectus, sub num. 4. de Præben. Lotter. loco citato, sub num. 47. præsertim, quia novus Canonicatus non habet annexum Ordinem Sacerdotalem, dum potest conferri Puero; prout e contra verificatur hujusmodi necessitas Sacerdotalis in aliis sex Canonicis, qui habent actualem Curam Animarum, ex cujus Ordinis Dignitate adimitur inferioribus facultas præcedendi, Paiolus *in Eugubina Præeminent.* Crispus *in Romana Præcedentiæ*, & ex eis prosequitur *Rota in d. Novar. Canonicatus coram d. Lancetta*, apud eundem Pittonium, *loco supra citato*.

1713. 27 Aug. —— Proposito in Sacra Concilii Congregatione Dubio sequenti, videlicet. *An Aggregatio ad servitium, & respective admissio, seu subrogatio ad participationem in Ecclesiis Parochialibus Civitatis S. Severi, spectet ad Episcopum, seu potius ad Clerum?* Eadem Sacra Congregatio in una 1824.

bna S Severi Juris Aggregandi respondit, *Negative quoad primam partem: & affirmative quoad secundam, servata tamen Constitutione Synodali de Anno* 1680 Reproposita vero Causa sub die 30. Septembris ejusdem Anni 1713. sub Dubio: *An sit standum, vel recedendum a decisis?* Rescriptum fuit: *In decisis servata etiam Constitutione Synodali de Anno* 1681. *juxta modum quoad Examen, faciendum tamen per Examinatores Synodales: Sed quoad Cantum Gregorianum præfigatur terminus per Episcopum Admittendo, quatenus reperiatur inhabilis, illum addiscendi intra quatuor Menses: Et quatenus Admittendus reperiatur inhabilis in dicto Examine, non devolvatur unquam electio ad Episcopum, sed alius proximior in antiquitate admittatur, prævio Examine ut supra.* Reproposita tandem eadem Causa sub die 14. Aprilis 1714. responsum fuit: *In decisis*, prout refert Dominicus Ursaya *Disceptat. Eccles. tom. 7. par. 2. disceptat. 5. a num. 55. usq. ad fin.*

1713. 13 Sept. —— Præcipere potest Episcopus Clericis Presbyteratu minoribus, ut diebus Dominicis & Festis adjutorium præbeant Parochis in docenda Doctrina Christiana, pro tempore, quo, servitio Chori, vel alia, peculiari obligatione non sunt adstricti: alioquin ab ulteriori progressu ad Sacros Ordines retinendi, prout juxta *cap. ut quisque 3. de vit. & honest. Cleric.* Edictum fecit Eminentissimus Dominus Cardinalis *Vicarius Almæ Urbis, jussu Clementis Undecimi*, apud Braschium *in Promptuario Synodali, cap.* 10 *sub num.* 13 ubi etiam sub numero 18. addit, esse laudabile, quod Parochus in medio Missæ Parochialis festivæ recitet alta voce paulatim, Populo respondente, modo unum, modo alterum ex Capitibus Doctrinæ Christianæ, prout opportunius sibi videbitur; ita Concilium Mediolanense Quintum, *par. 1 tit. qua ad Prædicationem, §. Quo facilius*; & refert etiam Gavantus *in Man. Episc.* 1875

verb. Doctrina Christiana, *sub numer.* 15.

1714 19 Febr. —— Longevum, atque acerrimum 1876
in Sacro Rotæ Tribunali certamen inter Abba-
tem S Ioannis extra muros Burgenses Ordinis S.
Benedicti, & illius Archiepiscopum super Ter-
ritorio separato, cum qualitate Nullius, & Iu-
risdictione in Populum & Clerum Parochiæ S.
Adalelmi, prius ad favorem Archiepiscopi de-
finitum tribus præcedentibus Decisionibus, nunc
non imparem fuit perniciem sortitum, dum fuit
confirmata sententia. In ancipiti haud erat inter
Partes; Parochiam S. Andalelmi esse positam
in Diœcesi Burgensi, prout pariter ipsum Mo-
nasterium S. Ioannis: sed solum controverte-
batur, eandem Parochiam cum suo universali
districtu fuisse de Diœcesi Archiepiscopi, stan-
te quod Abbas dicti Monasterii prætendebat in
Populum & Clerum habere omnimodam Iuris-
dictionem spiritualem, quæ ad hoc ut compati-
bilis redderetur, ne in eadem Diœcesi in soli-
dum residerent duo Capita quasi monstrum, ut
ait Text. *in cap Quoniam*, *de offic. ordinar.* Ho-
stien. *in cap Cum contingat*, *sub numer.* 2. *de for.
compet.* ibique Panormit. *sub numer.* 18. *vers. nec
consuetudo*, sibi atrogare satagebat distinctum &
separatum Territorium ab illo ejusdem Archie-
piscopi, ut dixit *Rota in Burgen. Iurisdictio-
nis super Territorio separato coram Falconerio*,
apud Pittonium *de Controvers. Patronor allegat.* 41
pag 212.

1714 19 Febr. —— Quia vero Iuris regula assistit 1877
supradicto Archiepiscopo causam universalem
habenti in proprio Territorio, ac intra illius li-
mites; juxta Text. *in cap.* 1. *de Offic. Judic. ordin.
Can. omnes Basilica* 16. *quæst.* 7. idcirco, nisi præ-
fatus Abbas ostendat Territorium distinctum
acquisivisse vel ex Privilegio Pontificio, vel ex
immemorabili Consuetudine, vel ex quadrage-
naria Præscriptione cum titulo, nullatenus va-
let

let dictam causam universalem in suo Territorio Archiepiscopo intervertere, Cardin. de Luc. *de Judic disc* 3. *sub num* 4. & iterum *de Jurisdict. disc.* 1. *sub num.* 12. Multi etenim habent Iurisdictionem, & non habent Territorium: & ratio emergit ab illa distinctione, quod aut exercens actus Iurisdictionales habet certam terram sibi limitatam, in qua non est alius Episcopus preter ipsum, & tunc dicitur habere Territorium: Aut vero exercitium expletur intra fines alienæ Diœcesis, & tunc vigore dicti particularis exercitii, vel in Privilegio fundati, vel in legitima Præscriptione, acquiritur Iurisdictio quoad Personas, non autem quoad Locum, juxta Text. *in cap. Auditis*, *de præscript.* Calder. *consil.* 2. *de præscript.* Cardin. de Luc. *de Judic disc.* 3. *sub numer.* 75 atque etiam *de Jurisdict. disc.* 1. *sub num.* 8 & 9. Tamburin. *de Jur. Abbat. in fine tertii Tomi*, *decis.* 93. *sub num.* 1. & 2. & ex eis prosequitur *Rota in d. Burgen. Jurisdictionis super Territorio separato coram d. Falconerio*, apud eundem Pittonium, *loco supra citato*.

1714. 19. Febr. —— Derelicta tamen per supradictum Abbatem S. Ioannis tanquam nimis aspera, 1878
atque impervia provincia sustinendi separationem Territorii cum omnimoda Iurisdictione quoad omnia loca a Monasterio possessa, ac quoad universum Populum & Clerum sub jam dicta Parochia S. Adalelmi, sibi magis proficuum credidit suam prætensionem restringere ad Territorium particulare limitatum ad septa Monasterii, atque ad eandem Ecclesiam Parochialem S. Adalelmi eidem Monasterio pleno jure spectantem, nec non ad Personas eidem Monasterio, & Ecclesiæ Parochiali adscriptas, ac respective subjectas, ubicunque degant; cum Ecclesia pleno jure subjecta Monasterio, proculdubio dicatur de Territorio Abbatis, veluti existunt ipsamet Monasterii septa, Vitalin. *in Clem. rursus*, *sub*

 num.

num 10. de stat. Monach. Tamburin. *de Jure Abbat. in fine tertii tomi*, *decis.* 41. 42. 43 & 44. Verum cum ex illa Ciceronis sententia, omnis controversia, aut de re solet, aut de nomine esse, utraque harum nascitur, cum aut res ignoratur, aut erratur in nomine, ad clarificandam omnem terminorum confusionem, distinguemdum est Territorium omnino separatum ab illo dicti Archiepiscopi Burgensis ab altero, sub universali & habituali illius Iurisdictione, cum primum absque Pontificio Privilegio, sive aliis suprà recensitis requisitis non sit possibile, secundum vero non solum est possibile, sed ulterius verificatur de omnibus exceptis, ut ad rem distinguit Antón de Butr. aliique citati a *Rota in d. Burgen. Jurisdictionis super Territorio separato coram d. Falconerio*, apud eundem Pittonium, *loco supra relato*.
1714. 19. Febr. —— Quamvis autem prædicta Ecclesia Parochialis S. Adalelmi sit pleno jure subjecta Monasterio S. Ioannis, ita ut fuerit effecta de corpore ejusdem Monasterii, adhuc nequit avelli a Territorio dicti Archiepiscopi Burgensis sicuti extrahi nequit ipsum Monasterium, quod tantummodo intra propria septa habet Territorium abusivum, sive circumscriptum sub universali, & habituali Iurisdictione & Territorio Archiepiscopi: Isti enim Loci exempti, non existunt omnino immunes a subjectione Ordinarii, sed in plerisque ei subjacent, tam inspecta dispositione Sacri Concilii Tridentini *sess 7. de Reform. cap* 8. & iterum *sess.* 21 *cap. itid* 8. *& alibi*, quam etiam aliis de causis recensitis a Barbosa *de Offic. & Potest. Episc. allegat* 105 Tamburin. *de Jure Abbat tom.* 1. *disput.* 15 *quæsito* 2. dummodo vel ex Consuetudine, vel ex speciali Privilegio, vel ex Re Iudicata, quoad exercitium Iurisdictionis, ejusque particulares actus, non ostendatur privativa facultas, ad normam Text. *in cap. Auditis*, *de præscript.* ut egregie concludit 1879
Rota

Rota in d. Burgen. Jurisdictionis super Territorio, separato coram d. Falconerio, apud eundem Pittonium, *loco supra citato, pag* 213.

1714. 23. Febr. —— Dum Abbati competit omnimoda jurisdictio in Parochiali Ecclesia, cum facultate omnimode disponendi, atque in illa instituendi, & destituendi privative quoad Episcopum, eaque est pleno jure tam in spiritualibus, quam in temporalibus Monasterio subjecta, una cum Personis quibuscunque in eadem Parochiali Ecclesia degentibus, & illi quomodolibet servientibus, cum ampla istarum exemptione ab omni & quacunque Jurisdictione & Superioritate Episcopi; pro certo habendum est, non alium, præter Abbatem, posse exercere in dicta Parochia Jurisdictionem, ac tantum ipsi competere omnia dependentia a Iurisdictione sibi reservata, inter quæ procul dubio comprehenditur datio Curæ Animarum, sive potestas instituendi ad Curam, cum ista a Iurisdictione, non autem ab Ordine Episcopali dependeat, & proinde transit etiam ad Capitulum Sede vacante, Gloss. *in cap. Cum dilectus, verb. de lege Jurisdictionis, de offic. Judic. ordin* Innoc. *in cap. Pastoralis, sub num.* 2. *de donat.* & etiam *in cap.* 1. *sub num.* 3. *de stat. Monach* Felin. *in cap. Auditis, sub num.* 8 *de præscript.* Anton. de Butr. *consil* 19. *sub num.* 17. & 20 & ex eis dixit & firmavit *Rota in Burg. Jurisdictionis super commissione Curæ & actibus Parochialibus* coram Falconerio, *decis. tom.* 4. *dec* 13. *sub num* 2. & 3. 1880

1714. 23. Febr. —— Aut Abbas habet Ecclesiam Parochialem unitam, sive subjectam pleno Jure suo Monasterio sine Jurisdictione, & tunc solum potest nominare Vicarium, ac isti concedere Institutionem collatoriam tituli; & munus erit Episcopi illum approbare, ac ei concedere Institutionem authorizabilem, quoad Curam. Aut vero Abbas habet dictam Ecclesiam Parochialem 1881

pleno

pleno Jure suo Monasterio unitam, cum omnimoda Iurisdictione, atque cum libera facultate instituendi, & destituendi, privative quoad Episcopum, & tunc ista subjectio dicitur plenissima; cujus vigore valet Vicarios deputare, ac illis concedere utramque Institutionem, excluso prorsus Episcopo Anchoran *in cap unico; sub num.3. de Capell. Monachor.* Pyrhing. *in Jus Canonic. lib 3. tit. 5. sect. 6 §. 4 sub num. 216 & 248* Tondut *quaest. & resolut Benefic par. 3. cap. 1. §. 5. sub num. 2. 3. 4 & 12.* Barbosa *de offic. & potest. Episc. par 3. allegat. 62. sub num 188.* & cum hac distinctione processum fuit *in decis 93. sub num 11. par. 16. recent.* atque ex eis prosequitur *Rota in d. Burgen. Jurisdictionis super commissione Curae, & actibus Parochialibus* coram d. Falconerio, *ibid. sub num 3.*

1714. 23. Febr. —— Quando verbis *pleno Jure* unitur omnimoda Iurisdictio tam in spiritualibus, quam in temporalibus, cum effraenata facultate instituendi, & destituendi, amplius non intrat distinctio inter subjectionem Ecclesiae, & subjectionem Populi; nam qui habet Ius instituendi, & destituendi irrequisito Episcopo habet pariter Ius committendi Curam absque illius consensu, Cardin. Zabarell *in Clem. 1. sub num. 5. de excess. Praelat* Barbosa *de offic. & potest. Episc. par. 3. allegat. 72 sub num. 185.* Lotter. *de re Benefic lib. 1. quaest. 33. sub num. 99. & seqq.* Et ratio rationis est, quia cui competit quod est plus, competit quoque quod est minus: Unde cum ad Abbatem pertineat omnimoda Iurisdictio, atque potestas instituendi & destituendi, quod est plus: absque dubio ad eum pariter spectare debet institutio authorizabilis quoad Curam: alias enim non esset concessum Ius instituendi, & destituendi, cum exemptione omnimoda a Iurisdictione, & privative quoad Episcopum, si ad istum spectare deberet institutio authorizabilis, quae dicitur pars 1882

exem-

exemptionis, quamvis juxta opinionem Felin. *in cap. Auditis, sub num. 8. de præscript.* sit minima pars exemptionis, ut prosequitur *Rota in d. Burgen. Jurisdictionis super commissione Curæ, & actibus Parochialibus* coram d. Falconerio, *ibidem, sub eodem num.* 3.

1714. 23. Febr. — Non officit; quod prædicta Institutio authorizabilis ad solum Episcopum spectet; ita ut ab Inferiore præscribi, vel per aliquam consuetudinem acquiri nequeat; Hostien. *in cap. cum satis, de offic. Archidiac.* quia, vel agitur de Abbate habente Ecclesiam Parochialem pleno Jure subjectam, cum omnimoda Iurisdictione, sive Ecclesiæ exemptione, etiam quoad Populum, & tunc illi videntur ex privilegio concessa Iura Episcopalia; ac per consequens ipsa Institutio authorizabilis: Vel agitur de Abbate habente Ecclesiam pleno Iure unitam, absque exemptione Populi, & eo casu quamvis Institutio authorizabilis sit impræscriptibilis jure proprio, attamen præscribi potest, ut Abbas eam exerceat tanquam Vicarius Episcopi, ut bene probat Cardin. Zabarell. *in Clem. 1. de excess. Prælat sub num* 5. Felin *in cap. Auditis, sub nu.* 8. *de præscript.* ubi declarat, dictam Institutionem procedere in illis Ecclesiis, in quibus Vicarii instituuntur perpetuo, nam quando instituuntur ad tempus, quia sunt Ecclesiæ de Mensa, & Abbas instituit & destituit pro libito, tunc absque dicta distinctione res transit sine ulla dubietate, ut pluribus relatis prosequitur *Rota in d. Burgen. Jurisdictionis super commissione Curæ, & actibus Parochialibus* coram d. Falconerio *ibidem, sub num.* 4. 1883

1714. 15. Maii. — Sacræ Indicis Congregationis Decreto damnati, & prohibiti fuerunt undecim Libri, ubicunque, & quocunque idiomate impressi, imprimendive: Nemo cujuscunque gradus & conditionis eos imposterum vel imprimat, 1884

vel

vel legat, vel retineat: Si quis interim habuerit, Inquisitoribus, seu Locorum Ordinariis à præsentis Decreti notitia tradat; sub pœnis in Indice Librorum prohibitorum contentis. Unus ex eis, in ordine octavus facit ad rem nostram, & est sequens, videlicet: *Liturgia seu Liber Precum communium, & administrationis Sacramentorum, aliorumque Rituum, atque Cæremoniarum Ecclesiæ, juxta usum Ecclesiæ Anglicanæ, &c Londini* 1681. Ita habetur in Bullar. Roman. seu Continuat. ejusd. *par.* 2. *pag.* 447. *juxta novissimam editionem Luxemburgensem de Anno* 1727.

1714. 27. Jun. —— Curæ Animarum exercitium fert secum cujuslibet Dignitatis assequendæ idoneitatem: unde Parochus respectu hujusmodi idoneitatis resultantis ab exercitio Curæ, quod de tempore suæ provisionis gerebat, facit justificare Litteras Apostolicas super eadem provisione, ut dixit & firmavit *Rota in Bovinen. Archidiaconatus* coram Scotto, *apud* Monacelli *in Formulario Legali-Practico, par.* 4 *in fine, decis.* 13. *sub num* 1. ubi etiam *sub num.* 11. dictum fuit, quod prælatio in Beneficio Parochiali, ad quod duo aspirent, alter omni prorsus macula abstersus, alter vero de crimine imputatus cum subsecuta absolutoria *ex hactenus deductis*, danda non esset; quia in his terminis dicta absolutoria fortasse insufficiens reputanda foret. 1885

1715. 12. Jan. —— Possunt Sponsi valide Matrimonium contrahere, quando Parochi inchoata jam Missa, legunt Sacrosancta Dei Evangelia, juxta casum, quem sic resolvit *Sacra Congregatio Concilii in Amerina Matrimonii*, & etiam antea *in eadem, sub die* 15. *Decembris* 1714 *Libr.* 64. *Decretor fol.* 437. & *Libr* 65. *fol.* 71. ut refert Ursaya *Disceptat. Eccles. tom.* 2. *par.* 1 *disceptat.* 10. *sub num.* 141 ubi etiam *sub num.* 144. & 145. addit, quod possunt dicti Sponsi Matrimonium itidem valide contrahere, quando per eorum Parochias ambulanti- 1886

lantibus Parochis, Vir coram Testibus, eis dicat, *Questa è mia Moglie*, & e contra eisdem dicat Mulier, *Questo è mio Marito*, juxta casum, quem decidit *eadem Sacra Congregatio in Sarzanen.* 1648 15. *Februarii*, *Libr.* 18. *Decretor. fol.* 152. Vel quando de sero redeuntibus Parochis ad eorum Domos, Sponsi illos expectantes, ante januam coram Testibus, eis dicant, *Vedete, questa è mia Moglie*, & Mulier subjungat, *Vedete, questo è mio Marito*, juxta casum, quem resolvit *eadem Sacra Congregatio in Patavina* 1669. 11. *Maii Libr.* 26. *Decretor. fol.* 227. *a tergo*: Vel denique vocando Parochum in Domo tertiæ Personæ positæ extra Parochiam, ad hoc, ut dictus Parochus nullam habeat difficultatem accedendi, juxta casum, quem decidit *eadem Sacra Congregatio in Tolentina* 1671. 28 *Novembris*, *Lib.* 27. *Decretor. fol.* 260.

1715. 23. Febr. —— Dominicus Nanzi Presbyter Terræ Pizzuli de Diœcesi Aquilana, Curatus Ecclesiæ Parochialis S. Mariæ de Paradiso ejusdem Terræ, ad sedandum quemdam popularem tumultum, medium se inter corrixantes posuit, atque lethaliter vulneravit Thomam Maronarum eo tempore, quo exoneratus fuit venatorius sclopus non pilis, sed parvis globulis onustus, quem in manibus habebat, absque animo & voluntate committens homicidium, imo & casualiter, & sola intentione tollendi jurgia jam exorta, & solum timorem incutiendi: Erat Parochus Loci, ubi aderant corrixantes, ex quo Parochi ex officio tenentur procurare pacem suorum Parochianorum, juxta Soccin. Sen. *cap.* 2. *num.* 96. *de Libell. oblat.* & firmavit Rota *decis.* 305. *num.* 1. *par.* 26. *recent.* Ea autem, quæ ex improviso casu potius quam fraude accidunt, fato plerumque, non noxe imputantur juxta text litteral. *in leg* 1. *in fine*, *Cod ad leg* Compilato desuper Processu, atque habita Pace, absolutus fuit 1887

Pa-

Parochus ab Homicidii reatu, cum declaratione tamen, quoad Irregularitatem incursam, ut ad Sanctam Sedem pro absolutione recursum haberet. Porrecto igitur a dicto Parocho supplici libello ad summum Pontificem, ab eoque remissa instantia Sacræ Congregationi Concilii, hæc bis denegavit gratiam dispensationis, deinde respondit *Expectet*: & denique rescripsit *Pro Gratia, dummodo non celebret in Loco commissi delicti, & per viginti milliaria circumcirca*: Novis vero datis humillimis precibus, ampliavit *Pro Gratia, ut possit celebrare in Loco commissi delicti*: Ex hac ultima Gratia ortum fuit Dubium, an dictus Parochus indigeret nova gratia pro continuatione sui muneris Parochialis; ad quod Dubium tollendum, exhibitum fuit supplex Memoriale: & Sacra eadem Congregatio Concilii dicto Anno 1715. die 23. Martii rescripsit *Non indigere dispensatione*. Ita Ursaya, qui bene scripsit in hac Causa ad favorem Parochi, *Disceptat. Ecclesiastic. tom. 1. par. 2. disceptat. 9. per tot.*

1715. 13. Apr —— Qui Dignitatem, aut Præbendam possident in Ecclesia Cathedrali vel Collegiata, habentem conjunctum onus Parochialis Officii, etsi applicent Missam Conventualem, 1888
quam per turnum, seu per vices suas celebrant, juxta cap. cum creatura, de celebrat. Missar. adhuc tamen & aliam celebrari atque applicari facere debent pro Populo suo, tanquam Curati, ut respondit *Sacra Concilii Congregatio in Amalphitana ad septimum Dubium*, & antea *in Balneoregien.* 1713 19. *Augusti ad Dubium sextum*, nec non & *in Sutrina* 1709. 12 *Januarii*, ac etiam *in Viterbien.* 1708. 31. *Maii*; ita referente Braschio *in Promptuario Synodali, cap. 107. sub num. 34 pag* 570.

1715. 11. Maii. —— Cum in Civitate Camerini 1889
præter Ecclesiam Cathedralem adsit & Collegiata S. Venantii: quæsitum fuit, *An Parochus Colle-*

Collegiatæ in Processionibus, in quibus intervenit utrumque Capitulum, incedere debeat a sinistris Parochi Cathedralis, etiam cum Stola? Et Sacra Rituum Congregatio in Camerinen. Præeminentiarum, ad septimum Dubium, respondit *Affirmative*, ut habet Ursaya, qui scripsit in hac Causa, *Disceptat. Ecclesiasticar. tom. 1. par. 2. disceptat. 26. sub num* 112. ubi dixerat sub num. 72 quod Cura Animarum in dicta Ecclesia Collegiata residet penes illius Capitulum amovibiliter & ad sui nutum deputare solitum pro Curæ exercitio alterum ex Capellanis propriæ Ecclesiæ: Cum igitur Capellanus taliter deputatus, in iisdem Processionibus interveniat, non veluti exercens Curam, quia Processiones non sunt de Functionibus Parochialibus, juxta Decreta relata per Matthæucc. *in Offic. Cur. Eccles. cap. 36. sub num.* 19 sed tanquam merus Capellanus, non potest gaudere præcedentia in aliqua Functione, nisi juxta gradum, quem in ea repræsentat, Frances *de Eccles. Cathedr. cap.* 33. *sub num.* 151. Lotter. *de Re Benefic. lib.* 1. *cap.* 15 *sub num.* 32. Gratian. *disceptat.* 298. *sub num.* 26 *& seqq.* Pignatell *tom.* 4 *consultat.* 28. *sub num.* 33. Et egomet retuli in mea Collectione de Sacris Ritibus *sub numer. margin.* 1354

1715. 16. Nov. —— Extat in Comitatu Trebii de Diœcesi Spoletana quædam Villa, quam vocant Lapidiam, alpestribus undique montibus circumdata, in qua aderant olim celeberrima Monasteria cum pluribus Grangiis, sive Oratoriis 1890
& Sacellis sylvestribus, & inter ea Ecclesiæ S. Archangeli, & S. Mariæ, quæ in spiritualibus & temporalibus regebantur per Monachos. Hujusmodi Ecclesiæ postea disunitæ fuerunt, & reversæ sub libera dispositione Episcopi Spoletani, qui unam ex illis, videlicet Ecclesiam S. Mariæ erexit in Parochialem, facta illi unione duarum Ruralium Ecclesiarum, scil. S Archangeli

geli, & S. Jo: Baptistæ. Postmodum vero occasione Visitationis Episcopalis Populus dictæ Villæ Lapidiæ, subjectus Ecclesiæ Parochiali S. Mariæ, exposuit, quod hujusmodi Ecclesia Parochialis tanquam collocata in asperitate montium, erat nimis incommoda eidem Populo pro habendis Sacramentis & spiritualibus Pabulis: ideoque supplicavit, ut Parochialitas & Cura transferri deberet ad Ecclesiam S. Benardini sitam in planitie, & ad pedes montium, ubi aderant Populus & Habitantes: quæ Ecclesia constructa fuerat per Populum, cum institutione Confraternitatis. Episcopus itaque Delegatus Apostolicus, considerata exorbitanti distantia Habitationum & Domorum Populi ab Ecclesia Parochiali S Mariæ, causa cognita, transtulit Parochialitatem & Curam ad dictam Ecclesiam S. Bernardini. Hanc facti seriem, cum mediate sequentibus, refert Ursaya *Disceptation. Ecclesiast. tom.* 9. *part* 2. *disceptation.* 25 *a numer.* 1. *ad* 4.

1715. 16. Nov. —— Usque de tempore, quo dicta Parochialitas S. Mariæ translata fuit ad dictam Ecclesiam S Bernardini cum pacto, quod ibi Parochus continuo residere deberet, Ecclesiæ S. Mariæ olim Parochialis, cum duabus Ecclesiis unitis S Jo: Baptistæ, & S. Michaelis Archangeli, remanserunt dirutæ & profanatæ. Anno tamen 1642. inter reliquias murorum Ecclesiæ dirutæ S. Michaelis Archangeli, in quodam Pariete herbis & stirpibus arborum vestito, detecta fuit exigua Pictura, repræsentans Imaginem Beatæ Mariæ Virginis, quæ in tantam Miraculorum abundantiam profluebat, ut immensus Populus ad illam venerandam se conferret, copiosas faciendo eleemosynas. Hinc Episcopus Spoletanus consensit ut Universitas construeret elegantem Capellam & Altare miraculosæ Imagini, ut posset ibi Missa celebrari. Tractu tamen 1891

men temporis extructa ibi fuit pulchra Ecclesia, & ex oblationibus reddita conspicua, cum Domibus annexis pro duobus Capellanis. Parochus qui residebat in Ecclesia Parochiali S. Bernardini, post annos centum & quatuordecim residentiæ ibidem continuo servatæ, tentavit hisce diebus transferre dictam residentiam apud eandem Ecclesiam Imaginis miraculosæ: Unde Populo recusante, introducta fuit Causa in Sacram Congregationem Concilii, ubi inter alia proposita fuerunt duo sequentia Dubia: nempe: Dubium secundum: *An Parochus teneatur retinere continuo Vicecuratum, seu alium Sacerdotem, & Capellanum ad exercendam curam in Ecclesia S. Bernardini intus Villam Lapidiam, ejus propriis sumptibus & expensis?* Et ad secundum Dubium eadem Sacra Congregatio Concilii in Spoletana Parochialitatis respondit, *In Ecclesia S. Bernardini* Dubium vero tertium fuit sequentis tenoris, videlicet: *An, & in qua Ecclesia ex prædictis Parochus teneatur residere: seu potius possit residere in alterutra?* Et Sacra Congregatio ad tertium Dubium respondit, *Satis provisum*. Ita habet Ursaya *loco supra citato, a num.* 8. *ad* 11. *& sub n.* 25 28. *& trib. seqq.*

1715. 2. Dec. —— Partita extracta ex Libro Parochi de statu Animarum plene fidem facit quoad continuationem Matrimonii, & ei omnino deferendum esse testantur Barbosa *de offic. & potest. Parochi*, *par.* 1. *cap.* 8. *sub num.* 1. Rodulph. *allegat* 158. *sub num.* 5 & tenet etiam *Decisio* 86 *sub numer.* 2. *par.* 19. *recentior* quos omnes refert & sequitur *Rota Lucana in Januen. Appellationis Primogenituræ de Gentilibus*, apud Palmam Nepotem *Decis. Rotæ Lucanæ lib.* 5. *decis.* 467. *sub num.* 96 *pag.* 271: 1892

1716. 27 Jan. —— Plebani Libris, quoad Matrimonia, Baptismata & alia, quæ spectant ad ejus officium, plena fides est adhibenda, Genua *d.* 1893

Scriptur. privat. lib. 5. quæst. 1. sub num. 16. & seqq. & iterum *quæst. 6. sub num. 5 & per tot.* observans nostris temporibus vanum esse de hoc disputari, cum id apertissime sancitum sit in Sacra Tridentina Synoda *sess. 24. tit. de reformat. Matrim. cap. 1 sub fin. versic. Habeat Parochus Librum*: In eo enim loco amplissimi Patres decreverunt, ut Parochus Librum habere debeat, in quo omnia illa, quæ ad curam sibi subditorum spectant, fideliter describat & adnotet: ex quo colligitur, quod illi quoque, sine ulla dubitatione super illis de quibus in Libro, fides adhibenda sit, præcipue cum ejus sit electa fides & industria. Frustra enim onus registrandi in Libro suo ei imponeretur, nisi quoque fides apud omnes publice faceret, ac plene probaret, ut ait Burattus *decis. 781. sub num. 6. & seq.* quia sumus in his, quæ spectant ad ejus officium, ut pluribus cumulatis dixit *Rota Lucana in Lucana Legitimitatis, & Fideicommissi de Mazzolenis* coram Lanzavecchia Negrino *apud* Palmam Nepotem *Decis. Rotæ Lucanæ lib. 5. decis. 476. sub num. 26. & 27.*

1716 27 Jan. —— Dispensatio, & licentia desponsandi, probatur Libro Matrimoniorum ex supra registrata earundem descriptione, *decis. 433 sub num 6. par. 14. recent.* nam alias, dispensatione remota Parochus, conjungendo scienter affinitatis vinculo conjunctos, Excommunicationis censuras incurrit, *Clem. unic. de Consanguin* Sanchez *de Matrim. lib. 7. disput. 48. sub num. 4.* Panimol. *decis. 141. sub num. 2. 3. & 5.* quod delictum non est præsumendum in Parocho, *arg. leg. merito, ff. pro socio*, Emerix junior *decis. 451. sub numer. 11.* sed potius præsumitur dispensatio, & quidem talis, qualis de jure esse debet, & qualis ex cursu temporis præsumitur, ut prosequitur *Rota Lucana in d. Lucana Legitimitatis* coram eodem, *apud* eundem, *ibidem, sub num. 34. 35. & 36.* 1894

1716.

1716. 14. Febr. —— Cessa a Canonicis Regularibus Lateranensibus S. Petri ad Aram Ecclesia Parochiali S. Mariæ in Cosmedin ad favorem Clericorum Regularium S. Pauli, cum onere annuæ præstationis septuaginta ducatorum, manutentio in possessione exigendi dictas annuas præstationes impediri non potest prætextu diminutionis causæ correspectivæ, ob quam solutio asseritur promissa, quando plures adsunt expressæ causæ in contractu, addita clausula *nec alias*, *aliter*, *nec alio modo*, prout dixit atque firmavit *Rota in Neapolitana Manutentionis* coram Cerro, *apud* Posthium *de Manutenen.* in novissim, addit. *decis.* 69. *per totam*, *pag. mihi* 93. & egomet retuli in mea Collectione pro Regularibus cujuscunque Ordinis, *tom.* 3. *sub numer. marginal*, 1295. *pagin.* 565. 1895

1716. 14 Mar. —— Cum ageretur de Matrimonio contracto ab illis, qui propter impedimenta inventa in Loco Domicilii, se transtulerant ad alium Locum, prævia tamen protestatione, quod illuc accedebant, ut ibi Incolatum haberent, & cum exhibitione renovandi consensum; rescriptum fuit pro consensus renovatione ad cautelam coram Parocho Loci, in quo Matrimonium contraxerant, ut rescripsit *Sacra Concilii Congregatio in Hidruntina*, *seu Licen. Matrimonii*, *lib.* 66. *Decretor. pag.* 89. apud Ursayam *Disceptation. Ecclesiasticar. tom.* 7. *par.* 2. *disceptation* 25 *sub numer.* 74. 1896

1716. 26. Jun. —— Agnoscentes Incolæ Loci de Narvarte, sexaginta circiter compositi domibus, plerisque inter se dissitis etiam per spatium medietatis Leucæ, ob non existentiam alterius Ecclesiæ, quam Parochialis, quod in diebus festivis omnes accedere nequirent ad illam unicam Missam, quam vocant *Popularem*, per Parochum celebrari solitam, ne Pastores, cæterique Parochiani Urbani Sacrum audire omitte- 1897

rent, ob impossibilitatem, & periculum relinquendi omnes simul eodemque tempore proprias domos, & armenta, operæ pretium duxerunt instare coram Ordinario Pampilonensi, ut in adjutorium Divini Cultus destinaret aliquem Capellanum, qui in diebus de præcepto festivis tantum alteram celebraret Missam in Aurora, ad hoc ut una simul consultum esset Cultui Divino, & propriis incumbentiis, aliisque domesticis necessitatibus: Et voti compotes affecti remanserunt, nam idem Ordinarius, audita depositione viginti sex testium super expositis ab Universitate ejusdem Loci inductorum, & recognoscens etiam ex depositione aliorum testium ex parte Parochi examinatorum super redditibus certis ejusdem Parochialis, quod isti non ascenderent, nisi ad ducatos triginta, sententiam definitivam protulit, in qua condemnavit Patronum, ejusque in Patronatu successores, ad extrahendos ex suis decimis annuos ducatos viginti pro dicto Capellano desuper celebraturo in Aurora, reservato tamen eidem Patrono jure illum nominandi, ut habet *Rota Romana in Pampilonen. Missæ in Aurora coram* Althann, *apud* Palmam Nepotem, *decis. lib.* 5. *decis.* 418. ubi facti series.

1716 26. Jun. —— In prædicto autem casu tantum abest, quod de injustitia doceri valeat, ut potius e converso justitia undique perspicua effulgeat ex ipsa dispositione Sacri Concilii Tridentini *in cap* 4. *de reformat. sess.* 21. In eo enim non solum demandatur, quod Episcopi cogere debeant Rectores Parochialium, vel alios ad quos pertinet, sibi tot Sacerdotes adjungere, quot sufficiant ad Sacramenta exhibenda, & *Cultum Divinum celebrandum*, sed etiam præcipitur, si Parochiani ob distantiam, seu difficultatem, sive magnum incommodum ad percipienda Sacramenta, & Divina Officia audienda accedere nequeant, Parochias 1898

rochias dividi, novasque pro eisdem Parochianis distantibus construi, cui ultimæ parti etiam consonat dispositio textus *in cap. ad audientiam, de Eccles. ædifican.* & de utraque testatur Fagnanus *in d. cap. sub num.* 16. *& plur. seqq.* Ab hujusmodi profecto clara dispositione in necessarium consequens emergit, quod concurrentibus in hypothesi omnibus illis causis ibi expressis, utpote concludenter probatis per tot testes, si erat in facultate Episcopi devenire ad novæ Parochiæ erectionem intra illius limites, etiam invito Rectore ejusdem Ecclesiæ Matricis; quanto fortius valuit, mitius agendo, condemnare, & cogere Patronum, ejusque successores pro tempore, ad eligendum alterum Capellanum pro celebrando Missam in Aurora, ad eorum libitum nominandum, eique per Patronos pro tempore ad extrahendos dictos annuos, ducatos viginti, ut prosequitur *Rota in d. Pampilonen. Missæ in Aurora*, coram eodem *apud* eundem, *ibidem*, *a num.* 3. *ad* 5.

1716. 26. Jun. —— Nullum gravamen desumi valet, quod fuerit condemnatus dictus Patronus ad subministrandam eidem Capellano prædictam tenuem congruam ducatorum viginti: nam si Parochus ex fructibus certis, juxta depositionem testium, non recipit nisi ducatos triginta, qui ex decimis sibi solvuntur ab eodem Patrono, cogi utique minime potuit idem Parochus ad dictam subministrationem ex aliis emolumentis sibi eventualiter obvenientibus ex spontaneis Parochianorum oblationibus, cum hæ, tanquam incertæ, subiici nequeant dicto oneri certo, quando alias neque sunt imputabiles in principalem congruam ipsi Parocho debitam, Gregor. *decis.* 425 *sub num.* 8. & patet etiam ex *decis.* 420 *sub numer.* 2 *par.* 1. *recent.* & Parochiani non tenentur, nisi in subsidium, quatenus scilicet satis non forent decimæ, cæterique fructus certi ad Paro- 1899

chialem spectantes, ex Sacro Concilio Tridentino *sess.21. cap.4. & sess.24. cap.13. de reform* Evidens exinde redditur, quod omni cum justitia idem Patronus, ejusque successores fuerunt condemnati ad eandem subministrationem faciendam Capellano a se ipsis nominando, quia sicuti Patroni percipiunt cunctas decimas hujus Parochiæ, ut deponunt testes ab utraque parte examinati, ita ex illis solvi debet dicta subministratio, Fagnan. *in cap. cum contingat, de decim. sub num.* 44. *& seqq* cum eisdem decimis insitum sit onus, etiam de Jure Divino, sustentandi Ministros Parochialis Ecclesiæ, *Can. omnes decimæ 17. quæst.7. cap. cum tua, de decim.* cum pluribus aliis citatis *a Rota in d. Pampilonen. Missæ in Aurora*, coram eodem, *apud* eundem, *ibidem a num.* 6 *ad* 10.

1716. 26. Jun —— Nec obsistere visa fuit oppositio Parochi, ejusque denegatus consensus: quoniam urgente, ut hic, necessitate constituendi Capellanum in adimplementum celebrationis Cultus Divini, Parochi dissensus & oppositio non attenditur, cum tunc agatur pro implemento suæ obligationis, Fagnan. *in cap. cum contingat, de decim. sub num.*42 *& seqq.* eoque fortius, quando, prout in casu, juxta Canonistarum opinionem, de qua dictus Fagnan. *in cap. ad audientiam, de Eccles. ædific. sub num* 20. *vers. ideoque*, idem Parochus nullam habet causam contradicendi, tum quia præjudicium allegatum quoad diminutionem oblationum, quæ ipsi Parocho fieri solent in celebratione Missæ Popularis, ex quo etiam admissa aliqua illarum diminutione adhuc Parochus remaneret congrue provisus, cum de præsenti, comprehensis illis ducatis triginta subministratis a Patrono, percipiat annuos ducatos 350. juxta depositionem testium illius Universitatis de Narvarte, vel saltem ducatos ducentos juxta testes ab ipso Parocho inductos: & alte- 1900.

rius,

rius si non adessent prædictæ decimæ a Patrono possessæ, stante hujusmodi necessitate valeret etiam Ordinarius illi assignare ratam dictarum obventionum, absque consensu Rectoris, juxta opinionem Fagnan. *in d. cap. cum contingat*, *de decim. sub d. num.* 42. *& seqq.* tum etiam, quia favor, & augumentum Cultus Divini similia præjudicia non curat, sed longe antecellit ut inquit text. *in cap. ad audientiam*, *de Eccles. ædific.* Seraphin. *decis* 847 *sub num.* 3. aliique relati *a Rota in d. Pampilonen. Missæ in Aurora*, coram eodem, *apud* eundem, *ibidem a num.* 10. *ad fin.*

1716. 8. Aug. —— Non valentibus, vel non volentibus Regularibus associare Cadavera ad propriam Ecclesiam, possunt illa expectare in janua ejusdem Ecclesiæ, prout non teneri accedere juxta alias resoluta rescripsit *Sacra Congregatio Episcoporum & Regularium in Tudertina Funerum ad primum Dubium*, & antea declaravit *in Auximana Associationis Cadaverum* 1708. 17. *Augusti*, apud Ursayam *Disceptat. Ecclesiastica*r. *tom.* 7 *par.* 1. *disceptat.* 6 *sub num.* 73. 1901

1716. 13. Sept. —— Etsi plures circumferantur Methodi tradendi, seu docendi Doctrinam Christianam, tamen pro nullo alio est prætermittendus Libellus a pio & docto Cardinali Bellarmino editus jussu Clementis Octavi: Quapropter Episcopus jubebit, ut per Parochos, aliosque illam docentes, adhibeatur idem Libellus, quo utendum esse decrevit *Clemens XI. in Edicto ejus jussu promulgato*, §. 5. juxta Constitutionem 128 Urbani VIII. quæ incipit *Ex debito*, §. 6. apud Braschium *in Promptuario Synodali*, *cap.* 10. *sub num.* 27. 1902

1716. 3. Oct. —— Occasione Visitationis Villæ Vallis Longæ de Oppido Leonissæ in Spoletana Diœcesi, quam anno 1712. fecit modernus Episcopus, institerunt Habitatores ejusdem Villæ pro dismembratione a Parochia Plebis S. Mariæ 1903

& S. Donati, & post multos tractatus, tandem Thomas Petronius utriusque Ecclesiæ Parochus die 18. Octobris ejusdem anni 1712. suum præstitit consensum dictæ dismembrationi a dicto Episcopo deliberatæ, sed cum sequentibus sex conditionibus: *Prima*, quod teneretur dictus Petronius dare quolibet anno scuta tria novo Parocho pro adimplemento obligationis viginti octo Missarum: *Secunda*, quod omnia Emolumenta incerta Ecclesiæ dismembrandæ pertinerent ad novum Parochum: *Tertia*, quod loco Decimarum Petronio debitarum in pecunia numerata, daretur eidem solum unam Cuppam frumenti pro quolibet Foculari: *Quarta*, quod Sanctesii Vallis Longæ, vita durante ejusdem Petronii tenerentur eidem quolibet Mense dare scutum unum monetæ Regni: *Quinta*, quod novus Parochus obligatus esset accipere Oleum Sanctum a manibus antiqui Parochi S Donati, quodque, in signum recognitionis ejusdem Ecclesiæ S Donati, teneretur quolibet anno illi dare Cereum unius libræ, tradendum & consignandum in Dominica infra Octavam ejusdem Sancti, una cum dictis duodecim annuis scutis monetæ Regni: *Sexta* tandem, quod durante vita dicti Petronii, posset iste habere usum unius Domunculæ, & usumfructum unius parvi Horti, seu Sylvæ, ut habet Ursaya *Disceptat. Eccles. tom. 8. par 1. disceptat 19. sub num 6 & 7.*

1716. 3. Oct. —— Post duos dies a stipulatione dicti Instrumenti, nempe die 20 Octobris ejusdem anni 1712 Episcopus Diœcesanus devenit ad actualem dismembrationem Parochiæ, cum insertione & repetitione omnium & sex supra memoratarum conditionum: contulitque novam Parochiam Natario Nicolino, omnes dictas conditiones libenter acceptanti, & coram omni Populo gratias agenti. Hodie vero nescitur, quo spiritu ductus idem Natarius Nicolinus, commoto 904

moto

moto Populo, ejus nomine recursum habuit ad Regium Tribunal, & inde ad Sacram Congregationem Episcoporum & Regularium, & quamvis nullibi fuerit auditus, adhuc perseverat in violatione eorum omnium, quæ jam læto animo approbavit, ita ut tandem, habito etiam recursu ad Sacram Congregationem Concilii, concordatum fuit Dubium circa subsistentiam Dismembrationis, cum prædictis sex conditionibus. Dubium autem fuit sequens videlicet: *An substineatur Dismembratio cum conditionibus in ea appositis?* Et Sacra Concilii Congregatio in Spoletana Dismembrationis Parochiæ respondit: *Dilata, & firmetur statu utriusque Parochiæ, non retardata tamen exequutione Dismembrationis*, ut prosequitur Ursaya *loco supra citato, a num. 9. ad 11. & sub num. 26.*

1716. 7. Dec. — Generali innixus regulæ, quod Ecclesia sita intra limites alicujus Parochiæ, illi subjaceat, Archipresbyter Ecclesiæ Parochialis S. Pancratii geminas excitavit prætensiones contra Rectorem alterius Ecclesiæ S. Sebastiani de Jurepatronatus Comitum de Oriolis intra illius fines existentis: quarum prima stetit in eo, quod eidem Archipresbytero uti Parocho liceret pro sui libito Doctrinam Christianam docere in altera Ecclesia S. Sebastiani, ibique prædicare Populo, Sacramenta in Paschate ministrare, solemniter celebrare, quæstuari facere per Officiales Confraternitatis, aliasque omnes Ecclesiasticas functiones exercere, quas posset peragere in sua Ecclesia Parochiali: Altera vero prætensio in eo fuit, quod Rector, seu Beneficiatus Ecclesiæ S. Sebastiani non posset in hac sua Ecclesia benedicere Cineres, Candelas, Palmas, Ova, aut alios cibos Paschales, nec Mulieres post partum, minusque ibi Missam celebrare in diebus festivis Nativitatis, & Resurrectionis Domini, nec Sacramentum Pœnitentiæ Populo ministrare 1903

extra

extra tempus Paschale sine licentia ipsius Parochi; neque demum per se, vel per alios in eadem Ecclesia quæstuare, reservato tantum illi jure administrandi eas eleemosynas & oblationes, quæ sponte fierent per Fideles pro cultu particulari alicujus Imaginis, vel Altaris ejusdem Ecclesiæ. Hanc prætensionum narrativam habet *Rota in Forolivien. Jurium Parochialium coram Lancetta*, apud Pittonium *de Controvers. Patronor. tom. 2. allegat* 75. *sub num.* 57. *pag.* 65. *juxta editionem Venetam de Anno* 1733. *post Parmensem de Anno* 1719.

1716. 7 Dec. —— Dictas prætensiones detulit idem Archipresbyter ad Forum Episcopale in Judicio possessorio, & obtinuit: sicuti etiam coram A.C. ad quem ex parte Rectoris fuerat appellatum. Non ita tamen res se habuit in Sacro Rotæ Auditorio, ad quod Causa subinde devoluta fuit cum Commissione a Signatura Justitiæ simpliciter signata cum Clausula *De Appellatione*: nam proposito Dubio: *An, & de cujus bono Jure constet quoad exercitium Jurium Parochialium in Ecclesia S Sebastiani, etiam ad effectum Manutentionis?* Hodie distinctis Actibus vere Parochialibus ab illis, qui tales non sunt, *Constare de bono Jure utriusque, etiam ad effectum Manutentionis, juxta modum*, responsum fuit. Ut autem facilior evaderet hujusce quæstionis resolutio, censendum est in primis distinguendas esse supradictas prætensiones Archipresbyteri in antecedentibus Judicatis approbatas. Et quidem in eo, quod primam respicit circa libertatem ab eodem Archipresbytero prætensam exercendi Ecclesiasticas functiones, & Jura Parochialia in Ecclesia S. Sebastiani, contradicente istius Rectore, & Patronis, visum est, hujusmodi libertatem nullo modo illi posse competere, quippe quia Ecclesia Parochialis S. Pancratii, nullam in eadem Ecclesia S. Sebastiani subjectionem potest prætendere 1906

dere

dere, aut imponere servitutem, neque illam in proprios usus Parochiales convertere, nisi probet hanc subjectionem & servitutem sibi ex aliquo privilegio, aut speciali Jure debitam esse, ad Text. *in cap. Dilectus, de Capel. Monach* Fagnan. *in cap. ad audientiam, sub num. 9. & 10. de Eccles. ædific.* Cardin de Luc. *de Paroch. disc. 31. sub numer.* 6. unde clarum fit, quod potius assistentia Juris stat pro Rectore liberam suam Ecclesiam a tali subjectione asserente, ut prosequitur *Rota in d. Forolivien. Jurium Parochialium coram d. Lancetta*, apud eundem Pittonium, *loco supra citato sub num.* 58.

1716. 7. Dec. —— Ea autem Juris assistentia, quam e contrario deducere potest Parochus ratione situationis intra fines Parochiæ, non adeo absolute accipienda est, ut ei pro suo libito licitum faciat exercere Jura Parochialia, & Ecclesiasticas functiones in quavis Ecclesia intra fines suæ Parochiæ existente, sed tantum est intelligenda, ut operetur, quod Parochus sit solus in tota Parochia in exercitio Jurium Parochialium, absque eo quod in hujusmodi exercitio quisquam alius unquam se possit immiscere, & ita de facto Doctores interpretantur hanc Parochialem Jurisdictionem, Pignatellus *consultat.* 103 *sub numer.* 15. *& seqq. tom.* 10. Monacel. *part* 2. *titul.* 13 *formul* 1. *sub numer.* 54. *& seqq.* & dictum fuit *in Civitatis Plebis Jurium, Parochialium* 1708 6. *Junii coram Ansaldo*. Ac de facto non dissimilis fuit his Juris dispositionibus observantia in præsenti themate. Habemus enim in facto, quod circa prædictas functiones Parochiales in propria Parochia exercendas, nullum unquam impedimentum a Rectore S. Sebastiani præstitum fuit Archipresbytero S Pancratii: sed e contra nunquam Archipresbyter, invito Rectore aut Patrono, potuit easdem functiones exercere in Ecclesia 1907

S Se-

S. Sebastiani: imo quoties id agere curavit, fuit *per illos prohibitus, & per* multos annos ante *litem motam, hujusmodi* prohibitioni acquievit. *Ex hac autem observantia*, maxime cum sit *dispositioni Canonicæ* consentanea, & roborata *dicta qualitate coactiva*, utriusque partis Jura optime declarari firmavit Sacrum Auditorium, ut prosequitur *Rota in d. Forolivien. Jurium Parochialem coram d. Lancetta*, apud eundem Pittonium, *loco supra citato, pag. 66. sub numer.* 59. *& 60.*

1716. 7. *Dec.* —— Neque amplius immorandum 1908
esse in supradicto eodem sensu aliis, quæ possent concurrere, rationibus, visum est, cum pluries in Sacra Congregatione Concilii similes quæstiones ita fuerint definitæ, ut in Comen. Jurium Parochialium 1714. 9. Julii, ubi disputato Dubio, *An liceret Parocho independenter a Patronis exercere functiones Parochiales in Ecclesia seu Oratorio S. Jo: Baptistæ de Jurepatronatus Fratrum de Trincanis ad sui libitum, iis invitis?* responsum fuit *Negative:* & in Spoletana Parochialitatis 1715. 16. Novembris, in qua cum Parochus habens suam Ecclesiam S. Bernardini, prætenderet exercere functiones Parochiales in Ecclesia S. Michaelis sita intra fines suæ Parochiæ, etiamsi antea obtinuisset favorabilem resolutionem de anno 1686. repropofita Causa sub prædicta die 16. Novembris, fuit dictum, *recedendum esse a decisis, & Parochum non posse functiones Parochiales exercere in Ecclesia S. Michaelis*. Idque ipsum stabilitum jam pridem reperiebatur in Decretis generalibus Sacræ Rituum Congregationis 1703. 10. Decembris, a Clemente XI. confirmatis tanquam Legibus in quocunque Tribunali, ubi ad Dubium decimumseptimum, *An Parochus, invitis Confratribus, docere possit Doctrinam Christianam in prædictis Ecclesiis, Oratoriis publicis, vel privatis, a Parochiali divisis?* re-

responsum fuit *Negative*, ut prosequitur *Rota in d. Forolivien. Jurium Parochialium, coram d. Lancetta*, apud eundem Pittonium, *loco supra citato, sub num.* 61. *&* 62.

1716. 7. Dec. —— His ita stabilitis quoad primam praefati Archipresbyteri praetensionem, quoad secundam circa Jus prohibendi supradicto Rectori S. Sebastiani, ne praerecensitas in facto functiones in sua Ecclesia valeat exercere, procedendum est cum distinctione: Quatenus enim hujusmodi Jus privativum exercendi functiones Ecclesiasticas respicit eas, quae sunt vere Parochiales, sane diversimode judicari non potest, quam favore ipsius Parochi, ad quam procul dubio privative quoad quemcunque Rectorem alterius Ecclesiae vel Oratorii intra fines suae Parochiae existentis, earum exercitium spectat, ad Text. *in cap. Pastoralis, de his, quae fiunt a Praelat.* & *in cap. Dilectum, de Capell. Monach.* & ita habet *Decisio* 214. *sub num.* 6 *par.* 6. *recent.* Quatenus vero ad alias extendi praetendatur functiones, quae Parochiales non sunt, sed mere Sacerdotales, utique nullum Archipresbyter seu Parochus Ius habet eas prohibendi Rectori alterius Ecclesiae, nisi ita ex aliquo privilegio aut pacto in Fundatione posito statutum esse docuerit, Ansaldus *in Civitatis Plebis Jurium Parochialium* 1708. 16. *Junii*, §. *Aut vero*, *& seq.* Quales autem, & quot sint istae functiones, quae Parochiales dici debent, aut Sacerdotales, necessarium non existimatur singulariter explicare, cum satis illae pateant ex generalibus Decretis Sacrae Rituum Congregationis a Clemente XI. approbatis, ut prosequitur *Rota in d. Forolivien. Jurium Parochialium coram d. Lancetta*, apud eundem Pitonium, *loco supra citato, sub num.* 63 64. *&* 65 ¶ Decreta Sacrae Rituum Congregationis, de quibus in hac parte Decisionis Rotalis, habes supra sub Anno 1703. 10. Decembris. 1909

chialem spectantes, ex Sacro Concilio Tridentino *sess.* 21. *cap.* 4 *& sess.* 24 *cap.* 13. *de reform* Evidens exinde redditur, quod omni cum justitia idem Patronus, ejusque successores fuerunt condemnati ad eandem subministrationem faciendam Capellano a se ipsis nominando, quia sicuti Patroni percipiunt cunctas decimas hujus Parochiæ, ut deponunt testes ab utraque parte examinati, ita ex illis solvi debet dicta subministratio, Fagnan. *in cap. cum contingat*, *de decim. sub num.* 44. *& seqq* cum eisdem decimis insitum sit onus, etiam de Jure Divino, sustentandi Ministros Parochialis Ecclesiæ, *Can. omnes decimæ* 17. *quæst.* 7. *cap. cum tua*, *de decim.* cum pluribus aliis citatis *a Rota in d. Pampilonen. Missæ in Aurora*, coram eodem, *apud* eundem, *ibidem a num.* 6 *ad* 10.

1716. 26. Jun —— Nec obsistere visa fuit oppositio Parochi, ejusque denegatus consensus: quoniam urgente, ut hic, necessitate constituendi Capellanum in adimplementum celebrationis Cultus Divini, Parochi dissensus & oppositio non attenditur, cum tunc agatur pro implemento suæ obligationis, Fagnan. *in cap. cum contingat*, *de decim. sub num.* 42 *& seqq.* eoque fortius, quando, prout in casu, juxta Canonistarum opinionem, de qua dictus Fagnan. *in cap. ad audientiam*, *de Eccles. ædific. sub num* 20. *vers. ideoque*, idem Parochus nullam habet causam contradicendi, tum quia præjudicium allegatum quoad diminutionem oblationum, quæ ipsi Parocho fieri solent in celebratione Missæ Popularis, ex quo etiam admissa aliqua illarum diminutione adhuc Parochus remaneret congrue provisus, cum de præsenti, comprehensis illis ducatis triginta subministratis a Patrono, percipiat annuos ducatos 350. juxta depositionem testium illius Universitatis de Narvarte, vel saltem ducatos ducentos juxta testes ab ipso Parocho inductos: & ulterius, 1900

rius si non adessent prædictæ decimæ a Patrono possessæ, stante hujusmodi necessitate valeret etiam Ordinarius illi assignare ratam dictarum obventionum, absque consensu Rectoris, juxta opinionem Fagnan. *in d. cap. cum contingat, de decim. sub d. num.* 42. *& seqq.* tum etiam, quia favor, & augumentum Cultus Divini similia præjudicia non curat, sed longe antecellit ut inquit text. *in cap. ad audientiam, de Eccles. ædific.* Seraphin. *decis* 847 *sub num.* 3. aliique relati *a Rota in d. Pampilonen. Missæ in Aurora*, coram eodem, *apud* eundem, *ibidem a num.* 10. *ad fin.*

1716. 8. Aug. —— Non valentibus, vel non volentibus Regularibus associare Cadavera ad propriam Ecclesiam, possunt illa expectare in janua ejusdem Ecclesiæ, prout non teneri accedere juxta alias resoluta rescripsit *Sacra Congregatio Episcoporum & Regularium in Tudertina Funerum ad primum Dubium*, & antea declaravit *in Auximana Associationis Cadaverum* 1708. 17. *Augusti*, apud Ursayam *Disceptat. Ecclesiasticar. tom.* 7 *par.* 1. *disceptat.* 6 *sub. num.* 73. 1901

1716. 13. Sept. —— Etsi plures circumferantur Methodi tradendi, seu docendi Doctrinam Christianam, tamen pro nullo alio est prætermittendus Libellus a pio & docto Cardinali Bellarmino editus jussu Clementis Octavi: Quapropter Episcopus jubebit, ut per Parochos, aliosque illam docentes, adhibeatur idem Libellus, quo utendum esse decrevit *Clemens XI. in Edicto ejus jussu promulgato*, §. 3. juxta Constitutionem 128 Urbani VIII. quæ incipit *Ex debito*, §. 6. apud Braschium *in Promptuario Synodali, cap.* 10. *sub num.* 27. 1902

1716. 3. Oct. —— Occasione Visitationis Villæ Vallis Longæ de Oppido Leonissæ in Spoletana Diœcesi, quam anno 1712. fecit modernus Episcopus, insteterunt Habitatores ejusdem Villæ pro dismembratione a Parochia Plebis S. Mariæ 1903

& S. Donati, & post multos tractatus, tandem Thomas Petronius utriusque Ecclesiæ Parochus die 18. Octobris ejusdem anni 1712. suum præstitit consensum dictæ dismembrationi a dicto Episcopo deliberatæ, sed cum sequentibus sex conditionibus: *Prima*, quod teneretur dictus Petronius dare quolibet anno scuta tria novo Parocho pro adimplemento obligationis viginti octo Missarum: *Secunda*, quod omnia Emolumenta incerta Ecclesiæ dismembrandæ pertinerent ad novum Parochum: *Tertia*, quod loco Decimarum Petronio debitarum in pecunia numerata, daretur eidem solum unam Cuppam frumenti pro quolibet Foculari: *Quarta*, quod Sanctesii Vallis Longæ, vita durante ejusdem Petronii tenerentur eidem quolibet Mense dare scutum unum monetæ Regni: *Quinta*, quod novus Parochus obligatus esset accipere Oleum Sanctum a manibus antiqui Parochi S Donati, quodque, in signum recognitionis ejusdem Ecclesiæ S Donati, teneretur quolibet anno illi dare Cereum unius libræ, tradendum & consignandum in Dominica infra Octavam ejusdem Sancti, una cum dictis duodecim annuis scutis monetæ Regni: *Sexta* tandem, quod durante vita dicti Petronii, posset iste habere usum unius Domunculæ, & usumfructum unius parvi Horti, seu Sylvæ, ut habet Ursaya *Disceptat. Eccles. tom. 8. par 1. disceptat 19. sub num 6 & 7.*

1716. 3. Oct. —— Post duos dies a stipulatione dicti Instrumenti, nempe die 20 Octobris ejusdem anni 1712 Episcopus Diœcesanus devenit ad actualem dismembrationem Parochiæ, cum insertione & repetitione omnium & sex supra memoratarum conditionum: contulitque novam Parochiam Natario Nicolino, omnes dictas conditiones libenter acceptanti, & coram omni Populo gratias agenti. Hodie vero nescitur, quo spiritu ductus idem Natarius Nicolinus, commoto 904

moto Populo, ejus nomine recursum habuit ad Regium Tribunal, & inde ad Sacram Congregationem Episcoporum & Regularium, & quamvis nullibi fuerit auditus, adhuc perseverat in violatione eorum omnium, quæ jam læto animo approbavit, ita ut tandem, habito etiam recursu ad Sacram Congregationem Concilii; concordatum fuit Dubium circa subsistentiam Dismembrationis, cum prædictis sex conditionibus. Dubium autem fuit sequens videlicet: *An sustineatur Dismembratio cum conditionibus in ea appositis?* Et Sacra Concilii Congregatio in Spoletana Dismembrationis Parochiæ respondit: *Dilata, & firmetur statu utriusque Parochiæ, non retardata tamen exequutione Dismembrationis*, ut prosequitur Ursaya *loco supra citato, a num. 9. ad 11. & sub num. 26.*

1716. 7. Dec. —— Generali innixus regulæ, quod Ecclesia sita intra limites alicujus Parochiæ, illi subjaceat, Archipresbyter Ecclesiæ Parochialis S. Pancratii geminas excitavit prætensiones contra Rectorem alterius Ecclesiæ S. Sebastiani de Jurepatronatus Comitum de Oriolis intra illius fines existentis: quarum prima stetit in eo, quod eidem Archipresbytero uti Parocho liceret pro sui libito Doctrinam Christianam docere in altera Ecclesia S. Sebastiani, ibique prædicare Populo, Sacramenta in Paschate ministrare; solemniter celebrare, quæstuari facere per Officiales Confraternitatis, aliasque omnes Ecclesiasticas functiones exercere, quas posset peragere in sua Ecclesia Parochiali: Altera vero prætensio in eo fuit, quod Rector, seu Beneficiatus Ecclesiæ S. Sebastiani non posset in hac sua Ecclesia benedicere Cineres, Candelas, Palmas, Ova, aut alios cibos Paschales, nec Mulieres post partum; minusque ibi Missam celebrare in diebus festivis Nativitatis, & Resurrectionis Domini, nec Sacramentum Pœnitentiæ Populo ministrare 1905

extra

extra tempus Paschale sine licentia ipsius Parochi: neque demum per se, vel per alios in eadem Ecclesia quæstuare, reservato tantum illi jure administrandi eas eleemosynas & oblationes, quæ sponte fierent per Fideles pro cultu particulari alicujus Imaginis, vel Altaris ejusdem Ecclesiæ. Hanc prætensionum narrativam habet *Rota in Forolivien. Jurium Parochialium coram Lancetta*, apud Pittonium *de Controvers. Patronor. tom. 2. allegat 75. sub num. 57. pag. 65. juxta editionem Venetam de Anno 1733. post Parmensem de Anno 1719.*

1716. 7 Dec. —— Dictas prætensiones detulit idem Archipresbyter ad Forum Episcopale in Judicio possessorio, & obtinuit: sicuti etiam coram A.C. ad quem ex parte Rectoris fuerat appellatum. Non ita tamen res se habuit in Sacro Rotæ Auditorio, ad quod Causa subinde devoluta fuit cum Commissione a Signatura Justitiæ simpliciter signata cum Clausula *De Appellatione*: nam proposito Dubio: *An, & de cujus bono Jure constet quoad exercitium Jurium Parochialium in Ecclesia S Sebastiani, etiam ad effectum Manutentionis?* Hodie distinctis Actibus vere Parochialibus ab illis, qui tales non sunt, *Constare de bono Jure utriusque, etiam ad effectum Manutentionis, juxta modum*, responsum fuit. Ut autem facilior evaderet hujusce quæstionis resolutio, censendum est in primis distinguendas esse supradictas prætensiones Archipresbyteri in antecedentibus Judicatis approbatas. Et quidem in eo, quod primam respicit circa libertatem ab eodem Archipresbytero prætensam exercendi Ecclesiasticas functiones, & Jura Parochialia in Ecclesia S. Sebastiani, contradicente istius Rectore, & Patronis, visum est, hujusmodi libertatem nullo modo illi posse competere, quippe quia Ecclesia Parochialis S. Pancratii, nullam in eadem Ecclesia S. Sebastiani subjectionem potest prætendere 1906

dere

dere, aut imponere servitutem, neque illam in proprios usus Parochiales convertere, nisi probet hanc subjectionem & servitutem sibi ex aliquo privilegio, aut speciali Jure debitam esse, ad Text. *in cap. Dilectus, de Capel. Monach* Fagnan. *in cap. ad audientiam, sub num.* 9. & 10. *de Eccles. ædific.* Cardin de Luc. *de Paroch. disc.* 31. *sub numer.* 6. unde clarum fit, quod potius assistentia Juris stat pro Rectore liberam suam Ecclesiam a tali subjectione asserente, ut prosequitur *Rota in d. Forolivien. Jurium Parochialium coram d. Lancetta*, apud eundem Pittonium, *loco supra citato sub num.* 58.

1716. 7. Dec. —— Ea autem Juris assistentia, quam 1907
e contrario deducere potest Parochus ratione situationis intra fines Parochiæ, non adeo absolute accipienda est, ut ei pro suo libito licitum faciat exercere Jura Parochialia, & Ecclesiasticas functiones in quavis Ecclesia intra fines suæ Parochiæ existente, sed tantum est intelligenda, ut operetur, quod Parochus sit solus in tota Parochia in exercitio Jurium Parochialium, absque eo quod in hujusmodi exercitio quisquam alius unquam se possit immiscere, & ita de facto Doctores interpretantur hanc Parochialem Jurisdictionem, Pignatellus *consultat.* 103 *sub numer.* 15. & *seqq. tom.* 10. Monacel. *part* 2. *titul.* 13 *formul* 1. *sub numer.* 54. & *seqq.* & dictum fuit *in Civitatis Plebis Jurium Parochialium* 1708 6. *Junii coram Ansaldo*. Ac de facto non dissimilis fuit his Juris dispositionibus observantia in præsenti themate. Habemus enim in facto, quod circa prædictas functiones Parochiales in propria Parochia exercendas, nullum unquam impedimentum a Rectore S. Sebastiani præstitum fuit Archipresbytero S Pancratii: sed e contra nunquam Archipresbyter, invito Rectore aut Patrono, potuit easdem functiones exercere in Ecclesia

S Se-

S. Sebastiani: imo quoties id agere curavit, fuit per illos prohibitus, & per multos annos ante litem motam, hujusmodi prohibitioni acquievit. Ex hac autem observantia, maxime cum sit dispositioni Canonicæ consentanea, & roborata dicta qualitate coactiva, utriusque partis Jura optime declarari firmavit Sacrum Auditorium, ut prosequitur *Rota in d. Forolivien. Jurium Parochialem coram d. Lancetta*, apud eundem Pittonium, *loco supra citato*, *pag.* 66. *sub numer.* 59. *&* 60.

716. 7. Dec. —— Neque amplius immorandum esse in supradicto eodem sensu aliis, quæ possent concurrere, rationibus, visum est, cum pluries in Sacra Congregatione Concilii similes quæstiones ita fuerint definitæ, ut in Comen. Jurium Parochialium 1714. 9. Julii, ubi disputato Dubio, *An liceret Parocho independenter a Patronis exercere functiones Parochiales in Ecclesia seu Oratorio S. Jo: Baptistæ de Jurepatronatus Fratrum de Trincanis ad sui libitum, iis invitis?* responsum fuit *Negative:* & in Spoletana Parochialitatis 1715. 16. Novembris, in qua cum Parochus habens suam Ecclesiam S. Bernardini, prætenderet exercere functiones Parochiales in Ecclesia S. Michaelis sita intra fines suæ Parochiæ, etiamsi antea obtinuisset favorabilem resolutionem de anno 1686. reproposita Causa sub prædicta die 16. Novembris, fuit dictum, *recedendum esse a decisis, & Parochum non posse functiones Parochiales exercere in Ecclesia S. Michaelis*. Idque ipsum stabilitum jam pridem reperiebatur in Decretis generalibus Sacræ Rituum Congregationis 1703. 10. Decembris, a Clemente XI. confirmatis tanquam Legibus in quocunque Tribunali, ubi ad Dubium decimumseptimum, *An Parochus, invitis Confratribus, docere possit Doctrinam Christianam in prædictis Ecclesiis, Oratoriis publicis, vel privatis, à Parochiali divisis?* re- 1908

responsum fuit *Negative*, ut prosequitur *Rota in d. Forolivien. Jurium Parochialium, coram d. Lancetta*, apud eundem Pittonium, *loco supra citato*, *sub num.* 61. & 62.

1716. 7. Dec. —— His ita stabilitis quoad primam 1909
præfati Archipresbyteri prætensionem, quoad secundam circa Jus prohibendi supradicto Rectori S. Sebastiani, ne prærecensitas in facto functiones in sua Ecclesia valeat exercere, procedendum est cum distinctione: Quatenus enim hujusmodi Jus privativum exercendi functiones Ecclesiasticas respicit eas, quæ sunt vere Parochiales, sane diversimode judicari non potest, quam favore ipsius Parochi, ad quam procul dubio privative quoad quemcunque Rectorem alterius Ecclesiæ vel Oratorii intra fines suæ Parochiæ existentis, earum exercitium spectat, ad Text. *in cap. Pastoralis, de his, quæ fiunt a Prælat.* & *in cap. Dilectum, de Capell. Monach.* & ita habet *Decisio* 214. *sub num.* 6 *par.* 6. *recent.* Quatenus vero ad alias extendi prætendatur functiones, quæ Parochiales non sunt, sed mere Sacerdotales, utique nullum Archipresbyter seu Parochus Ius habet eas prohibendi Rectori alterius Ecclesiæ, nisi ita ex aliquo privilegio aut pacto in Fundatione posito statutum esse docuerit, Ansaldus *in Civitatis Plebis Jurium Parochialium* 1708. 16. *Junii*, §. *Aut vero*, & *seq.* Quales autem, & quot sint istæ functiones, quæ Parochiales dici debent, aut Sacerdotales, necessarium non existimatur singulariter explicare, cum satis illæ pateant ex generalibus Decretis Sacræ Rituum Congregationis a Clemente XI. approbatis, ut prosequitur *Rota in d. Forolivien. Jurium Parochialium coram d. Lancetta*, apud eundem Pitonium, *loco supra citato*, *sub num.* 63 64. & 65 ¶ Decreta Sacræ Rituum Congregationis, de quibus in hac parte Decisionis Rotalis, habes supra sub Anno 1703. 10. Decembris.

1716.

1716. 7. Dec. —— Neque dictæ functiones Parochiales desumi debent ex Synodali Constitutione Ecclesiæ Forolivienfis; ut per supradictum Archipresbyterum afferebatur: omisso enim, an efficaciæ dictæ Constitutionis Synodalis obesse valeat defectus approbationis a Sancta Sede impetrandæ; juxta tradita per Cardin. de Luc. ad Sacr. Concil Trident. disc. 30. sub num. 9. ea satis est in præsenti responsio; quod præfata Synodus in ea parte, quia aliquas functiones mere Sacerdotales inter Jura Parochialia enumerat; non se habet (prout necesse foret) adversative ad Juris dispositionem; cui volitum fuerit in Diœcesi esse derogatum, sed (ut convincitur ex lectura) procedit duntaxat præsuppositive; supponendo videlicet omnia Jura inibi descripta; esse revera mere Parochialia; ac proinde cum nitatur erroneo supposito, non est ad effectum, de quo agitur, attendenda, Ansaldus *in Neapolitana Jurium Parochialium* 1711.13. *Martii*, §. *seclusa*. Minusque vis ulla fieri potest super Fundatione; illa enim nihil aliud præsefert favore Parochi & Archipresbyteri, quam quod in injungendo Rectori Ecclesiæ S. Sebastiani Missarum onere; excipitur celebratio in die Dominicæ Nativitatis, in Paschate Resurrectionis; & in die Adventus Spiritus Sancti; ea superaddita ratione; quod hisce temporibus Parochiani recognoscant ipsorum Parochiam S. Pancratii; quod sane nequaquam visum est importare posse subjectionem ullam istius Ecclesiæ erga Parochiam, sed solum concludere juxta litteram; quod recensitis diebus Sacrum Missæ Sacrificium non possit in dicta Ecclesia celebrari, prout ultro admittebat ipse Rector S Sebastiani. Quemadmodum igitur ex præmissis constat juxta diversos respectus de bono Jure tam Parochi in exercendis privative Parochialibus Juribus & functionibus in sua Parochia, quam Rectoris in exercendis aliis Functionibus 1910

mere

mere Sacerdotalibus in propria Ecclesia cum ea libertate, quod Parochus non possit easdem Parochiales functiones in ista peragere, ita etiam utrique eorum ex eodem capite boni Iuris in iisdem terminis concedendam esse Manutentionem conclusit *Rota in d. Forolivien. Jurium Parochialium coram d. Lancetta*, apud eundem Pittonium; *loco supra citato, sub num.* 66. & 67.

1717. 5. Mar. —— Si Unio Ecclesiæ Parochialis facta sit cum certis obligationibus, illæ debent impleri per Vicarium dictæ Ecclesiæ unitæ, ita ut Vicarius dictas obligationes evitare non possit, nisi probet; quo pacto, sive qua ratione ab hujusmodi obligationibus solutus remanserit; juxta Gloss. *in cap. de Monach. verb. de proven. vers. si habent Ecclesiam, de Praeben.* Valenz. *consil.* 364. *rubr.* 1 *vers. signa*, Merlin *decis.* 95. *sub num.* 10 *vers. neque enim*. Unionis vero validitas impugnari non potest; quæ confirmata fuit per centenariam, ut ex adeo longo temporis spatio, de validitate ejusdem Unionis dubitare non sinit Garz. *de Benefic. par* 12. *cap.* 2. *sub num.* 121. Turicel. *de Union. cap.* 10. *sub num* 13. accedente præsertim re judicata dictam Unionem canonizante Manzaned *in decisione* 783 & Carill. *in decisione* 162. quæ impedit, quo minus hujusmodi exceptio amplius opponi possit; Alexan. VIII *decis.* 159 *sub num.* 1: & ita resolvit *decis.* 773. *sub num* 4. *par.* 18. *recent* & ex eis dixit atque firmavit *Rota in Celsonen. annuæ Præstationis* coram Falconerio; *decis. tom* 4. *decis.* 20 *sub num.* 1. 2. & 3. 1911

1717. 5. Mar. —— Effectivæ provisiones Ecclesiæ Parochialis; nec non Beneficiorum ab illa dependentium ab Ordinario expeditæ ad nominationem, & præsentationem Dignitatis, cui facta fuit Unio ejusdem Ecclesiæ; clarissime demonstrant ipsam Unionem, prout bene ad rem observat Emerix Junior *decis.* 947. *sub num.* 4 & extat etiam *decisio* 321. *sub num.* 11. *par.* 19 *tom.* 1. *recent.* 1912

recent. quibus non adverſatur unica proviſio Parochialis libere ab Ordinario facta, ſi fuit ſimplex approbatio permutationis, & quidem facta ſub expreſſa denominatione Vicariæ perpetuæ, quæ potius Unionem vigere ſupponit, Omanna *in Forolivien. Parochialis §. Reſponſio:* Unionis autem effectuatio probatur ex actibus conſecutivis ad Unionem, de qua idcirco dubitari non poteſt, cum tales actus illam procul dubio effectum habuiſſe convincant, Zabarell *in Clem.* 1. *quaſt.* 9. *ſub num* 10. *de offic Vicar.* Adden. ad Gregor. *deciſ* 196. *ſub num.* 3. Cardin. Cerr. *deciſ.* 886. *ſub numer.* 14. aliique citati *a Rota in d. Celſonen. annuæ Præſtationis* coram d. Falconerio, *ibidem*, *ſub num.* 5. *&* 6.

1717. 5. Mar. —— Revocata, vel diſſoluta cenſeri nequit Unio Eccleſiæ Parochialis, niſi de tali revocatione & diſſolutione concludentiſſime doceatur, ita quidem, ut ſi quoquo modo de ea dubitari contingat, contra illam pronunciandum ſit, ad notata in puncto per Turricell. *de Union cap.* 22. *ſub num.* 19. *& ſeqq.* Quod ſi Ordinarius aliquam fecit proviſionem, quæ laborabat manifeſto nullitatis vitio, tanquam facta ſine Concurſu, qui citra nullitatem omitti non poterat in collatione Parochialis, nulla ratio de ea habenda eſt, ad tradicta per Ricc. *in Prax. For. Eccleſ. par.* 4. *reſol.* 55. *ſub num.* 1. Barboſ. *de offic. & poteſt. Parochi*, *par.* 1. *cap.* 2. *ſub num* 135. Dunozet ſen. *deciſ.* 47. *ſub num.* 7. *& ſeqq.* E ſi aliam fecit Ordinarius proviſionem, quæ continebat meram approbationem permutationis, & inſuper utraque habebat expreſſam præſervativam Iuris alieni, ſicuti aſſertam conferentis voluntatem demonſtrat non immutandi ſtatum Beneficii, ita Unionis diſſolutionem minime Inducit: quippe hæc non datur, quoties non conſtat de expreſſa voluntate Epiſcopi immutandi ſtatum de ſcientia & patientia Patronorum, ut ex Carillo *deciſ.* 162. *ſub numer.* 1913

mer. 8. *& seqq.* prosequitur *Rota in d. Celsonen. annuæ Præstationis* coram d. Falconerio, *ibidem*, *sub num* 7. *& duob. seqq.*

1717. 15. Mar. —— Attendi debet quasi possessio, ac ultimus status ad effectum excludendi Reservationes Apostolicas, juxta Calderin *in celebri consil.* 28. *de Praben. vers. & status pracedens*, Lotter. *de Re Benefic. lib.* 1. *quæst.* 34 Simon. *de Reservat. quæst* 70. Gregor. *decis.* 77. *sub num* 9 *&* 12. Penia *decis* 823. *sub num.* 18. Arguell. *decis.* 110. *sub num.* 28 Ansald. *decis.* 9 *sub num.* 33. Fundator autem in Beneficio ab eo fundato potest in illius fundatione, tam expresse quam tacite & virtualiter, excludere Reservationes Apostolicas, apponendo legem, quod quocunque tempore vacet Beneficium, semper illius collatio fiat ad præsentationem possessoris Beneficii, prout ei permissum esse sæpe constanter responsum fuit, ut pluribus citatis præcedentibus Decisionibus dixit *Rota Romana in Compostellana Beneficii* coram Althann *apud* Palmam Nepotem *decis. tom.* 5. *decis.* 499 *sub num.* 3. *&* 5. 1914

1717. 28. Iun. —— Dum Pater contemplatione Matrimonii, præter multa Bona, donavit Filio Juspatronatus, & Filius factus Patronus præsentavit Patrem ad Beneficium, sic Pater dicitur præsentatus a vero & legitimo Patrono, & quidem indutus qualitate Familiæ in Iurepatronatus passivo primo loco invitatæ, ut quemadmodum de Iure licite non poterat præteriri a Patrono, tanquam præsentatus a Testatore, *Decis* 122. *sub n* 1. *& seqq. ac Decis.* 331. *sub n* 1. *&* 2. *par.* 19. *rec* Priolus *in Hortana Beneficii*, Mutus *in Favent itidem Beneficii*, ita eidem Patri proculdubio adjudicandum venit Beneficium, Molines *in Camer. beneficii*, Caprara *in Tuden. Parochialis.* Nullo enim jure vetitum est, Filium posse Patrem præsentare, & e contra Patrem posse Filium nominare ad Beneficia de proprio Iurepatronatus, ut plures tra- 1915

dunt citati *a Rota in Bituntina Jurispatronatus coram Crispo*, apud Pittonum doctissimum Almæ Urbis Advocatum (qui & postmodum fuit Auditor Benedicti Decimitertii, ut dixi in Vita hujus Pontificis a me Italice conscripta) *de Controver. Patronor. tom. 2. allegat. 84. sub num* 48. & 49. & egomet retuli in mea Collectione de Concursu Parochialium, *sub numer margin* 1638. *juxta secundam editionem Paternam de Anno* 1731.

1717. 28. Iun —— Ex eo, quod Pater, donatis 1916
Filio contemplatione Matrimonii pluribus Bonis una cum Iurepatronatus, fuit deinde a Filio facto Patrono præsentatus ad illud Beneficium, inferri non potest, quod hoc sit contra notum textum *in cap. per nostras, de Jurepatron.* ita ut dicta Præsentatio facta sit in fraudem Legis, & cum vitio Simoniæ elicito ex secreta conventione, sive pacto tacito donandi sub ea lege & conditione, ut Filius Donatarius præeligere deberet nominando personam Patris Donantis: etenim procedi debet cum distinctione communiter recepta, scilicet: aut, Donatio facta a Patre, extitit facta ad præcisum effectum præsentandi, & tunc recto jure præsumi debet facta in fraudem Legis: aut vero Donatio fuit penitus abdicativa & perpetua, & eo casu neutiquam dici potest fraudolenta, sed residet in arbitrio Filii Donatarii præsentare Patrem Donantem, ut distinguunt communiter Doctores & Canonistæ *in cap. ex Insin de Jurepatron* ubi Panormitan. *sub num.* 7. Andr. *sub num.* 3 Butrius *sub num.* 4. Zabarell. *sub num.* 1. Dum igitur Pater Donans sese in perpetuum expoliavit de universo Iurepatronatus, & insuper in Donatione taliter stipulata adhibuit facultatem Ordinarii actum explicite convalidantis, in his circumstantiis posse evitari dictam censuram textus, plures firmant adducti *a Rota in d. Bituntina Jurepatronatus coram eodem Crispo*, apud eundem Pittonium, *ibidem*, *sub num.* 50.

1717. 2. Iul. —— Ut immunia ab oneribus Cameralibus redderentur Bona relicta per Angelum de Angelis cum onere Missarum tribus Capellanis ab ipso nominatis in ejus ultimo Testamento, curarunt hæredes post obitum pii Testatoris, quod prædictæ Capellaniæ in Beneficia Ecclesiastica ab Ordinario erigerentur. Cum autem ipse Ordinarius eorum votis annuere recusaverit, ulterior Causæ cognitio delata fuit ad Sacrum Rotæ Auditorium in gradu appellationis, unde hodie dato Dubio, *An sit locus erectioni Capellaniarum, de quibus agitur, in Beneficia Ecclesiastica, ita ut Bona eisdem assignata esse debeant immunia ab oneribus Cameralibus?* Et in omnibus responsum fuit *Negative*. Certissima est enim illa Iuris propositio, quod ubi deficit vel adversatur voluntas Testatoris, non est in facultate hæredum, neque Ordinarii, Legatum sive aliam piam Dispositionem in Beneficium Ecclesiasticum erigere, ad Text. *in Clem. cum contingat, vers. cum tamen, de Relig. Domib.* Imo si Ordinarius de facto erigat, talis erectio, nulla & invalida remanet, cum ex præscripto Sacrorum Canonum nulla tributa sit Ordinario potestas voluntatem Defunctorum alterandi vel evertendi, Donat de Marin. *Resol Jur. lib.* 1. *cap.* 36 *sub num.* 1. & ita habet *Decisio* 238. *sub num.* 3. *par.* 5. & *Decisio* 182. *sub num. itid.* 3. *& seq. par.* 18 *recent* & ex eis dixit *Rota in Firmana Capellaniarum coram Lancetta*, apud Pittonium *de Controvers. Patronor. tom.* 2. *allegat.* 87. *pag.* 120. *sub num.* 22. *&* 23. 1917

1717. 2. Iul. —— Ex pluribus autem in præsenti apparebat voluntatem suprad. Angeli testatoris nedum deficere, sed potius petitæ erectioni Capellaniarum in Beneficia Ecclesiastica adversari, ut probe quoque Ordinarius Loci recognovit. Et primo, quia ipse Testator nihil aliud fecit, quam Bona sua tribus Sacerdotibus relinquere cum onere celebrandi in perpetuum quinque 1918

Missas pro quolibet eorum singulis hebdomadis: unde dici nequit, voluisse relinquere, nisi tres Capellanias mere laicales & temporales, Felin. *in cap. ex parte, il 2. sub num 2. de rescript.* Cardin. de Luc. *de Jurepatron. disc 27. sub num* 7. cum maxime nullum verbum de Beneficiis fecerit, sed solum de Capellaniis, quæ de jure neque sunt Beneficia, neque Beneficiorum appellatione continentur, Garz. *de Benefic. par.* 1. *cap.* 2. *sub num.* 102. *& seqq.* Penia *decis.* 125. *sub num.* 1. *& per tot.* Secundo vero, quia Testator in toto ejus Testamento, aut Codicillis successive conditis, Ordinarii consensum & auctoritatem imploravit: unde cum Jus illud spirituale, quod Beneficiis Ecclesiasticis inest, non aliunde oriri possit, quam ex legitima temporalium dedicatione facta Deo per Sacrosanctos Episcopos, ex quorum auctoritate a cæteris Bonis non Beneficialibus, & profanis omnino separantur, ac Divini Juris peculiariter efficiuntur, plane consequitur, ipsum Testatorem habuisse quidem in votis fundationem simplicium Capellaniarum, quæ sine consensu & auctoritate Ordinarii ex solo ejus placito & voluntate consistere poterant, noluisse tamen in ejus Bonis formam imprimi Beneficialem, ut pluribus relatis prosequitur *Rota in d. Firmana Capellaniarum coram d. Lancetta*, apud eundem Pittonium, *loco supra citato, sub numer.* 24. & 25.

1918. 21. Febr. — Quando pateat, quod in Matrimonio non intercesserit libera & spontanea voluntas unius ex Sponsis, sed illa evidenter fuerit coacta ex metu minatæ mortis, indubitanter illud est nullum, ut dixit *Rota in Hispalem. Matrimonii, §. Impulit, coram Fescara*: Quod verum est, etiamsi post Matrimonium metu contractum, Sponsi ad invicem cohabitent, & per spontaneam copulam illud consument, quia Matrimonium nulliter a principio contra- 1919

ctum

ctum, per sequentem copulam etiam liberam & spontaneam nullatenus convalescit, ut pluribus citatis tenet Ursaya *Disceptat. Ecclesiasticar. tom. 5. par. 1. disceptat. 15. a num. 25. ad 17.*

1718. 13. Aug. — Proposito in Sacra Congregatione Concilii sequenti Dubio scilicet: *An sub Quarta comprehendantur Frumentum, Pannum, Sudariolum, & Cera qua accenditur & extinguitur ante Ecclesiam Fratrum?* Et eadem Sacra Congregatio respondit; *Comprehendi sub Quarta Funerali Frumentum, & Ceram: non autem Pannum, & Sudariolum;* Et quoad Sudariolum, Sacra Congregatio mandavit, *illud amplius non afferri cum Cadavere, nec ab Hæredibus Parocho consignari.* Ita habet Ursaya, qui in Tudertina Funerum scripsit pro Patribus Ordinis S. Francisci Terræ Massæ cum Archipresbytero ejusdem Loci, *Disceptat. Ecclesiasticar. tom 4. par. 1. disceptat. 14. sub num. 44. pag. 86. juxta editionem Venetam.* 1920

1718. 19. Nov. — Si nec Domus Parochialis construi, vel reparari possit, nec Ædes intra Parochiæ fines posita conduci valeat, fas est Episcopo permittere, ut Parochus stationem suam, seu residentiam faciat in aliena Parochia, propinquius, quo fieri potest, suæ propriæ Parochiæ, ut censuit *Sacra Congregatio Concilii in Fulginaten.* & antea *in Literen. 1636. sub die 19. Januarii*, apud Braschium *in Promptuario Synodali, cap. 106. sub num 39. pag. 565.* ubi etiam sub numero sequenti subdit, quod expedit inhibere, ne in Domo Parochi, absque licentia Episcopi, alienæ Fœminæ commorentur, saltem quæ Curato non sint in secundo gradu conjunctæ, ut resolvit *Sacra Congregatio particularis in Faventina Synodi 1695. sub die 12 Januarii*, & extat ad rem Synodus Fulginatensis de Anno 1722. *cap 7. sub num. 2.* 1921

1719. 20. Jan. — Cum Episcopus Calliensis non- 1922

nullas in Synodo edidisset Constitutiones, quæ fuerunt causa Causæ, Sacra Congregatio Episcoporum, ei rescripsit, ut inter alia cum suo Edicto moderaretur sequentia Decreta, modo infrascripto, videlicet: *Che rinovi l' ordine fatto a' Parrochi, di non poter pernottare fuori della Parrocchia, e maggiormente fuori della Diocesi, più di due notti, senza licenza di esso Monsignor Vescovo, ò suo Vicario Generale, riducendo la pena di scudi dieci, ad uno scudo, alla quale non s' incorra, quando per causa necessaria ò inopinata, non fosse permesso il ritorno, moderando l' ultimo e col quale vietava di pernottare una sol volta. Che commuti la pena di sospensione* ipso facto *minacciata contro a' Parrochi, che per tre volte in un Anno non insegnassero la Dottrina Cristiana a Fanciulli, commutandola in due Libre di cera bianca, quando per tre volte continue mancassero a detto loro uffizio. Che abolisca la pena della perdita di robe a Secolari, che riterranno Grano, ò altri mobili nelle Chiese campestri, e di dieci scudi a Parrochi, che ciò permetteranno, con stabilir solamente la pena di cinque libre di cera bianca lavorata contro quelli, che hanno la custodia di dette Chiese. Che prescriva la pena di meza libra di cera contro i Parrochi, che non transmetteranno ogni Mese le risoluzioni dè Casi di Coscienza. Che revochi la pena di venticinque scudi comminata contro a' Sacerdoti, che dessero a baciare Reliquie ò Sacre Immagini, senza Cotta e senza Stola, prescrivendo l' altra di una libra di cera. Che moderi la proibizione fatta a' Parrochi, di non fare Anniversarj nel Giorno medesimo, in cui uno di essi debba dire l' Offizio de' Morti presente il Cadavere.* Prædicta omnia rescripsit dicta Sacra Congregatio Episcoporum in Callien. Synodi, apud Ursayam doctissimum Almæ Urbis Advocatum, *Disceptation. Ecclesiasticar. tom 5. par. 2. disceptat. 16 sub num. 74. 75 92. 93. 95. & 96.*

1719 2. Jul. —— Forolivii fundatum reperitur ab imme- 1923

immemorabili tempore Hospitale, Domus Dei nuncupatum, pro receptione Infirmorum, & Expositorum, cum sua Ecclesia & Cœmeterio, & cum Capellano approbato ab Ordinario, qui assistit Infirmis ibidem degentibus, Pœnitentiæ, Eucharistiæ, & Extremæ Unctionis Sacramenta eis ministrando. Cum autem Parochus S. Luciæ, intra cujus limites situm est dictum Hospitale prætenderet jus sibi competere faciendi in illo nonnullas functiones, delata controversia ad Sacram Episcoporum Congregationem, quinque proposita fuerunt Dubia, quorum duo sunt sequentia, videlicet: Primum dubium: *An administratio Sanctissimi Viatici, & Extrema Unctionis Infirmis in Hospitali Domus Dei, privative spectet ad Parochum S. Luciæ, in ambitu cujus Parochia situm est Hospitale: Vel potius ad Capellanum ejusdem Hospitalis?* Secundum vero Dubium: *An Jus sepeliendi mortuos Hospitalis supradicti in propria illius Ecclesia, pertineat ad eundem Capellanum?* Et Sacra eadem Congregatio, ad primum & secundum Dubium respondit: *Affirmative quoad primam partem: Negative quoad secundam.* Ita habet Ursaya *Disceptat. Ecclesiasticar. tom. 4 par. 2 disceptat. 17. in Argumento, ubi Dubia, & sub num. 87. & 88. ubi Resolutiones.*

1710. 2. Iul. —— Alia tria Dubia proposita in controversia inter dictum Hospitale Foroliviense Domus Dei, & dictum Parochum S. Luciæ, sunt ea, quæ sequuntur, scilicet: Tertium Dubium: *An liceat Capellano dicti Hospitalis impedire, ne Parochus celebret functionem Exequiarum in Die universalis Commemorationis Defunctorum ejusdem Hospitalis?* Quartum vero Dubium: *An administratio, & atributio piarum Oblationum & Eleemosynarum, qua per devotos Benefactores offeruntur dietim in parva Capsula existente in Ecclesia dicti Hospitalis ad Imaginem Redemptoris, spectet ad Parochum: Vel potius ad Curatores pro tempore* 1924

dicti Hospitalis? Quintum denique Dubium: *An eidem Parocho consignanda sit Clavis dictæ Capsulæ?* Et Sacra eadem Episcoporum Congregatio, ad tertium Dubium respondit: *Negative*. Ad quartum vero Dubium respondit: *Negative quoad primam partem: Affirmative quoad secundam*. Ad quintum autem Dubium respondit: *Negative*. Ita habet Ursaya *loco superius citato, in Argumento, & sub num.* 89. & 90.

1719. 3. Jul. —— Dum existentia Matrimonii probatur ex Fide Parochi, coram quo Matrimonium contractum fuit, hæc Parochi Fides superlativam in hac parte probationem facit, ut dixit *Rota in Romana Matrimonii coram Corio*, & etiam antea *in Cajetana itidem Matrimonii* 28. *Junii* 1683. *coram Caccia*, apud Ursayam *Disceptat. Ecclesiasticar. tom.* 5. *par.* 2. *disceptat.* 17. *sub num.* 1. & egomet retuli in mea Collectione de Matrimonio tum constante, tum etiam soluto, *tom.* 3. *sub numer. margin.* 2359. 1925

1719. 10. Jul. —— Cum Seminarium Reatinum optime directum a Clericis Regularibus Congregationis Matris Dei Scholarum Piarum, attentis præteritorum annorum calamitatibus, adeo extenuatum sit quoad redditus, ut Alumnorum numerum quolibet anno diminuere necessarium fuerit: inter has magnas angustias, ultimo loco, Dei providentia factum est, ut vacaverit Ecclesia Parochialis, olim Collegiata, S. Joannis in Statua, in qua adsunt quatuor Confraternitates Cumque eadem Ecclesia septem habens Altaria, impossibile videatur, ut regi possit ab uno Parocho ad satisfaciendum devotioni dictarum piarum Confraternitatum: hinc hum illimæ ex parte Civium Reatinorum fuerunt Summo Pontifices porrectæ preces pro Gratia Unionis dictæ Ecclesiæ favore dictorum Patrum: ejusdemque precibus Civitatis proprias adjunxerunt supplicationes præfati Religiosi. Remissis dictis 1926

preci-

precibus ad Sacram Congregationem Concilii, & proposita Causa sub Dubio: *An sit concedenda Gratia Unionis S. Joannis in Statua?* Eadem Sacra Congregatio rescripsit: *Affirmative, juxta modum: Et modus est, quod Patres ad Beneficia & Capellanias aspirare non possint: & quod Ecclesia unienda remaneat subjecta Ordinario quoad concernentia Curam Animarum: & quod eidem Ordinario subjectæ remaneant Confraternitates in Ecclesia erectæ, ita ut Episcopus earum Altaria visitare possit.* Ita habet Ursaya, qui scripsit in hac Causa ad favorem Unionis, *Disceptat. Ecclesiasticar. tom 3. par. 2. disceptar. 20. à num. 1. & seqq. ubi Facti series, & sub num. 79. ubi Resolutio.*

1759. 1. Aug. —— In Oppido Novellariæ de Diœcesi Regiensi existit Ecclesia Collegiata S. Stephani, cujus Archipresbyter prima Dignitas annexam habet Curam Animarum. In hac Ecclesia reperitur Confraternitas SS. Rosarii, sed ejus Confratres multa prætendentes causam præbuere undecim Dubiis in Sacra Concilii Congregatione propositis, quorum septem, cæteris omissis, sunt sequentia, nempe: Dubium primum: *An annuente & permittente Archipresbytero & Parocho, possit Confraternitas adimplere onera Missarum & Anniversariorum sibi injuncta, mediantibus Presbyteris exteris sibi bene visis: sive potius teneatur uti ministerio Canonicorum Collegiatæ?* Et ad primum Dubium eadem Sacra Congregatio respondit: *Negative quoad primam partem: Affirmative quoad secundam*: Dubium quartum: *An Confraternitas possit de licentia & consensu dicti Parochi exponere infra annum in Capella SS. Rosarii publicæ venerationi SS. Eucharistiæ Sacramentum: sive potius requiratur licentia Ordinarii?* Et ad quartum Dubium eadem Sacra Congregatio respondit: *Negative quoad primam partem: Affirmative quoad secundum.* Dubium quintum: *An Confratres, annuente & permittente dicto Archipresbytero, facere* 1927

pos-

possint Processiones intra & extra Ecclesiam, sine interventu Canonicorum? Et ad quintum Dubium eadem Sacra Congregatio respondit: *Ad primam Dubii partem, & ad secundam, Negative: dummodo non agatur de Processionibus, quæ fiunt ex Instituto Confraternitatis, & in quibus sufficit, quod Canonici sint invitati* Ita habet Ursaya *Disceptat. Ecclesiasticar. tom. 3. par. 2. disceptat. 23. sub num. 4. 31. & 38. sub quibus sunt Dubia, & sub num. 76. 79.* & 80. sub quibus sunt Resolutiones.

1719. 5. Aug. —— Alia quatuor Dubia a dicta Confraternitate SS. Rosarii existente in Collegiata S. Stephani de Oppido Novellariæ, proposita in Sacra Congregatione Concilii, sunt ea, quæ sequuntur, videlicet: Sextum Dubium: *An, & a quo sit determinanda via Processionum, quæ fiunt extra Ecclesiam, & per Parochiam?* Et ad sextum Dubium eadem Sacra Congregatio respondit: *Esse determinandam a Præfecto Chori, interveniente Capitulo.* Septimum Dubium: *An permittente Archipresbytero & Parocho, possit Confraternitas erigere in dictis Processionibus propriam Crucem?* Et ad septimum Dubium eadem Sacra Congregatio respondit: *Negative.* Octavum Dubium: *An de licentia ejusdem Archipresbyteri possit dicta Confraternitas pulsari facere Organa & Campanas dictæ Ecclesiæ: sive potius requiratur quoque consensus Canonicorum?* Et ad octavum Dubium eadem Sacra Congregatio respondit. *Negative ad primam Dubii partem: Affirmative ad secundam.* Nonum Dubium: *An permittente Archipresbytero & Parocho, possint Confratres impedire Canonicis celebrationem Missarum in Altari SS Rosarii?* Et ad nonum Dubium eadem Sacra Congregatio respondit: *Negative.* Ita dictus Ursaya, *ibidem, sub num* 48. 52. 56. & 59. sub quibus sunt Dubia, *& sub num* 81. 82. 83 & 84. sub quibus sunt Resolutiones 1928

1719. 19. Aug. —— Congregationi septuaginta duorum 1929

rum Sacerdotum Sæcularium sub Invocatione S. Philippi Nerii, erectæ cum Ordinarii approbatione in Ecclesia Parochiali S. Jacobi Apostoli Civitatis Imolensis, in associatione Confratrum Defunctorum competit præcedentia supra Regulares: eidemque Congregationi, occasione associationis eorundem Cadaverum, licet elevare propriam Crucem, ut respondit & ita decrevit ac servari mandavit *Congregatio Rituum in Imolen* Et hoc Decretum Imolæ impressum apud Sanctum Massam, fuit ad me benigne transmissum ab uno ex illis dignissimis Sacerdotibus ejusdem Congregationis: quod etiam retuli in mea Collectione pro Regularibus, *tom. 3. pag. 568. sub num. margin. 4301.*

1720. 21. Mar. —— Decessit Dominica Maccarini 1930
Rosa, quæ in Testamento sibi Sepulturam elegit in Ecclesia Patrum Reformatorum S. Francisci Parmæ. Non potuit tamen id ad praxim reduci, attenta duplici prætensione Joannis Mariæ Palloni, unius ex Collegio S. Petri, Parochi ejusdem Dominicæ. Prima scilicet ingrediendi Ecclesiam Patrum cum Stola, & Cruce elevata: Secunda vero habendi Quartam Funeralem. Vicarius tamen Generalis, ne Cadaver ejusdem Defunctæ insepultum longo tempore remaneret, per modum provisionis, & sine præjudicio Jurium Partium, mandavit esse sepeliendum in eadem Ecclesia S. Petri usque ad decisionem. Introducta igitur Causa in Sacram Congregationem Concilii, proposita fuerunt duo Dubia, quorum primum: *An liceat sit Parocho, occasione associationis Cadaverum in Ecclesia Patrum Reformatorum, in illam ingredi cum Stola & Cruce?* Secundum vero Dubium: *An eidem Parocho debeatur Quarta Funeralis?* Et Sacra eadem Congregatio, ad utrumque Dubium respondit: *Affirmative*: Repropofita Causa sub die 5. Novembris 1721. responsum fuit: *In decisis, & Causa amplius non pro-*

proponatur. Ita Dominicus Ursaya *Disceptat. Ecclesiasticar. tom. 4. par. 2. disceptat 6. sub num. 53. & & 188. cum seq.*

1720. 9. Apr. —— *Il Signor Camerlingo del Clero Romano faccia osservare pontualmente lo Statuto nel tassare la mercede de' Viatici, ò accompagnature ne' Funerali, regolandosi sempre dalla distanza prescritta nel medesimo Statuto cap. 6. §. 11, e dalla mercede parimente ivi assegnata tanto se le Chiese, dove si porta à seppellire il Cadavere, siano dentro, quanto fuori della Parrocchia alla quale appartiene il Cadavere. G. D. Cardinal Vicario.* Ita apud Ursayam, qui dictam ordinationem extendit, ne Parochi & Sacerdotes Funus associantes, majorem statutaria prætendant mercedem: & ut in sua Causa pateret dispositio ejusdem Statuti respectu distantiæ, eam ponit *in tom 4. par. 1. disceptat. 19. sub num. 15.* & est sequens, videlicet: *Merces ordinaria Presbyterorum Funus associantium, sit unius Julii: Quod si contingat, progredi eum Funere ad Ecclesias mediocriter distantes, videlicet, ab Ecclesia S. Laurentii in Damaso ad S. Maria de Aracœlli: vel ad S. Laurentii in Lucina, & similes, sit duorum Juliorum: Si vero ad Ecclesias remotiores notabiliter, ut ad S. Joannis Laterani, S. Gregorii, S. Petri in Vaticano, & similes ab Urbis centro vel circiter distantes, sit trium Juliorum, & plus vel minus, juxta longitudinem itineris, & temporis qualitatem.*

1721. 10. Jan. —— Vacante Ecclesia Parochiali, quæ conferenda sit per Concursum, atque hoc solitis formulis indicto, hæc, quæ sequuntur, ex Sacræ Congregationis sententia, consilio, suasione, servanda proponuntur. Assignentur eædem omnibus Concurrentibus Quæstiones, iidem Casus, idemque Textus Evangelii, super quo sermonis aliquid perscribant, ad probandam dicendi pro Concione facultatem. Casus, & Quæstiones resolvendæ dictentur omnibus eodem tempore, 1931

pore,

pore, atque omnibus pariter eodem tempore Textus Evangelii tradatur. Certum, idemque omnibus ſpatium temporis conſtituatur, intra quod Caſus reſolvant, Quæſtionibus reſpondeant, Conciunculam componant. Eodem Concurrentes omnes in Conclavi claudantur, unde, quamdiu ſcribent (dabitur enim omnibus ſcribendi copia) nemo eorum egredi, neque aliis quiſpiam eo ingredi, niſi poſtquam ſcripta confecerint ac exhibuerint. Omnes ſua quiſque manu tum reſponſa; tum ſermonem ſcribant, ſubſcribantque. Reſponſa quidem latine; ſermo autem ea, qua ad Populum haberi ſolet, lingua ſcribatur. Unumquodque demum reſponſum, & unuſquiſque ſermo, cum ab unoquoque Concurrentium exhibebitur, non ſolum ab eo qui ſcripſit, atque a Cancellario Concurſus, verum etiam ab Examinatoribus Synodalibus, & ab Ordinario vel ejus Vicario, qui Concurſui interfuerint, ſubſcribatur, ut Sacra Congregatio Concilii ſentit, & Clemens XI. aſſenſit in Epiſtola Encychica, quæ reperitur *in Bullar. Rom tom.8. ſeu Continuat.ejuſd. par.2. pag.*423. juxta editionem noviſſimam Luxemburgenſem de Anno 1727.

1721. 10. Jan. —— Peracto ſecundum ſupradictam formulam Concurſu, collataque ei, qui magis idoneus ac dignior judicatus fuerit, Eccleſia Parochiali, non admittatur Appellatio, aut a mala relatione Examinatorum, aut ab irrationabili judicio Epiſcopi, niſi intra decem dies a die Collationis interponatur. Si quis autem hoc intra ſpatium appellaverit, Actaque Concurſus petat ad Judicem appellationis transferenda, mittantur vel Acta ipſa originalia Concurſus clauſa & obſignata, vel ſaltem unum aliquod authenticum eorum exemplum, a Cancellario Concurſus, atque altero Notario collatum & auſcultatum coram Vicario, vel alio in Eccleſiaſtica Dignitate 1932

con-

constituto, quem eligat Ordinarius, ad quem etiam Notarii Cancellario adjungendi electio pertinebit, nec non ab Examinatoribus Synodalibus, qui Concursui interfuerunt, subscriptum. Ex quibus Actis, vel authentico eorum exemplo, nisi gravamen quoad doctrinam probetur; qui sic examinatus, aut a mala relatione Examinatorum, aut ab irrationabili judicio Episcopi appellaverit novum ad examen provocandi facultatem a Sacra Congregatione frustra postulabit. Quemadmodum, & in judicio appellationis persequi jus suum frustra tentabit is, qui forte se gravatum doleat quoad reliqua, nisi interposita mature appellatione ab irrationabili judicio Episcopi, gravamen quoad illa ostenderit vel ex Actis primi Concursus, vel saltem ex attestationibus & documentis extrajudicialibus etiam, sed non levibus. At si quis tamen Ordinariorum aliter, ac supra descriptum est, Concurrentium examina instituere perrexerit, perget & Sacra ipsa Congregatio more pristino Appellantibus, qui se gravatos dixerint, provocationem ad novuum examen, nulla gravaminis prævia probatione, indulgere. Atque ita quidem sensit Sacra Congregatio Concilii, & Clemens XI. assensit *in dicta Epistola Encyclica, loco supra citato.*

1721. 19. Aug. —— Pia Matrona Marchionissa Hieronyma Cavaleria de Ginettis in ultimis suis tabulis testamentariis instituit hæredem Opus pium quinque Capellaniarum erigendarum in Ecclesia S. Andreæ de Valle in Alma Urbe: Sed quia subdidit in Testamento, quod si aliqua oriretur difficultas pro Sepultura in dicta Ecclesia, sepeliretur in Ecclesia S. Mariæ in Campitellis de eadem Urbe, ibique erigerentur Capellaniæ; dum Sepultura secuta fuit in Ecclesia S Andreæ, & in Sacello de Ginettis, prout fuit ejus prima voluntas: hinc clare patet, quod voluntas secunda fuit subsidiaria & conditionalis. Quia tamen 1933

dubia

dubia remansit nihilominus electio Ecclesiæ apud Executores Testamentarios: ideo proposito sequenti Dubio in Sacra Congregatione Concilii, scilicet: *An Capellaniæ, de quibus agitur, erigenda sint in Ecclesia, S. Andreæ de Valle, seu potius in Ecclesia S. Mariæ in Capitellis?* Sacra eadem Congregatio in Romana Capellaniarum ad primum Dubium respondit, *Affirmative quoad primam partem: & negative quoad secundam*, ut habet Ursaya, qui scripsit pro Ecclesia S Andreæ, *Disceptat. Ecclesiastic. tom.* 8. *par.* 1. *disceptat.* 9. *sub num.* 1. 11. 12. & 31.

1722. 26. Ian. —— Cum Regulares habeant facultatem sepeliendi tam suos mortuos, quam alios, qui ex particulari devotione in eorum Ecclesiis sepeliri voluerint, quæ optio nulli denegatur, *cap.* 1. *cap. fraternitatem*, ubi Gloss. *verb. ad nova, de Sepult.* consequens est, ut illis quoque debeantur emolumenta funeralia: De Iure enim cum quis extra suam Parochialem Ecclesiam eligit sibi Sepulturam, Quarta solum Parocho Defuncti (quisquis ille sit, sive Capitulum, sive quilibet alter parochus) debetur de funeralibus emolumentis, & reliquum acquiritur Ministris illius Ecclesiæ, in qua sepelitur, sive Sæculares sint, sive Regulares, ut habetur *in cap. de his, qui infirmitate* 4. *de Sepult. cap cum super quodam, cap. certificari, & cap. in nostra præsentia* 10. *eod. tit. cap.* 2. *eod. tit. in* 6. & latius de Regularibus habetur *in Clem. dudum, §. Hujusmodi de sepult.* Barbos. *de offic. Parochi, cap.* 25. Ugolin. *de offic. Episc. cap* 17. cum aliis pluribus relatis a *Rota in Romana Quarta Funeris* coram Falconerio, *decis. tom.* 4. *decis.* 75. *sub num* 4. *cum duob seqq.* 1934

1722. 8. Aug. —— Quidam Beneficiatus Melphictensis, sub prætextu exemptionis a Iurisdictione sui Episcopi, laudabilem usum & Ecclesiasticorum exemplares mores immutare tentavit, fictitiam comam cyprio pulvere odoribusque asper- 1935

sam

ſam publice & palam geſtando. Epiſcopus, inhærendo ſacris Canonibus, & Oraculo Sacræ Congregationis Concilii, ad occurrendum novitatibus, & impediendum, ne idem abuſus reprobatus alios de ſuo Clero paulatim comprehenderet, ſuo ſpeciali Edicto decrevit, ne aliquis Sacerdos, vel Beneficiatus fictitiam comam deferret, aſſignans duos temporis Menſes ad eam deponendam, ſi quis haberet, ſub pœnis arbitrariis, & etiam Excommunicationis. Videns autem, quod poſt lapſum dictorum duorum Menſium ut ſupra præfixorum ad dimittendam fictitiam comam, idem Beneficiatus in evidens vilipendium Epiſcopalis Juriſdictionis, in uſu concinnatæ Perucchæ continuabat, fecit illum arreſtare: ſed ille in locum tutum ſe recepit, faciendo poſtmodum Curiæ Epiſcopali notificare duas Inhibitiones: & ſucceſſive aſſociatus a multis armatis Hominibus, non ſine ſpretu ſui ſuperioris, publice cum coma fictitia cyprio pulvere & odoribus conſperſa, per Civitatem deambulare cæpit, data opera tranſeundo etiam ante Palatium Epiſcopi: Qui quidem Epiſcopus noluit prudenter per ſeipſum aliquid innovare, ſed introducta Cauſa in Sacram Congregationem Concilii, duobus propoſitis Dubiis, quorum primum: *An edictum Epiſcopi ſubſtineatur?* Secundum vero: *An ſit toleranda geſtatio Perucchæ?* Eadem Sacra Congregatio ad primum reſpondit: *Affirmative*: Ad ſecundum reſpondit: *Negative*. Ita Urſaya, qui in hac Cauſa optime ſcripſit pro Epiſcopo, *Diſceptat. Eccleſiaſticar. tom* 4. *par.* 1. *diſceptat.* 20. *per tot.* & *ſignanter ſub num.* 104. *ubi Reſolutiones*.

1722. 19. Sept —— Dominicus habitans in una eademque Domo Andreæ, licet in Appartamento diverſo, captus amore erga honeſtam Virginem Agnetem ejuſdem Andreæ Filiam, & de more in dies creſcente ejus flamma, oblatione Matri- 1937

mo-

monii cum ea contrahendi, in illius Domum taliter se introduxit, ut anno 1716. de mense Junii coram Parocho & Testibus, cum eadem ejus fidem acceptante & suam promittente, Sponsalia de futuro solemniter contraxerit, sub quorum fide, continuis inde, importunisque ejus suasionibus, in carnalem copulam consensit. Perstitit Dominicus per aliquot menses in fixa & determinata voluntate exequendi fidem promissam, sed mense Septembri ejusdem anni 1716 minis & parum laudabilibus operationibus Conjunctorum inductus fuit ad retardandam dictorum Sponsalium effectuationem. At Agnes serio considerans eidem abstulisse id, quod neque Deus ei restituere poterat, juxta dictum S. Hieronymi registratum *in Can. si Paulus* 32. *quæst*.2. ibi: *Audacter dicam: cum omnia possit Deus, suscitare virginem non potest post ruinam*: videnſque se delusam, recursum habuit ad Curiam Archiepiscopalem Neapolitanam, a cujus sententia Agneti favorabili appellavit Dominicus: & tandem delata Causa ad Sacram Congregationem Concilii, proposita in ea fuerunt duo Dubia: Primum: *An constet de Sponsalibus?* Secundum vero Dubium: *An Dominicus sit cogendus ad contrahendum per verba de præsenti cum Agnete, seu potius teneatur dotare?* Et Sacra eadem Congregatio ad primum Dubium respondit, *Affirmative*: Ad Dubium vero secundum respondit, *Affirmative quoad primam partem: Negative quoad secundam.* Ita habet Ursaya *Disceptat Eccles. tom* 5. *par*.2. *disceptat*.6. *a num*.1. *ad* 10. *sub num.* 66. *&* 67.

1722 27. Nov. —— Parochus habet Juris assistentiam pro administrandis Legatis piis: Dismem- 1938
bratio autem redditParochialium fieri non debet pro simplici Beneficio constituendo, nisi hoc cedat in adjutorium curæ, ut si inserviant pro substentatione & manutentione Ministrorum ad eandem Curam Animarum deputatorum,

Garz. *de Benefic. par* 2. *cap.* 2. *sub num.* 88. ex mente Sacri Concilii Tridentini *sess.* 25. *de reformat. cap.* 16. vel si novus Beneficiatus coadjuvare debeat Parochum in administratione Sacramentorum, juxta terminos Text. *in cap. Ad audientiam, de Eccles. ædific.* ubi Abb. *sub numero* 16 Lotter. *de Re Benefic. lib.* 1. *quæst.* 28. *sub num* 25. Seraphin *decis.* 428. *sub num.* 1. Dismembratio itaque est odiosa, & stricte intelligenda, quæ si facta fuit assentiente Parocho antecessore, nulla de illa habenda est ratio, quia ignorantia vel socordia Parochorum antecessorum nec in minimo præjudicare valet Ecclesiæ, vel Parochis successoribus, Cardin. de Luca *de Jurisdict. discur.* 48. *sub num* 12. Seraphin *decis.* 1417. *sub num.* 3 præsertim si expleta fuit tempore, quo nullus aderat Parochus, nam nullum præjudicium inferre valuit Ecclesiæ vacanti, per Text. *in cap Constitutis, ne Sede vacante*, ut dixit atque firmavit *Rota in Neapolitana Nullitatis Erectionis Beneficii* coram Falconerio, *decis. tom* 4. *decis.* 40 *per tot.*

1723 15. Jan. —— Nota devotio Patrum Carmelitarum Excalceatorum Civitatis Faventiæ, inter 1939
alias Sacras Functiones erga Augustissimum Eucharistiæ Sacramentum, quolibet Anno emicare solet in Dominica infra Octavam SS. Corporis Christi in Processione, quam in exequutionem celebris Constitutionis Gregorii XIII. (*relatæ in mea Collectione de Sacris Ritibus, sub num. margin.* 24) semper in præteritum, non sine magna Fidelium ædificatione, & majori spirituali fructu, æquali devotione ac solemnitate peregerunt: pro qua, juxta diversorum Priorum Conventus placitum & genium, a Parocho asseritur, aliquando petitam ab ipso fuisse licentiam, per cujus fines transire solita est: Cumque de Mense Junio 1722. Pater Adeodatus a S. Teresia, attentissimus Prior ejusdem Conventus, sine tali licentia eandem Processionem facere vellet,

Pa-

Parochus illam etiam cum scandalo impedire ausus est: Unde habito recursu ad Sacram Congregationem Episcoporum & Regularium, in eaque proposita Causa, rescriptum fuit, *Licere Patribus Carmelitis, absque licentia Parochi, facere Processionem*, cum addito, quod *Causa amplius non proponeretur*, ut habet Ursaya, qui scripsit in eadem Causa ad favorem Religiosorum, *Disceptat. Ecclesiasticar. tom. 5. par. 2. disceptat. 8. a num.* 1. *ad* 6. ubi facti series, *& sub num.* 35. ubi resolutio.

1723. 6. Mar. —— Parochi non tantum diebus festis ex officio celebrare tenentur Missam Parochialem, verum etiam applicare Sacrificium pro vivis & defunctis de Populo Curæ sibi commissæ, ut novissime resolvit *Sacra Congregatio Concilii in Forolivien* & antea *in Camerinen*. 1704. 28. *Junii*, nec non & *in Pampilonen*. 1702. 8. *Novembris*, apud Braschium *in Promptuario Synodali*, *cap.* 107. *sub num.* 28. *pag* 570 ubi aliæ quinque præcedentes ejusdem Sacræ Congregationis Decisiones ¶ Vide supra 1681. 10. Maji. 1949

1723. 16. Apr. —— Contendentibus inter se Patribus Conventualibus S. Francisci, & Parochis Civitatis Castelli, proposita fuerunt sequentia Dubia in Sacra Congregatione Episcoporum & Regularium, nempe: An Patres Conventuales Terræ Cisternæ accedentes ad publicas & generales Processiones, incedere possint sub propria Cruce, absque licentia Parochi? Resolutum fuit; *Affirmativa*. An possint dicti Patres accedere ad Ecclesiam, in qua depositum est Cadaver ad effectum sepeliendi in alia Ecclesia: Vel potius teneantur accedere ad Parochialem? Resolutum fuit; *Affirmative quoad primam partem*; *Negative quoad secundam*. An pro Cadaveribus illorum, qui sibi Sepulturam elegerunt in Ecclesia eorundem Patrum, Exequiæ ab ipsis fieri debeant: Vel potius a Parocho? Resolutum fuit: 1950

Affirmative quoad primam partem: *Negative quoad secundam*. An dicto casu electionis Sepulturæ in Ecclesia Patrum Conventualium, Clerus Sæcularis incedere debeat sub propria Cruce: Vel potius sub illa eorundem Patrum? Resolutum fuit: *Negative quoad primam partem*: *Affirmative quoad secundam*: An iidem Conventuales cogi possint ad associanda Cadavera in eorum Ecclesia tumulanda: Vel potius illa expectare possint in Janua propriæ Ecclesiæ? Resolutum fuit: *Negative quoad primam partem*: *Affirmative quoad secundam*. Ita habet Ursaya, qui scripsit in hac Causa ad favorem Conventualium, *Disceptat Ecclesiasticar. tom 5 par. 2. disceptat. 24. a numer. 40. ad 55*

1723. 24. Apr — Die 18. Novembris 1722. defuncto in Oppido S Donati de Sorana Diœcesi Notario Flaminio Marino, illius Cadaver sequenti die associatum fuit ad Parochialem, & Collegiatam Ecclesiam S. Mariæ ejusdem Loci ab illius Clero Sæculari, in eaque sepultum. Quia vero evulgatum fuit, eundem Flaminium sibi elegisse Sepulturam in Ecclesia Patrum Carmelitarum, dicti Carmelitæ procurarunt intelligere, an res revera ita se haberet, & cum plures accessissent Testes de veritate rei deponentes, facta Causa in Sacra Congregatione Concilii, propositisque in ea sequentibus duobus Dubiis, quorum Primum: *An constet de Electione Sepulturæ facta per Flaminium Marini in Ecclesia Patrum Carmelitarum?* Secundum vero Dubium: *An sit locus exhumationi, & restitutioni Cadaveris: & emolumenta ad Ecclesiam tumulantem spectantia, sint restituenda?* Ad utrumque responsum fuit, *Affirmative*. Ita habet Dominicus Ursaya *Disceptat. Eccles. tom. 7. par. 2. disceptat. 24 sub num. 69. 70 & 71.* 1942.

1723. 13. Maii. — Quamquam Tridentina Synodus decreverit, omnes, qui Parochiales, vel 1943.
alias

alias Curam Animarum annexam habentes, Ecclesias quocunque modo obtinent, debere Diebus saltem Dominicis, & Festis solemnibus Plebes sibi commissas, pro sua & earum capacitate pascere salutaribus verbis, docendo ea, quæ Christifideles ad salutem scire oportet, ac explicando Divinæ Legis Præcepta, Fideique Dogmata, Puerosque ejusdem Fidei rudimentis imbuendo, & brevi facilique sermone vitia denunciando quæ declinare, & virtutes quas sectari oporteat: Nihilominus nonnulli Parochialium Ecclesiarum Rectores, hæc, quæ suarum partium adeo sunt, prætermittunt, culpam hujusmodi a se amoliri nitentes, vel prætextu immemorabilis, sed quidem pravæ consuetudinis, vel quia hæc ab ipsis præstari necesse non videatur, suppetente nimirum copia aliorum habentium sacras Conciones in aliis Ecclesiis, itemque imbuentium Pueros Mysteriis Fidei, vel in Scholis, vel in Compitis. Ne itaque, sub inani istarum aliarumque similium excusationum prætextu, tanta Christianæ Reipublicæ, pernicies struatur, districte præcipitur singulis Hispaniarum Archiepiscopis & Episcopis, ut omnino efficiant, quod omnes ii, qui Animarum Curam gerunt, munia prædicta per seipsos, vel, si legitime impediti fuerint, per alios idoneos diligenter exequantur. Si vero aliqui non satis habiles ad illa obeunda reperiantur, iidem Archiepiscopi & Episcopi per alios a se deputandos, sumptibus Parochorum minus idoneorum, opportune suppleri curent: Et in posterum Beneficia, quibus Animarum Cura imminet, nonnisi vere idoneis ad memorata Officia, per seipsos adimplenda, conferantur. *Ita Innocentius XIII. in Constitut. quæ incipit* Apostolici Ministerii, *sub num.* 9. apud Ursayam *Disceptat. Ecclesiasticar. tom.* 5. *par.* 2 *in fine*, §. 1. *in addit.* ubi egregie probat, quod licet hæc Constitutio emanaverit pro

Hispaniarum Regnis, adhuc pro aliis Catholici Orbis Partibus, magni facienda est, ut etiam egomet dixi in Vita Benedicti XIII. a me Italice conscripta ex occasione quod dictus Benedictus XIII. confirmavit eandem Innocentianam Constitutionem, quam habes *in Bullario Romano novissima editionis Luxemburgensis, tom. 8. par 2. Constitut. 1. & incipit* In supremo, *edita anno* 1724 23. *Septembris*.

1723. 13. Maii. — Ne Constitutionis S. Pii Quinti, in qua taxatur congrua fructuum portio, Vicariis perpetuis Animarum Curam exercentibus assignanda, interpretationem ab ejus sententia alienam fieri contingat: declaratur, Constitutionem illam pertinere duntaxat ad Vicarios perpetuos illarum Ecclesiarum Parochialium, quæ aliis Ecclesiis, Monasteriis, Collegiis, Beneficiis, & Locis piis unitæ sint: nec non, portionem annuam fructuum, quæ ibidem statuitur assignanda ipsis Vicariis in summa non majori quam centum, nec minori quam quinquaginta scutorum, intelligi debere de scutis argenteis Juliorum decem monetæ Romanæ pro quolibet scuto. Ita prosequitur *Innocentius XIII. in d. Constitut. sub num.* 10. apud eundem, *ibidem*. ¶ Constitutio Piana, de qua loquitur hæc pars Constitutionis Innocentianæ, habetur integra in mea Collectione de Vicariis utriusque Cleri, *sub num. margin.* 9. 10. 11. 12. & 13. 1944

1723. 13. Maii. — Quoties in aliis Parochialibus Ecclesiis, quæ unitæ non sint, oportuerit ex aliqua justa causa provideri per Coadjutores Parochorum, aut per Vicarios temporarios: curæ erit Episcopis, pro data sibi a Tridentina Synodo potestate, partem fructuum prædictis Coadjutoribus aut Vicariis assignandam determinare in ea quantitate, quæ pro suo prudenti arbitrio & conscientia conveniens videbitur, ratione scilicet habita reddituum & emolumentorum 1945

rum Ecclesiæ Parochialis, in qua deputati fuerint, nec non inspectis conditionibus loci, numero Animarum, qualitate laboris, & quantitate impensarum, quas commissi officii necessitas postulaverit. Quod si Parochi ab Episcopis moniti, congruo iisdem termino præfixo, Coadjutores sive Vicarios temporarios, quoties opus fuerit, assumere neglexerint, poterunt ipsi Episcopi eos, quos huic muneri idoneos censuerint, auctoritate propria deputare cum assignatione antedictæ portionis fructuum. Et nihilominus, ubi etiam prædicti Coadjutores aut Vicarii temporarii a Parochis nominati vel assumpti fuerint, eorum de idoneitate Episcopis constare per examen debeat, antequam ad exercitium admittantur: nec satis sit, quod ad Confessiones audiendas antea fuerint approbati, nisi etiam aliis qualitatibus ad Curam Animarum recte exercendam opportunis prædicti noscantur: quibus si careant, nec Parochi deinde intra alium similem terminum ab Episcopis præfigendum, alios vere idoneos nominaverint; tunc pariter ad ipsos Episcopos libere spectet deputatio cum dicta congrue assignatione; nec ulla Parochorum contradictio, aut exemptio, aut appellatio, aut cujuscunque Judicis inhibitio, executionem deputationis, & assignationis certæ partis fructuum in casibus præmissis suspendere possit; itemque non obstante qualibet contraria consuetudine, etiam immemorabili. Ita prosequitur *Innocentius XIII in d. Constitut. sub numer.* 11. apud eundem, *ibidem*.

1723 13. Maii. —— Verum, quia non satis Animarum Curæ, & necessitatibus quandoque consultum est per hoc, quod ad obeunda Parochialia munia alii Sacerdotes adjungantur, sed majora remedia adhiberi oportet, quoties nempe ob locorum distantiam, sive itineris difficultatem Parochiani sine magno incommodo pro Sacramentis 1946

percipiendis, Divinisque Officiis audiendis accedere ad Ecclesiam Parochialem nequeant: tunc quidem meminerint Episcopi, licere sibi pro suo arbitrio, invitis etiam Rectoribus, vel intra easdem Parochias, destinare alias Ecclesias, in quibus Sacerdotes Parochorum Coadjutores Sacramenta ministrent, & Divinum Cultum exhibeant: vel novas Parochias, novasque Parochiales Ecclesias a veteribus distinctas constituere; iisque novos Parochos præficere, assignata ex redditibus, ad veterem Parochialem Ecclesiam quomodocunque pertinentibus, convenienti portione ad victum eorum, qui, vel tanquam Coadjutores in dictis aliis Ecclesiis deputati, vel tanquam distincti & independentes Parochi, Curam Animarum exercuerint, nulla ad præmissa impedienda suffragante appellatione, aut inhibitione. Ita prosequitur *Innocentius XIII. in d. Constitut. sub num.* 12 apud eundem, *ibidem*.

1723. 15 Maii. —— Corruente supposito, corruit omne id quod illi innititur, ut dixit *Rota in Placentina Funeralium §. Verum, coram de Gamachet*, apud Ursayam *Disceptat. Eccles. tom. 7 par. 1. disceptat. 6. sub num* 52. quam Rotæ Decisionem ibidem adducit ad probandum, quod renuente Parocho associare Cadaver, licitum est Regularibus propria auctoritate illud ad Ecclesiam deferre: & consequenter dum Parochus noluit accedere ad hujusmodi associationem, nullo modo sustineri possunt Censuræ, sub diverso præsupposito, non minus nulliter, quam injuste ab Episcopo contra Guardianum fulminatæ. 1947

1723. 17 Iul. —— Proposito in Sacra Congregatione Concilii Dubio: *An a Beneficio, seu a Capellania, ad cujus titulum quis intendit ad Sacros Ordines promoveri, detrahenda sint onera Missarum eidem adjecta, quando Beneficiatus non tenetur eas per seipsum celebrare: Vel potius, oneribus Missarum non detractis, sive illa celebranda sint per seipsum,* 1948

psum, sive possint celebrari per alium, faciendus sit calculus omnium fructuum pro constituenda summa, a Synodali Constitutione, vel Regionis more requisita pro Sacris Ordinibus suscipiendis? Eadem Sacra Congregatio respondit, *Esse relinquendam arbitrio, & conscientiæ Ordinariorum*: ut refert Ursaya doctissimus Almæ Urbis Advocatus *Disceptat. Ecclesiastic ar. tom. 5. par 2. in fine in Addit.* §. 4. ubi remittit ad eā, quæ ipse fundate dixit ante hanc Resolutionem, *dict. tom. 5. par 1. disceptat. 4. sub num.* 146. ubi cæteroquin videnda.

1723. 19. Nov. —— Facultas Nuncii Hispaniarum concessa, restricta est ad Beneficia simplia, quorum fructus una cum incertis non excedunt aureos ducatos vigintiquatuor. Dum autem non docetur, quod Nuncius intra limites & formam præscriptam hac facultate usus fuerit, sed excesierit in summa valoris, Provisio ab ipso taliter facta, tanquam destituta viribus Indulti, nulla & invalida remanet, uti facta sine facultate, *cap. cui de non Sacerdotali 27 de Praben. in 6* Gloss. *in cap quamvis plenissima 4. eod. tit in 6.* quod enim fit extra fines, & formam Indulti, sine Indulto factum videtur, *leg. diligenter, ff. mandati*. Quo posito, sequitur quod talis Provisus a Nuncio non est legitimus Contradictor ad impediendam executionem Litterarum Apostolicarum, & consequenter contra Provisum Apostolicum, nihil sibi suffragatur possessio adepta ex titulo, qui nullus & infectus detegitur, ut pluribus ad rem citatis præcedentibus decisionibus dixit *Rota in Segobien. Beneficii* coram Falconerio, *decis. tom 4. decis.* 80. *sub num.* 4. *& duob. seqq.* 1949

1724. 15. Jan. —— Proposito in Sacra Congregatione Concilii Dubio, quomodo se gerere debeat Parochus Sancti Spiritus in Saxia de Urbe in collatione Baptismatis Infantibus, qui ad Archihospitale deferuntur, sive iidem habeant schedulam de Baptismo testantem, sive non habeant, 1950

&

& etiamsi ex colore, & cæteris corporis qualitatibus deprehendantur, eosdem esse constitutos in ætate sex aut decem mensium, vel unius anni cum dimidio? *Et Sacra eadem Congregatio in Romana* respondit, *esse baptizandos sub conditione in omnibus casibus, excepto tamen casu schedulæ, quæ habeat certitudinem*. Ita decisum refert Eminentissimus Petra in sæpe laudatis, semperque laudandis Commentariis ad Constitutiones Apostolicas, *tom.* 5. *circa Constitut.* 42. *Sixti IV. sub n.* 8. *pag mihi* 581 Et egomet retuli in mea Collectione de Sacris Ritibus, sub numer. margin. 1423. *pag.* 494.

1724. 4. Febr. —— Ambitiosum non est, locum ac præcedentiam competentem jure sibi vindicare, ut debitus ordo servetur, *Can.fin.dist.*17 *cap.*1.& *cap. Statuimus, cum ubi notat. de major. & obed.* Jus autem præcedentiæ legitime semel acquisitum, nequit aufferri, ad regulam Text. *in leg. Id quod nostrum, ff. de regul. Jur* ubi Cagnol *sub numero* 5. & ex eis dixit atque firmavit *Rota in Romana Præcedentiæ*, coram Falconerio, *decis. tom.* 4. *decis.* 74. *sub num.* 19. ¶ Notandum, quod cum Præcedentia proveniat a Deo, a Natura, a Lege, ut allata trinæ propositionis ratione, optime differit Scarfantonus *in Animadvers. ad Elucubrat. Canonic. Jacobi Ceccoperii, par.*1.*pag.*2. *sub num.* 13. potest idcirco unusquisque suum locum prætendere, nec debet de facili illum alteri cedere. Loca autem digniora quæruntur, non propter ambitum, sed propter finem observandi debitum ordinem, quod est laudabile, & Juri consonum: sunt verba Bordoni *de Præceden. sub numer.* 6. apud Ursayam *Disceptat. Ecclesiasticar. tom.* 4 *par.* 2. *disceptat.* 25. *sub numer.* 37. *pag.* 222. *juxta edit. Venet. de Anno* 1724. *post Roman. de Anno* 1720. 1951

1724. 18. Febr. —— Innocentius Papa Decimustertius per organum Sacræ Congregationis Episco- 1952
po-

porum mandat, in docendo Doctrinam Christianam adhiberi Libellum Eminentissimi Domini Cardinalis Bellarmini, data Episcopis libertate interdicendi Typographis & Librariis, ne aliam, quam ipsiusmet Bellarmini Doctrinam Christianam imprimant, aut venalem exponant: ut refert Joannes Baptista Braschius *in Promptuario Synodali cap.* 10. *sub num.* 28. Ita etiam habet Concilium Beneventanum de Anno 1693. *tit.* 1. *cap.* 5 a me laudatum *in Vita Benedicti Decimitertii*, *quam Italico sermone conscripsi*. Videri etiam potest quoad hoc Synodicon Diœcesis Beneventanæ, *part.* 1. *tit.* 1. *cap.* 1. ¶ Vide supra 1716. 13. Sept.

1724 6. Sept. —— Edictum Innocentii Duodecimi de Parochialibus Ecclesiis Pensionum onere non gravandis, amplissime confirmat & approbat *Benedictus XIII. in Constitutione, quæ incipit* Quanta Pastoribus Animarum, *& Domi asservo Romæ impressum* 1714. *ex Typographia Reverendæ Cameræ Apostolicæ*. Reservata tamen Romano Pontifici pro tempore existenti facultate ac authoritate imponendi Parochialibus Ecclesiis eas Pensiones, quas Beneficiorum proventus, & locorum, personarumque conditio imponi permiserint, in favorem dumtaxat & commodum Fabricæ earundem Ecclesiarum, ad hoc ut illæ ejusmodi certo subsidio promptius reparari, opportune manuteneri, & congruis etiam ornamentis augeri possint & evaleant ¶ Edictum autem Innocentianum in dicta Constitutione confirmatum, est tenoris sequentis videlicet: *Bandino del Titolo di S. Pancrazio Prete Cardinale Panciatichi, e della Santità di Nostro Signore Prodatario. Volendo la Santità di Nostro Signore con la sua paterna carità e zelo eccitare li Parrochi alla maggiore vigilanza delle Anime alla di loro cura commesse, e facilitargli il modo di sovvenire alle necessità delle medesime con più abbondanti elemosine*: 1953

Quin-

Quindi è, che per ordine espressa datoci à bocca dalla Santità Sua comandiamo & ordiniamo, che per l' avvenire non s' abbiano da aggravare le Parrocchiali, etiam di Juspadronato Laicale di Pensioni, e che ciò deva osservarsi ancora dagli Ordinarj nella provifte che essi faranno per farne. In oltre, che non si ammettano rassegne ò permute di Parrocchiali con riserva di Pensioni à favore di chi sia, e sotto qualsivoglia titolo, etiam di prestazione di alimenti; e che molto meno si riservino Pensioni sopra le medesime Parrocchiali sine causa, Beneficio pleno, *di consenso de' Possessori per qualsivoglia causa, e titolo. Dalla Dataria, questo di 11. Novembre 1692. B Card. Prodatario.*

1724. 29. Dec. —— Parochiales Ædes, earumve partes non sunt Laicis locandæ, ut clare loquitur *Edictum Almæ Urbis*, §. 10. nisi fortassis Ecclesia magna prematur inopia, & Ædes sint commode divisibiles, ut habet Concilium Mediolanense primum *par. 2. tit. de Cleric. Ædib. §. 2.* & tunc non fiant in eisdem Comediæ, Spectacula, Cantillenæ, Saltationes, & Choreæ, hisque similia, ex Concilio Mediolanensi secundo *titul. 2. decr.* 34. quæ multo minus ibi fiant, dum ab ipsomet Parocho inhabitantur, prout statuit Synodus Fulginatensis de Anno 1722. cap. 7. sub num. 2. apud Braschium *in Promptuario Syndali, cap. 106. sub num. 41. pag.* 565 1954

1725. 19. Febr. —— Pro contrahendo Matrimonio non requiritur illa rigorosa probatio acquisiti Domicilii, quæ ad alios Juris effectus exigi solet: sed satis est, quemquam cæpisse habitare in aliquo Loco cum intentione ibidem morandi, etiamsi non habeat animum deserendi primum Domicilium, a quo divertit, & dummodo per aliquod temporis spatium in nova Parochia permanserit, ut dixit *Rota in Leopodien. Matrimonii, §. Cum igitur coram Cerro*, ubi etiam *Non confstito* dictum fuit, quod Fagnanus speciatim re- 1955

refert, quæsitum fuisse de validitate Matrimonii initi inter Virum & Mulierem Trajectenses, qui sese contulerant Aquisgranum, ibique, post breve temporis intervallum, Matrimonium contraxerant: & Sacram Concilii Congregationem respondisse, exprimendum esse tempus, quod si fuisset saltem unius Mensis, dandam esse decisionem pro validitate Matrimonii. Ita refert Ursaya *Disceptat. Eccles. tom. 7. par. 2. disceptat. 25. sub num.* 40. & 52.

1725. 10. Apr. —— Fratribus Prædicatoribus indulgetur, ut ipsi de cætero Processionem SS. Rosarii, qualibet prima Dominica Mensis Octobris, ingrediendo limites cujuscunque Parochiæ, Ordinarii licentia minime requisita, & absque assistentia Parochi, ac cum omni pompa, peragere libere & licite possint, prout indulget *Benedictus* XIII. apud Eminentissimum Petram in eruditissimis Commentariis ad Constitutiones Apostolicas, *tom. 5. circa Constitut.* 18 *Sixti IV. sub num.* 16 *pag.* 565 & ex eo etiam retuli in mea Collectione de Sacris Ritibus, *sub num. margin.* 1438. *pag.* 504. 1956

1725. 28. Apr. —— Omnia Privilegia Ordinibus Regularium concessa, quoad Quartam Funeralem tantum pro locis infra exprimendis, reformantur, ad viam Juris reducuntur, & quatenus opus sit, etiam revocantur & abrogantur, neque cuiquam deinceps suffragari posse vel debere decernitur. Statuitur ergo, ut in Italia, eique adjacentibus Insulis, in futurum Parochis Defunctorum, qui in Ecclesiis quorumcunque Regularium tumulabuntur, persolvatur, & cum effectu tradatur Quarta Pars omnium Intorticiorum & Candelarum, quibus Defuncti Cadaver in itinere ad Ecclesiam tumulantem associabitur: nec non omnium Intorticiorum & Candelarum, quæ in eadem Ecclesia circa Cadaver, vel etiam in Altaribus in die Funeris accendentur. A prædicta 1957

dicta tamen Quarta Funerali exceptæ intelligantur & sint Candelæ, quas Sacerdotes, etiam Regulares, vel piarum Sodalitatum Confratres Funus associantes, manualiter per viam accensas deferent, ut sic servandum præcipit *Benedictus XIII. in Constitut. quæ incipit* Romanus Pontifex *Romæ impressa* 1725. *typis Reverendæ Cameræ Apostolicæ, & Domi retineo.*

1725. 28. Apr. —— Quod si Funus non fieret in die Tumulationis, sed ad diversam diem vel ad aliud longius tempus differretur, Parocho nihilominus assignetur Quarta Pars omnium Intorticiorum & Candelarum; quæ ipsamet peracti Funeris die in Ecclesia, ubi Defunctus humatus fuit; circa Cœnotaphium seu Tumulum honorarium, atque etiam in Altaribus ejusdem Ecclesiæ, accensa fuerint. Hæc porro omnia locum habeant, & exacte in posterum observentur, quotiescunque Defunctus extra suam Parochialem Ecclesiam tumuletur vel exponatur, sive quia in Ecclesia tumulante vel exponente Beneficium obtinuerit, sive quia ibidem Sepulchrum habuerit Gentilitium, sive tandem quia in ea Sepulturam elegerit, ut statuendo prosequitur *Benedictus* XIII. *in d. Constitut.* 1958

1725. 28. Apr. —— Cæterum, sub prædicta Quarta Funerali non comprehenduntur, imo expresse ab ea excipiuntur legata Missarum & Anniversariorum, hisque similia pia relicta, ad favorem Ecclesiæ tumulantis vel exponentis a Defuncto disposita: circa quæ, ac omnia & singula alia, de quibus in hac Constitutione mentio facta non fuit, Privilegia Regularibus Ordinibus ab Apostolica Sede concessa, salva prorsus, illæsa, ac inviolata perpetuo permanere, & ab omnibus, ad quos spectat & pro tempore quandocunque spectabit, inconcusse & irrefragabiliter observari debere decernitur. Ubi vero consuetudines legitime probatæ, conventiones, 1959

con-

concordiæ, vel ſtatuta vigerent, quæ magis Parochis faverent, illiſque pinguiorem prædicta Quarta emolumentorum funeralium portionem aſſignarent, ea in iis, in quibus vigent, locis, inconcuſſe ab omnibus obſervari ſancit, præcipit, & jubet *Benedictus* XIII *in d. Conſtitut.*

1725. 2. Maii. —— Ordinarii Locorum, ubi ſita 1960
ſunt Beneficia Clericorum Veſtes Laicales deferentium, impudentiam canonicis remediis omnino coerceant, & hunc in finem non modo poſſint; ſed etiam debeant contra ipſos procedere per citationes Domi dimiſſa copia, quatenus domicilium habeant in eorum reſpective Diœceſi: ſin minus per citationes ad valvas: Juriſque ordine cæteroquin ſervato, ſententiam declaratoriam privationis obtentorum Beneficiorum in ipſos ferre & pronunciare, ita tamen, ut eadem Beneficia omnimodæ Romani Pontificis pro tempore exiſtentis diſpoſitioni reſervata cenſeantur, juxta Conſtitutionem Sixti Quinti, *ſupra poſitam & editam anno* 1589. 9. *Januarii*. Præterea ſtatuitur; prædictis Clericis Beneficiatis in Habitu Laicali incedentibus minime licere percipere, nec facere ſuos fructus, & proventus quoſcunque ſuorum Beneficiorum: quin etiam expreſſe decernitur, ejuſmodi Beneficiatos ex mero facto inceſſus in Habitu Laicali, quamvis nulla præceſſerit Ordinariorum ſententia declaratoria privationis Beneficiorum; quæ obtinent, imo etiamſi nulla citatio, monitio, vel alius judicialis actus in eos fuerit inſtitutus, ipſo jure, amiſſionis & privationis fructuum prædictorum pœnam incurrere; ita ut nullo modo percipere, nec perceptos retinere, vel facere ſuos poſſint: ſed ipſos abſque ulla prorſus diminutione ad commodum Fabricæ Eccleſiarum, in quibus erecta ſunt Beneficia, illico ſub pœna lethalis culpæ reſtituere teneantur: a qua quidem reſtitutionis obli-

obligatione a nemine, præterquam a Romano Pontifice pro tempore existente (sublata cæteris omnibus, etiam Pœnitentiariæ Apostolicæ Officio, & Majori Pœnitentiario condonandi facultate) eos absolvi & liberari posse vult, præcipit, & mandat *Benedictus XIII. in Constitut. quæ incipit* Catholicæ Ecclesiæ, *& quam ego Domi retineo Romæ impressam, typis Reverendæ Cameræ Apostolicæ* 1725

1725. 12. Maii. —— Decernitur & præcipitur per totam Italiam & Insulas adjacentes, ut in posterum provisi de Parochialibus una cum incertis annuum redditum scutorum centum monetæ Romanæ excedentibus, teneantur solvere & respective deponere mediam annatam (seu medios fructus Beneficiorum primi Anni) pro Fabrica Ecclesiæ Cathedralis, si extra Ecclesias Collegiatas Beneficia sita sint: si vero sita sint in Ecclesiis Collegiatis, vel ad illas translata, dictam mediam annatam solvant & deponant pro Fabrica Ecclesiæ Collegiatæ, cujuscunque valóris existant, exceptis Beneficiis a Sancta Sede conferendis, & dummodo legitima non vigeat consuetudo solvendi vel dimittendi fructus sex mensium, aut similem & non minorem ratam favore Fabricæ vel Sacristiæ utroque enim in casu pro Fabrica prædicta nihil solvendum, aut deponendum erit. Huic tamen solutioni mediæ annatæ minime subjecta existant Beneficia illarum Diœcesum, & respective Collegiatarum, in quibus reperitur opus, seu peculiare patrimonium Fabricæ sufficienter instructum: aut onus, seu obligatio reparandi Ecclesias residet penes Communitates Locorum, vel adsunt dictarum Ecclesiarum Patroni, qui, nisi reparare & manutenere velint easdem Ecclesias, earum Patronatum amittere debent: Cum enim in his satis consultum sit reparationi & conservationi Ecclesiarum, aliud superaddere Beneficiatis impendium, 1964

dium, quod vergeret in sublevamen eorum, qui de jure tenentur, non vult, *Benedictus XIII. in Bullario Romano, tom. 10. Constitut. 7. quæ incipit* Pius & misericors Dominus.

1725. 9. Jun. —— Postquam Archiepiscopus Leopoliensis validum esse sensit Matrimonium, die 16 Novembris 1708 contractum inter Regium Principem Constantinum SubjesKi, & Comitissam Josepham de Vessel, delataque Causa ad Sacram Concilii Congregationem, hæc eadem pariter pro validitate respondit, ad petitionem prædicti Regii Principis, demandatum fuit a s. m. Clemente Papa Undecimo, ut hæc ipsa quidem Sacra Congregatio in ejusdem Causæ cognitione procederet, sed cum Voto Rotæ: Cumque prævиis duabus Decisionibus, Rotæ Auditorium suum tulerit Votum, in quo ait Matrimonium substineri: quæritur in præsenti, an Votum Rotale sit exequendum. Porro percurrendo Rotæ Decisiones, habetur, Matrimonium contractum fuisse coram Parocho Gedani, & duobus Testibus, & dictum Parochum fuisse proprium Principissæ, quod satis est: cum pro validitate Matrimonii sufficiat, quod fuerit celebratum coram Parocho habitationis alterius ex Contrahentibus. Ad effectum autem demonstrandi, quod Parochus Gedani erat proprius Principissæ Parochus, Rota ponderavit, quod Principissa habitaverat in dicto Loco per decem Menses ante contractum Matrimonium, & quod in eodem Loco permansit duobus fere annis post illud contractum. Quo circa onus erit EE VV. decernere: *An Votum Rotale sit exequendum*: Et Sacra Congregatio Concilii sub dicta die 9. Junii 1725. respondit, *Affirmative*. Ita habet Dominicus Ursaya *Disceptat. Eccles. tom 7. par. 2. disceptat. 25. sub num. 75.* 1962

1725. 4. Dec. —— Sacra Congregatio Eminentissimorum & Reverendissimorum Dominorum San- 1963

ctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, a Sanctissimo Domino Nostro Benedicto Decimotertio, Sanctaque Sede Apostolica ad Indicem Librorum eorundemque prohibitionem, expurgationem, & permissionem in Universa Republica Christiana specialiter deputatorum, sequentem damnavit Librum quocunque loco & tempore impressum, cui titulus: *Circulus aureus, seu breve Compendium Cæremoniarum & Rituum, quibus passim ad suas & Proximi utilitates Presbyteris uti contingit: Authore P. F. Francisco de Capellis a Bononia Ordinis Minorum Capuccinorum.* Ita in Folio Romæ impresso, ex Typographia Reverendæ Cameræ Apostolicæ 1725 Quod quidem Folium ego Domi integrum asservo. ¶ Caveant igitur Parochi, ne amplius utantur hoc Libro.

1726. 30. Mar. —— Proposito in Sacra Congregatione Concilii sequenti Dubio, scilicet: *An Presbyteri Missionis possint celebrare, & respective canere Missas, ac Vesperas solemnes in Festo Dedicationis S Michaelis Archangeli in Ecclesia ejusdem Sancti nuncupata* delle Romite, *contradicente seu dissentiente Parocho S. Quirici nuncupato* delle Marignole? Et Sacra eadem Concilii Congregatio in Florentina ad primum Dubium respondit, *Affirmative*: ita habet Ursaya *Disceptat Ecclesiastic ar. tom. 9 par. 2. disceptat. 29. sub num. 151. & 152. pag* 484. 1964

1726 20. Jul. —— Ne Cura Animarum in Ecclesiis Parochialibus Almæ Urbis Romæ, & extra ejus pomeria constitutis, neglecta & collapsa propterea concidat, quod earumdem Rectoribus congrua sustentatio desit, sine quibus eorum Officium non eo, quo par est, zelo & pietate exerceri, ipsamque Animarum salutem magnum discrimen incurrere, longa experientia compertum est Pius. Quintus, ut Sacrosancti Concilii Tridentini Decreta in usum induceret, varias in 1965

in hujus Almæ Urbis Ecclesiis perpetuas Vicarias, actualem Animarum Curam habentes, congrua & sufficienti portione assignata, provide instituit. Urbanus vero Octavus, & Clemens Undecimus quasdam Parochiales Ecclesias & Vicarias extra pomœria Urbis erexerunt, ut Incolis suburbanis auxilia spiritualia; quacunque occasione, tam in Doctrinæ Christianæ rudimentis rite explicatis; quam in Dei verbo Festis Diebus ex ore sacrorum Ecclesiæ Ministrorum audiendo, inque Christi Domini Sacramentis, ex eorundem manu recipiendis, prompte suppeterent; ut enarrat *Benedictus XIII. in Bullar. Roman. tom 9 seu ejus Continuat par. 4. Constitut.* 28. quæ incipit Pastoralis nostra sollicitudo, § 1. *pag.* 288. *juxta editionem Luxemburgensem de Anno* 1730.

1726. 20. Jul. —— In maturum autem examen vocari decrevit Summus Pontifex, an revera hujusmodi Parochialium Ecclesiarum Rectores & Vicarii olim instituti, congrua & sufficienti sustentatione fruantur; sique æqua & congrua ejusdem portionis assignatio desit; & quonam pacto eas assignari possit. Quare consilio & approbatione probe intellectis totius Congregationis ad hoc deputatæ S. R. E. Cardinalium & Prælatorum, in hanc determinationem devenit, ut primo loco sequentibus Vicariis & Parochialibus Ecclesiis congruæ portiones non essent adsignandæ, quia sufficienter dotatæ reperiuntur. Sunt vero 1. Beati Angeli ad Fornaces; 2. Beati Lazari: hæ duæ Vicariæ a Basilica Vaticana dependent. 3. Parochialis Ecclesia Beatorum Laurentii & Urbani ad primam Urbis portam; 4. Vicaria Beatæ Mariæ ad Magos, quæ a Basilica Lateranensi dependet. 5. Parochialis Ecclesia Beati Sebastiani extra portam Capenam, ex Basilica Lateranensi olim dismembrata. Secundo loco 1966

statuit & declaravit, nullam congruam assignandam Parochiali Ecclesiæ S. Pauli in via Ostiensi, olim dismembratæ ex Diaconia Beatæ Mariæ in Cosmedin: siquidem Cœnobium Monachorum Casiuensium, ad quos eadem Basilica S. Pauli pertinet, redditus & sufficientem portionem habet: quare huic nulla congrua partio debetur. Pari modo Parochiali Ecclesiæ Beati Laurentii in agro Verano, quam regunt Canonici Regulares S Salvatoris, nullam congruam portionem assignandam esse decrevit *Benedictus XIII. in d. Bullar. Rom. d. Consti.* 28. § 2.

1726. 20. Jul. —— Tertio loco portionem, & congruam sustentationem subsequentibus Ecclesiis Parochialibus assignandam esse perspexit, & assignat Summus Pontifex. Hæ vero sunt 1. Parochialis Ecclesia Beati Francisci in Monte Mario, quæ pertinet ad Congregationem Eremitarum Beati Petri de Pisis: huic Parochiali Ecclesiæ, ejusque Rectori centum annua scuta argentea monetæ Romanæ pro congrua assignari vult & mandat. 2. Parochialis Ecclesia Beatæ Agnetis in via Nomentana, quæ pertinet ad Canonicos Regulares S Salvatoris, annuam portionem congruam sexaginta scutorum argenteorum monetæ Romanæ omnino habeat. Statuit tamen & declarat, ut centum annua scuta argentea monetæ Romanæ Rectori Beati Francisci in Monte Mario, & similiter scuta sexaginta Rectori Beatę Agnetis in via Nomentana assignentur & divisione, partitione, & taxā, Prædiis imponenda, quæ intra limites utriusque Ecclesiæ comprehenduntur, cum Parochiani dictis Ecclesiis, aut Matrici nullas Decimas solvant. Pauperes tamen Agricolas & Vinearum cultores rerum inopia laborantes, qui propriis manibus & corporis assiduo labore sibi victum conquirunt, a quacunque ejusmodi congruæ portionis solutione 1967

im-

immunes esse declarat, ac penitus eos eximit *Benedictus* XIII. *in d. Bullar Rom. d. Constit.* 28. *§.* 3. *&* 4.

1726. 14. Dec. —— Propositis, de mandato Sanctissimi D. N. Papæ Benedicti Decimitertii, in Sacra Congregatione Episcoporum & Regularium novem Dubiis ad Procurationem Visitatori Apostolico debitam spectantibus, inter illa fuit sequens, videlicet: *An Regulares possidentes Bona stabilia in communi, teneantur Procurationem solvere, seu in quibus casibus?* Et Sacra eadem Congregatio ad septimum Dubium resolvendo respondit: *Affirmative iis in casibus, in quibus Regulares visitentur: semper vero pro Parochiis sibi unitis* Ita in Folio Romæ impresso, quod ego Domi retineo. Omnia vero novem Dubia ad hanc rem edita habebis in mea Collectione pro Episcopis, & Abbatibus utriusque Cleri juxta secundam editionem. 1968

1727 27. Mar. —— Cum in Sacra Episcoporum Congregatione proposita fuissent quinque sequentia Dubia, scilicet, Primum: *An concessiones in emphyteusim, factæ per Rectores Beneficiorum S. Mariæ de Mitigliano, & S. Mariæ della Bruna, earumque exequutio sustineatur?* Secundum vero Dubium: *An Sacerdos Lucas de Mayo teneatur ad restitutionem fructuum?* Tertium autem Dubium: *An idem Lucas teneatur ad restitutionem pretii Arborum incisarum, illiusque fructuum?* Quartum Dubium fuit: *An ex causis, de quibus in actis, factus sit locus devolutioni Bonorum favore Ecclesiæ?* Quintum denique Dubium: *An dictus Lucas sit judicandus inhabilis ad dictum Beneficium S. Mariæ de Mitigliano?* Eadem Sacra Episcoporum Congregatio in Massælubren. Concessionis in Emphyteusim respondit, *Pro taxatione, juxta modum*, ut habet Ursaya, qui scripsit in hac Causa, *Disceptat. Eccles. tom* 7 *par.* 1. *disceptat.* 4. *sub num.* 121. 1969

1727. 2. Sept. —— Sacra indicis Congregatio duos sequentes damnavit Libros, quorum primus inscribitur: *Manuale comodo per gli Curati, e per ogni altro Sacerdote, che s' impieghi a benefizio de' Fedeli in Funzioni, alsqo Ministeriospettanti: Di Giovanni Battista Benamati. Parma MDCIC.* Alteri vero Libro, qui hac eadem die prohibitus fuit, titulus est: *Manuale Exorcistarum, & Parochorum, Authore Candido Brugnolo: Venetiis* 1673. Ita habetur in Folio, quod ego Domi habeo, Romæ impressum 1727. ex Typographia Reverendæ Cameræ Apostolicæ ¶ Prædictis ergo duobus Libris non possunt amplius Parochi uti.

1728. 21. Febr. —— Ad sequens Dubium in Sacra Congregatione Concilii disputatum, scilicet: *An Confraternitas possit, sine licentia & interventu Parochi, exponere in suo Oratorio Sanctissimam Eucharistiam?* Et Sacra eadem Concilii Congregatio in Alexandrina respondit: *Affirmative, accedente licentia Episcopi*: quia in omnibus Ecclesiasticis Functionibus, concurrente permissione Ordinarii, qui dicitur Parochus Parochorum, nulla alia Parochi licentia requiritur: sunt verba Rotæ post multos Concordantes, *decis.* 63. *sub num.* 3. *coram Herrera*, apud Dominicum Ursayam celebrem Almæ Urbis Advocatum *Disceptat. Ecclesiasticar. tom.* 9. *par.* 2. *disceptat.* 29. *sub num.* 154. *pag.* 484. 1970

1728. 15. Maii. —— Disputato in Sacra Congregatione Concilii Dubio sequenti, videlicet: *An Confraternitas, independenter a Parocho, explere possit quascunque Functiones in propria Ecclesia?* Et Sacra eadem Concilii Congregatio in Bononien. ad sextum Dubium respondit, *Affirmative, dummodo non sint prohibita?* ut refert Ursaya *Disceptat. Ecclesiasticar. tom.* 9 *par* 2. *disceptat.* 29. *sub num.* 53. *pag.* 484. 1971

1728. 10. Jul. —— Sanctissimo D.N. Benedicto XIII. 1972
expo-

expoſitum fuit pro parte Dominici Mariæ Sanpierdarena de Genua, quod mediante Sacerdote Cajetano Cavazza deputato ab Archiepiſcopo Januenſi in locum Parochi, cum diſpenſatione ſolitarum Denunciationum, & coram duobus Teſtibus, ipſe contraxit Matrimonium cum Puella Maria Catharina Piccoiuga, reciproco præſtito conſenſu a dicto Dominico quidem in voce, a Puella vero in ſcriptis, ſeu per Epiſtolam e feneſtra propriæ Domus ab eadem projectam, propria manu ſubſcriptam, & recognitam ante dictum Archiepiſcopum, qui per ſpecialem ſententiam definitivam validum declaravit dictum Matrimonium, & deſcribi mandavit in Libris Matrimoniorum Eccleſiæ Parochialis S. Donati de eadem Civitate. Quia tamen nomine dictæ Puellæ impugnatum fuit dictum Matrimonium a Maria Magdalena Regeſta Queirazza Avia Materna, ac ab aliis Executoribus & Curatoribus Teſtamentariis, habito prius recurſu ad Magiſtratum Laicalem illius Reipublicæ, & ulterius in Alma Urbe ad Sacram Congregationem Concilii, ubi inter alia, deducta fuit ſolemnis proteſtatio, & declaratio facta a prædicta Maria Catharina Piccaluga ante Sacerdotes Angelum Mariam Andora, & Sirum Franciſcum Saſanova, Religioſos Ordinis S Franciſci de Paula, in qua denegando poſitive prædictum conſenſum ab ipſa præſtitum ſpecialiter in ſcriptis, interpoſuit appellationem ad Sanctam Sedem a judicio præfati Archiepiſcopi. Dicta Sacra Congregatio Concilii juſſit, ut dicta Puella collocaretur in aliquo Monaſterio dictæ Civitatis, prout collocata fuit, ubi de mandato dictæ Sacræ Congregationis, præfatus Archiepiſcopus, explorata dictæ Puellæ voluntate, reportavit conſtantem, & cum juramento denegationem conſenſus dicto Matrimonio præſtiti, expreſſamque declaratio-

nem se nolle pro suo Marito dictum Dominicum. Vide quod sequitur.

1728. 10. Jul. —— Cum ergo ex superius dictis cognoscere Dominicus praefatus ortam in seipsum magnam aversionem & odium ipsius Puellae & suorum Consanguineorum: & cum idcirco juste timeret, quod ex his oriri possent majores perturbationes & majora inconvenientia, supplicavit Sanctissimo D. N. Benedicto XIII. ut ad evitanda scandala & pericula, & ad removendam inquietudinem, vellet de medio tollere & abolere Litem, dispensare, & dissolvere gratiose, prout res indigeret, & ad majorem cautelam dictum Matrimonium, ac ponere in libertatis plenitudine tum Dominicum Mariam Sanpierdarena, tum etiam dictam Puellam Mariam Catharinam Piccoluga. His Pontifex auditis, & de narratorum veritate certior factus, volens in praesenti casu, in quo agebatur de Matrimonio dumtaxat rato, gratiam facere, per Chirographum omnia continens secuta & periculose timenda, avocata ad se Causa ad praedicta Tribunalia delata & pendente super validitate vel nullitate ducti Matrimonii, eam abolevit, perpetuumque utrique Parti silentium imposuit; & dictum Matrimonium inter dictum Dominicum & dictam Puellam dumtaxat ratum, & dubium, ac iterato juramento constanter impugnatum dispensavit, mandans Auditori suo, ut stante dicta dispensatione, declararet, tam dictum Dominicum, quam dictam Mariam Catharinam esse liberos a vinculo dicti Matrimonii tanquam nunquam secuti, & adnotationem in Libro Parochiali Matrimoniorum jam factam, abolendam esse. Hoc igitur accepto Chirographo, Auditor Papae publicum statim pronunciavit Decretum, & Matrimonium dissolutum fuit. Ita Ursaya *Disceptat. Eccles. tom. 7. par. 1. disceptat. 8. sub num.* 1974

numer. 46. *pagin.* 37.

1728. 13. Sept. —— Ut Divinus Cultus in Parochiali Ecclesia Beatæ Mariæ, & Ss. duodecim Apostolorum Terræ Balneariæ, Nullius Diœcesis, Provinciæ Rheginensis in Calabria ulteriori, in qua Parochiali Ecclesia Fratres Ordinis Prædicatorum Jurisdictionem quasi Episcopalem exercent, decentius & honorificentius procedat, Priori pro tempore existenti conceditur, ut Presbyteros & Clericos Sæculares sibi ratione Jurisdictionis præfatæ subditos, ad personalia servitia, quæ dictæ Ecclesiæ tanquam Parochiali & quasi Cathedrali hactenus præstare consueverunt, & quæ de jure præstare tenentur, pariformiter in posterum præstanda cogere, & pro celebratione Missarum solemnium in Festivitatibus, Diaconum & Subdiaconum & eodem Clero assumere, nec non Diaconos & Subdiaconos, aliosque Clericos ad suos respective Ordines in dicta Parochiali Ecclesia exercendos compellere possit & valeat, prout perpetuo concedit & indulget *Benedictus* XIII *in Constitut. quæ incipit* Contentiones, *quæ integra reperitur* apud Ursayam *Disceptat. Eccles. tom* 7. *par.* 2 *disceptat.* 1. *sub num.* 141. & modo habetur etiam *in Bullar. Rom. tom* 9. *seu ejus Continuator par* 4. *Constitut.* 48. *pag* 365. 1975

1728. 13. Sept. —— Presbyteris vero, & Clericis dicto Priori Ordinis Fratrum Prædicatorum subditis, & dictæ Ecclesiæ Parochiali inservientibus ac addictis præcipitur, ut in Choro ejusdem Parochialis Ecclesiæ, iisdem modo & forma, quæ hactenus observata fuerunt, sedere, ac in Processionibus sub una eademque Cruce cum Fratribus præfatis incedere debeant & teneantur ac obligati existant. Iisdem autem Presbyteris & Clericis, qui in Vesperis Festivitatum, Vesperas, & in Majori Hebdomada Divina Officia, Horasque Canonicas, una cum prædictis Fratribus, 1976

bus, juxta eorundem Fratrum Ritum in dicta Parochiali Ecclesia, illiusque Choro psallentes recitaverint, ut pro illis Horis, quas recitaverint, non obstante Ritus hujusmodi diversitate proprio oneri, absque nova Divini Officii juxta proprium Ritum recitatione, satisfacere itidem possint & valeant, etiam perpetuo concedit & indulget *Benedictus* XIII. *in dicta Constit.* apud eundem Ursayam *loco supra citato*, *& in Bullar. Rom.*

1729. 20. Aug. —— Humana fragilitate devictus Corradus de Martino, Civitatis Maphicti, Incola Civitatis Vigiliensis, sub promissione Matrimonii anno 1719. carnaliter cognovit Annam Theresiam Frisari pariter domiciliariam Vigiliensem: & ex ea Filiam procreavit jam defunctam. Quamobrem, ut ejusdem Annæ famam resarciret, præfactam promissionem eam in Uxorem ducendi, Jure jurando coram Notario & Testibus ratificavit. Sed emissis consuetis proclamationibus, quidam auricularis Zelotypus, impedimentum inter eosdem primi & secundi gradus Curiæ Episcopali existere nunciavit, videlicet dictum Corradum esse Filium ex damnato coitu Nicolai Frisari, qui asserebatur Filius Florilli Frisari, Patris naturalis etiam Annæ: in quibus terminis dictus Corradus esset ex prætenso infecto sanguine, nepos memoratæ Annæ Et quamvis assertum impedimentum non fuisset in Curia Episcopali probatum, nihilominus, quia hujusmodi Matrimonium ab Amicis Denunciatum impugnabatur, Causa delata fuit in Sacram Congregationem Concilii, in qua post transmissionem Processus diligenter a Metropolitano Tranensi confecti, pluresque Testes hinc inde formiter examinatos, deventum est ad Dubia sequentia, quorum primum: *An constet de Impedimento*? Secundum vero Dubium: *An sit locus Dispensationi*? Et Sacra Concilii Congregatio 1977

tio

tio ad utrumque respondit, *Negative*: ut habet Ursaya, qui optime scripsit pro Corrado, *Disceptat. Ecclesiast. tom. 9. par. 1. disceptat 5. a num. 1. & seqq. ubi Facti series, & a num. 43. ad fin.* ubi Resolutio.

1730. 14 Jan. —— Joanna Lambucci, Uxor Laurentii Ruffini in Testamento condito in Oppido Montellæ de Nuscana Diœcesi sub die 2. Januarii 1727. injunxit eidem Laurentio, ut post ejus obitum, illam Habitu Regulari indutam sepeliri faceret in Ecclesia Patrum Reformatorum S Francisci in dicto Oppido Montellæ existentium. Defuncta eadem pia Muliere in nocte antecedente diem 11. Januarii ejusdem anni 1727. invitati fuerunt ab eodem Laurentio ejus Viro & hærede omnes Religiosi dicti Conventus S. Francisci de Montella ad associandum Cadaver ejus dilectissimæ Uxoris ad eorum Ecclesiam, qui, non obstante nive & pluvia, ac distantia unius milliarii, se contulerunt ad associandum Parochum expresse vocatum & invitatum a dicto hærede. Verum Parochus prætendebat exorbitantia emolumenta funeralia, & Canonici illius Ecclesiæ Collegiatæ volebant Funeri interesse, licet ab hærede neque invitati, neque voliti. Non attenta autem mediatione plurium Personarum ad hunc effectum interpositarum, non fuit possibile eidem hæredi convenire, neque cum Parocho neque cum Canonicis. Durarunt hujusmodi Controversiæ per spatium trium horarum, in quibus repetitæ pluries fuerunt protestationes, tam nomine Hæredis, quam Religiosorum, precesque Parocho porrectæ pro associatione Cadaveris piæ Mulieris ad Ecclesiam a se electam. Non valentes iidem pauperes Religiosi longiori tempore permanere inter nivem & pluviam, novis præmissis protestationibus Parocho repetitis, Cadaver dictæ Mulieris ad eorum Ecclesiam associarunt & sepelierunt. Hisce secutis, Alexander Bosco 1978

Con-

Consanguineus Parochi & duorum Canonicorum præfatæ Ecclesiæ Montellæ inaudita præcipitantia declaravit excommunicatum Patrem Guardianum, & Vespillones, cum immediata affixione Cedulonum, nec non Episcopus declaravit suspensos a Confessionibus audiendis in Ecclesia Reformatorum omnes illius Confessarios, subrogato tamen Patre Josepho a Montella. Post multos habitos recursus, tandem proposita Causa in Sacra Congregatione Concilii die 14 Januarii 1730. sub unico sequenti Dubio: *An licitum fuerit Patri Angelico Ordinis Reformatorum deferre Cadaver, non obstante inbibitione Episcopi: & proinde, an Censuræ sustineantur?* Et Sacra eadem Concilii Congregatio in Nuscana Funerum respondit: *Suspensis Censuris, Partes in posterum se abstineant a similibus*: ut habet Ursaya, qui scripsit pro Patribus Reformatis, *Disceptat. Ecclesiast. tom. 9. par. 1. disceptat. 36 a numer. 1. ad 13. ubi facti series, & sub numer. 122. ubi Resolutio.*

1730. 18. Nov. —— Supplicantibus Capitulo & Clero insignis Ecclesię S. Marię in Provenzano Civitatis Senarum pro concessione Juris sepeliendi in forma, cum omnibus Juribus, & pręcipue, quod Sepulturę Jure concesso, tributa quoque censeretur facultas Processionaliter deferendi Defunctorum Cadavera sub unica Cruce ipsius insignis Collegiatę, reservata Parochis ejusdem Civitatis Quarta Parochiali consistente in medietate, juxta morem in Urbe vigentem. Porrecto itaque supplici Libello ad Sacram Congregationem Concilii, emanavit gratiosum Rescriptum sub die 11. Aprilis 1682 quod postmodum executioni demandavit Archiepiscopus de Marsiliis per speciale Decretum desuper promulgatum sub die 22. Julii ejusdem anni. Quia vero tractu temporis moderni Parochi dictam gratiam cum pręfato Decreto jam acceptatam & subscri- 1979

ptam

ptam voluerunt ad proprium favorem magis extendere, in medium protulerunt quoddam Laudum sub die 25. Septembris 1648. promulgatum per Archiepiscopum Ascanium Piccolomineum, in sex capita distributum. Causa igitur in Sacram Congregationem Concilii delata, propositum fuit sequens Dubium: *An Laudum Archiepiscopi, latum die 25. Septembris 1648. sit exequendum?* Et Sacra eadem Concilii Congregatio in Senen. Jurium Parochialium, respondit: *Affirmative, & ad Eminentissimum Praefectum, juxta mentem*, quam fuisse pro Concordia credit Ursaya *Disceptat. Ecclesiastic. tom. 9. par. 2. disceptat. 16. a num. 1. & sub num. 99.*

1731. 17. Febr. —— Ludovicus Antonius Athanasius de Scudier in Ordine Subdiaconatus constitutus, prętendit se suscepisse dictum Ordinem per vim & metum, & consequenter non teneri ad Votum Continentię eidem Ordini Subdiaconatus annexum. Attamen, licet quando concludenter probatur metus in pręciso tempore susceptionis ejusdem Ordinis, cum qualitate illa, ut cadat in constantem virum, illius collatio de nullitate notari possit: quia vero talis prętextus in allegabilis est ex sola qualitate Ludovici, qui in sua juventute ad Bellum processit in eoque strenuitatis suę vires ostendit, non potest hujusmodi metus in viro Bellatore concedi: imo ex hoc idem metus prętensus concludentissime excluditur. Pręterquam quod convincitur libertas in susceptione Ordinis non solum ex spontanea consequutione Canonicatus & Pręceptorię in Collegiata Ecclesia S. Ægidii de Neumasensi Diœcesi, sed multo magis ex ejus pacifica possessione, & fructuum perceptione per quinque annos libere continuata, hoc est ab anno 1724. usque ad annum 1729. Accedit etiam tarditas in allegando dictum prętensum metum, quę mirabiliter predicta omnia confirmat: non enim 1980

debę-

debebat Athanasius tam magnam rem tandiu reticere. His, aliisque rationibus discussa Causa in Sacra Congregatione Concilii, propositisque ibi duobus sequentibus Dubiis, quorum primum: *An Orator teneatur ad Votum Continentiæ?* Secundum vero Dubium: *An sit locus Dispensationi?* Sacra eadem Concilii Congregatio in Arelaten. Ordinis Subdiaconatus, ad primum Dubium, respondit, *Affirmative*: Ad secundum autem respondit, *Negative*, cum addito, ut Causa amplius non proponeretur. Ita habet Ursaya, qui contra ipsum Athanasium scripsit in hac Causa, *Disceptat. Ecclesiast. tom. 9 par. 2 disceptat. 16. per tot.*

1732. 2 Maii. —— Ad tramites antiquæ Consuetudinis in Civitate Constantię vigentis, Canonici Cathedralis Ecclesiæ in signum superioris ordinis & gradus, in publicis Processionibus incedunt cum Famulo ad latus, privative quoad Prępositos, & Canonicos Ecclesiarum Collegiatarum, aliosque Ecclesiasticos in iidem Processionibus intervenientes. Spreta autem hujusmodi veteri consuetudine Joannes Gualbertus de Goldenast Prępositus Ecclesiæ Collegiatæ SS. Stephani & Nicolai præfatæ Civitatis, nuper occasione cujusdam publicæ Processionis, cum Famulo ad latus incedere non dubitavit. Qua de re habito per Capitulum & Canonicos Ecclesiæ Cathedralis recursu ad Episcopum S. R. I. Principem Constantiensem, statim iste judicialiter mandavit eidem Præposito, ut in proxima subsequenti. Processione SS. Corporis Christi absque Famulo ad latus interesset. Appellante autem Præposito ad Tribunal A. C. prodiit Sententia eidem favorabilis. Verum devoluta Causa ad Auditorium Sacræ Rotæ; propositoque Dubio: *An liceat Præposito insignis Collegiatæ SS. Stephani & Nicolai Constantiæ deferre Famulum ad latus in publicis Processionibus?* Auditis Juribus Capituli 1981

Eccle-

Ecclesiæ Cathedralis Constantiensis, in contumaciam ipsis Præpositi comparere non curantis, responsum fuit, *Pro Informante*. Rationes autem hujus Resolutionis ad favorem Canonicorum dictæ Cathedralis Ecclesiæ pro privativa manutentione suæ Consuetudinis, & plures & validas tradit *Rota in Constantien Juris deferendi Famulum in Publicis Processionibus coram Rezzonico*, apud Ursayam *Disceptat. Ecclesiast. tom. 9 par. 1. disceptat. 35. sub num. 12. & seq.*

1733. 14. Jan. —— Inter plures Ecclesias Parochiales, quibus anno 1569. Edicto Cardinalis Sabelli Vicarii Summi Pontificis Pii V. interdicta fuit Sacramenti Baptismatis administratio, quod ob Populi infrequentiam haud satis decenter in iis ageretur, adfuit etiam vetus licet, & insignis Ecclesia S. Mariæ in Monticellis, inter Filiales Ecclesiæ SS. Laurentii & Damasi jam dudum adscripta, quæ proinde tali Decreto sive Edicto, usque ad hæc ferme tempora obsequentissime paruit. At novissime, anno scilicet 1729. Benedictus XIII. dictam Ecclesiam S. Mariæ, quam paulo antea Congregationi PP. Doctrinæ Christianæ regendam commiserat, adeo exoptavit restituere antiquo Juri Baptizandi Infantes suæ Parochiæ, ut non solum erectionem Sacri Fontis oretenus demandaverit, sed ipse suas pecunias ad hoc contulerit, & speciali Rescripto executionem mandavit Cardinali Vicario, qui eam ad antiquam Juris Baptizandi possessionem reintegravit. In ea possessione dicta Ecclesia S. Mariæ in Monticellis permansit, usquequo post triennium insurrexit Capitulum, & Vicarius Curatus Ecclesiæ Matricis SS. Laurentii & Damasi, obtinuitque ab Auditore Clementis XII. facultatem contradicendi dicto Rescripto. Cumque Causa commissa fuerit Sacro Rotæ Auditorio, proposito Dubio: An erectio Fontis Baptismalis sustineatur? responsum fuit: Affirmative. Ratio- 1982

tio-

tiones autem bene fundatæ erectionis egregie & fuse tradit *Rota in Romana Juris Baptizandi coram Samminiato*, apud Ursayam *Disceptat. Ecclesiast. tom 9. par 1. disceptat. 32 a num. 134.* ¶ Vide infra 1733. 14. Nov. & 1734. 6. Febr.

1733. 14. Nov. —— Ecclesia S Venantii Fabriani nostris temporibus in Cathedralem erecta prætendebat jus Baptizandi privative quoad Ecclesiam Parochialem S. Blasii ejusdem Civitatis, sed quia ejus consuetudo valebat antequam dicta Parochialis Ecclesia S. Blasii proprium haberet Fontem Baptismalem, non videbatur posse amplius vigere. Nihilominus prætensione non cessante, habitus fuit recursus ad Sacram Congregationem Concilii, in qua pluries proposita Causa, tandem dato Dubio sequenti, videlicet: *An liceat Parochiali Ecclesiæ Cathedralis S. Venantii in ea baptizare Natos in alienis Parochiis, etiam Fontem Baptismalem habentibus: seu potius spectet privative ad unumquemque Parochum habentem Fontem in sua Ecclesia, baptizare Infantes propriæ Parochiæ?* Et Sacra eadem Concilii Congregatio respondit: *Negative quoad primam partem, & Affirmative quoad secundam*: ut habet Ursaya Scriptor in hac Causa, *Disceptat. Ecclesiasticar. tom. 9. par. 1 disceptat.* 33. in Fabrianen. Juris Baptizandi pro Ecclesia Parochiali S. Blasii Fabriani, cum Capitulo S. Venantii ejusdem Civitatis, *per tot. & signanter sub num.* 60. ¶ Vide infra 1733. 14. Jan & 1734. 6. Febr. 1983

1734. 9. Jan. —— Orta controversia inter Archipresbyterum & alios Sacerdotes Ecclesiæ S. Joannis Baptistæ ex una, & Rectorem & Presbyteros Ecclesiæ S Thomæ ex altera partibus super variis Dubiis & quadam concordia inter eos initam, habitus fuit recursus ad Sacram Congregationem Concilii, in qua proposita fuerunt sequentia quinque Dubia, quorum Primum: *An substineatur Concordia?* Secundum vero Dubium: 1984

An

An sustineatur Concordia? Secundum verò Dubium: *An constet de Matricitate Ecclesiæ Parochialis S. Joannis Baptistę, seu alio titulo superioritatis?* Tertium autem Dubium: *An Archipresbytero & Clero ejusdem Ecclesiæ competant supra Clerum & Rectorem S. Thomæ omnes illę prærogativæ, quibus gaudere asserebatur ante Concordiam?* Quartum vero Dubium: *An Ecclesia S. Thomæ sit vere Parochialis, vel simpliciter Curata, & dependens ab Ecclesia S. Joannis Baptistæ?* Quintum denique Dubium: *An sit locus divisioni Curæ Populi, & Redditnum?* Et Sacra eadem Concilii Congregatio in Anglonen. Terræ Claremontis, ad primum Dubium respondit, *Negative: & in reliquis ad Eminentissimum Prefectum pro nova Concordia, cum facultatibus Sacræ Congregationis, & interim cum facultate providendi, juxta modum eidem Eminentissimo benevisum: & amplius Causa non proponatur*: ut habet doctissimus Almæ Urbis Advocatus Dominicus Ursaya *Disceptat. Ecclesiast. tom. 9 par. 2. disceptat. 3. circa fin.*

1734. 6 Febr. —— Visum fuit expedire, ut sublata etiam contraria consuetudine, quisque Parochus habens Fontem Baptismalem, Infantes in sua Parochia natos Aqua salutis respergat, adeoque ut singuli Pastores suas cognoscant Oves, quæ per primum Baptismi Sacramentum in Christi Domini Gregem cooptentur, & in Ecclesiæ sinum excipiantur, quemadmodum advertit *Rota in Romana Juris Baptizandi 14. Januarii 1733. coram Sanminiato*: id etiam suadente, tum ea ratione, quòd Parochis propriis facilius compertum esse potest, quinam ex justis Nuptiis procreati sint, & tanquam tales in Parochialem Librum referri debeant: tum & alia, quòd ab eis vigilantia adhiberi major valeat, ne a Parentibus procrastinetur delatio Infantium ad Ecclesiam, in qua spiritualem regenerationem sunt assecuturi. Ita secuta est dictam magistralem De- 1985

cisionem *Sacra Congregatio Concilii in Fabrianen. Fontis Baptismalis*, ut videre est in Folio distributo dicta die 6. Februarii 1734 apud Ursayam *Disceptat. Ecclesiasticar. tom.* 9. *par.* 1. *disceptat.* 32. *sub num.* 157. & 158. *pag.* 227. ¶ Vide supra 1733. 14. Jan. & 14. Nov.

Si habeantur hoc in Libello aliquæ Resolutiones, quæ non sint ubique usu receptæ, Auctor fatetur, nolle per hanc Impressionem derogare consuetudini Locorum, aut Privilegiis, Exemptionibus &c.

L. D. M. D. A. P. ac S. I. L.

OPERE ECCLESIASTICHE

DI D. GIO: BATTISTA PITTONI SACERDOTE VENETO.

Che si vendono in Venezia in Casa di Leonardo suo Padre, Libraro a S. Giuliano in Corte del Vino vicino la Corte del Forno.

Costituzioni Pontificie, e Decisioni delle Sacre Congregazioni di Roma spettanti a' *Vescovi*, agli *Ordinarj* de' Luoghi, ed agli *Abbati* Secolari, e Regolari, Opera molto utile, e necessaria agli Ecclesiastici dell' uno, e l' altro Clero, dall' Anno 1183. fino all' Anno 1707. *inclusive*. Lir. 3.

Constituzioni Pontificie, e Decisioni delle Sacre Congregazioni di Roma spettanti a' *Canonici* dell' una e l' altra Chiesa, cioè, Cattedrale, e Collegiata, dall' Anno 1055. fino all' Anno 1721. *inclusive*: Opera, ove non solo si danno notizie curiose insieme, e necessarie a detti Canonici, ma etiamdio a Prebendati. Inservienti, e in qualsivoglia modo obbligati à dette Chiese: inserite anche molte cognizioni legali tolte da gli Autori più classici, ed approvati, antichi, e recentissimi: seconda amplissima Edizione seguita nell' Anno 1722. Lir. 3.

Costituzioni Pontificie, e Decisioni delle Sacre Congregazioni di Roma spettanti a' *Vicarj* Apostolici, Generali, Capitolari, Foranei, Perpetui, ed Amovibili del Clero Secolare, ed altri ancora delle Religioni: dall' Anno 1507. fino all' Anno 1706. *inclusive*: Opera non solo utile, e necessaria a detti Vicarj, ma etiamdio a subordinati. Lir. 2.

Costituzioni Pontificie, e Decisioni delle Sacre Congregazioni di Roma, spettanti al *Concorso delle Parrocchiali*, ed alla Collazione de' *Beneficj Ecclesiastici*, dall' Anno 1339. fino all' Anno 1729. *inclusive*. Opera non meno di gran profitto a tutti li Religiosi dell' uno, e l' altro

cisionem *Sacra Congregatio Concilii in Fabrianen Fontis Baptismalis*, ut videre est in Folio distributo dicta die 6. Februarii 1734 apud Ursayam *Disceptat. EcclesiastICAr. tom.* 9. *par.* 1. *disceptat.* 32. *sub num.*157. & 158. *pag.*227. ¶ Vide supra 1733. 14. Jan. & 14. Nov.

Si habeantur hoc in Libello aliquæ Resolutiones, quæ non sint ubique usu receptæ, Auctor fatetur, nolle per hanc Impressionem derogare consuetudini Locorum, aut Privilegiis, Exemptionibus &c.

L. D. M. D. A. P. ac S. I. L.

OPERE ECCLESIASTICHE
DI D. GIO: BATTISTA PITTONI SACERDOTE VENETO.

Che si vendono in Venezia in Casa di Leonardo suo Padre, Libraro a S. Giuliano in Corte del Vino vicino la Corte del Forno.

Costituzioni Pontificie, e Decisioni delle Sacre Congregazioni di Roma spettanti a' *Vescovi*, agli *Ordinarj* de' Luoghi, ed agli *Abbati* Secolari, e Regolari, Opera molto utile, e necessaria agli Ecclesiastici dell' uno, e l' altro Clero, dall' Anno 1183. fino all' Anno 1707. *inclusive*. Lir. 3.

Constituzioni Pontificie, e Decisioni delle Sacre Congregazioni di Roma spettanti a' *Canonici* dell' una e l' altra Chiesa, cioè, Cattedrale, e Collegiata, dall' Anno 1055. fino all' Anno 1721. *inclusive:* Opera, ove non solo si danno notizie curiose insieme, e necessarie a detti Canonici, ma etiamdio a Prebendati. Inservienti, e in qualsivoglia modo obbligati a dette Chiese: inserite anche molte cognizioni legali tolte da gli Autori più classici, ed approvati, antichi, e recentissimi: seconda amplissima Edizione seguita nell' Anno 1722. Lir. 3.

Costituzioni Pontificie, e Decisioni delle Sacre Congregazioni di Roma spettanti a' *Vicarj* Apostolici, Generali, Capitolari, Foranei, Perpetui, ed Amovibili del Clero Secolare, ed altri ancora delle Religioni: dall' Anno 1507. fino all' Anno 1706. *inclusive:* Opera non solo utile, e necessaria a detti Vicarj, ma etiamdio a subordinati. Lir. 2.

Costituzioni Pontificie, e Decisioni delle Sacre Congregazioni di Roma, spettanti al *Concorso delle Parrocchiali*, ed alla Collazione de' *Beneficj Ecclesiastici*, dall' Anno 1339. fino all' Anno 1719. *inclusive*. Opera non meno di gran profitto a tutti li Religiosi dell' uno, e l' altro

Clero, che a soggetti a Vescovi, o pure esenti dalla loro Giurisdictione desiderano esser proveduti di Benefizio con cura d' Anime, o d' altra sorte di Beneficj Ecclesiastici, ma etiamdio a Collatori medesimi necessarissima. Lir. 3.

Costituzioni Pontificie, e Decisioni delle Sacre Congregazioni di Roma spettanti alli *Parrochi* dell' uno, e l' altro Clero, che già si ritrovano nell' attuale amministrazione della Cura, dall' Anno 1254. fino all' Anno 1734. *inclusive*: Opera, nella quale si toglie a Pastori ogni fatica nell' osservazione degli Autori per la notizia delle cose decretate, e decise, ed insieme si solleva il Parroco dalla grossa spesa de' più riguardevoli Autori, che in quest' Opera sono citati: terza amplissima Edizione seguita nell' Anno 1737. Lir. 3.

Costitutioni Pontificie, e Decisioni delle Sacre Congregazioni di Roma spettanti a *Confessori* dell' uno, e l' altro Clero, dall' Anno 1023. fino all' Anno 1714. *inclusive*: Opera necessarissima non solo a Religiosi, che sono per amministrar il Sacramento della Penitenza, ma etiamdio a quelli, che attualmente lo amministrano: terza amplissima Edizione seguita nell' Anno 1715. Lir. 2: 10.

Costituzioni Pontificie, e Decisioni delle Sacre Congregazioni di Roma spettanti a Regolari di qualsivoglia Ordine anche Militare, dall' Anno 594. fino all' Anno 1719. *inclusive*: Opera, divisa in tre Tomi, non solo utile a detti Regolari, ma etiamdio a' Vescovi e loro Vicarj, Avvocati e Giudici Ecclesiastici, Parrochi e Confessori, e a tutto il Clero Secolare. Si vende. Lir. 10: -

Costituzioni Pontificie, e Decisioni delle Sacre Congregazioni di Roma, spettanti a SACRI RITI, ed a CERIMONIE ECCLESIASTICHE, tanto per l' Uffizio, quanto, per la Messa, sì privata, sì anche solenne, molto utili e necessarie a tutti gli Ecclesiastici dell' uno e l' altro Clero, dall' Anno 1262. fino all' Anno 1729. *inclusive*: Lir. 3.

Costituzioni Pontificie, e Decisioni delle Sacre Congre-

gregazioni di Roma, ſpettanti Canonicamente, e Civilmente al Matrimonio, tanto coſtante quanto ſciolto, dall' Anno 1175. ſino all' Anno 1725. *incluſive:* Opera diviſa in tre Tomi. Lir. 10.

Noviſſimo Quarto *Decennio* Romano de *Divini Uffizj*, o ſia, Calendario Romano per dieci Anni, dall' Anno 1733. ſino all' Anno 1742. *incluſive*, eſpoſto ad utilità di tutte le Dioceſi dallo ſteſſo Pittoni. Lir. 1: 10.

ALTRE OPERETTE

DELLO STESSO PITTONI.

VIta del Venerabile Servo di Dio INNOCENZO XI. Sommo Pontefice, ed in queſta ſettima impreſſione ſeguita nell' anno 1716. accreſciuta di notizie, con le Grazie operate da ſua Divina Maeſtà per mezzo li AGNUS PAPALI benedetti dal ſopradetto Sommo Pontefice; con il ſuo Ritratto al naturale in Rame: ſi vende. L. 1. ſol. 4.

Vita del Sommo Pontifice BENEDETTO XIII. dell' Ordine de' Predicatori, deſcritta dello ſteſſo Pittoni, con il ſuo Ritratto al naturale in Rame. Lir. 1: 5.

Vita di S. LORENZO GIUSTINIANO Primo Patriarca di Venezia, ſeconda Edizione ſeguita nell' Anno 1716. con il ſuo Ritratto in Rame. ſol 12.

Vita di S. SABBA Abbate, ſecondo la ſcriſſe il Metafraſte appreſſo il Lipomano, volgarizzata, ed accreſciuta dallo ſteſſo Pittoni, con figura in Rame. ſol. 12.

Lettera Affettuoſa ſcritta dallo ſteſſo Pittoni ad iſtanza d' una Innamorata. Sentimenti della Morte a chi vive, con figura in Rame. ſol. 6.

Lettera Morale ſcritta dallo ſteſſo Pittoni ad inſtanza d' un Moribondo: Sentimenti di chi muore a chi ſupravive, con figura in Rame. ſoldi 6.

Dedi-

Dedicazioni, o siano Sagre delle Venete Chiese, esposte in perpetuo alla divozione de' Fedeli dallo stesso Pittoni, con un Discorso d'eccitamento a' Cristiani per intervenirvi, il quale può servire a tutte le Diocesi. soldi 6.

Risposte Curiose, che si danno ad ogni Quesito in più sorti di Versi Italiani, e Latini: facilissima Invenzione Numerica del Pittoni, che serve per render allegra una Nobile Radunanza, ed eccitarla a consumare con gusto l'ore più oziose del Giorno nell' Estivo Trimestre, e quelle più tediose della Notte nella Stagione Brumale, con figura in Rame. Terza Edizione seguita nell' Anno 1730. soldi 6.

Il Moretto del Pittoni, Narrazione Panegirica delle dignissime prerogative, che si attrovavano in un Cane così nominato, vestito non solo di onorate, e profittevoli Erudizioni, che ponno servire a qualche adornamento dell' animo, ma anche di prudentissimi, e sanissimi insegnamenti, che ponno condurre alla rettitudine de' costumi, con 14. Figure. sol. 16.

Istoria della Vita, Azioni, e Guerre crudelissime del fiero Re Attila fatte nell' Italia, e specialmente nella Lombardia, cavate da Originali manoscritti antichissimi con due figure in Rame: Terza impressione ad instanza de' Curiosi. sol. 12.

LIBRI DI ALTRI AUTORI

STAMPATI IN VENEZIA

Da Leonardo Pittoni.

TRattato de' SCRUPOLI di COSCIENZA, che cosa siano, con quali Rimedj si curino, e se sia bene operar contro li Scrupoli, non potendosene liberare: Operetta utile, e necessaria a Confessori, e Penitenti, composta da Giuseppe Cabrini Dottore in Sacra Teologia, e Consultore Generale della Santa Inquisizione di Venezia,

zia, ristampata la quinta volta ad istanza de' Confessori di Monache. fol. 10.

Ristoro de' Moribondi, Considerazioni utilissime da farsi nel tempo della Vita per riparare agli affanni, che seco porta quello della MORTE. Opera profittevole ad ogni Cristiano, del P. Antonio Auria della Compagnia di Gesù. Lir. 1: 10.

Orologio Ascetico, col quale si dimostra la maniera di far regolatamente, e con frutto quegli Esercizj Cristiani, che giornalmente occorrono: col Testamento per prepararsi ad una buona Morte: Opera del Cardinale Giovanni Bona, tradotta in Lingua Toscana da un Sacerdote Secolare. Lir. 1: 5.

Il Medico Spirituale Assistente agl' Infermi coll' amministrazione de' Santi Sagramenti, e con tutte le Assoluzioni, che si possono dare in Articolo di Morte. Opera utile a' Curati, a commodo de' quali si sono pure inserite varie Benedizioni, il modo di celebrare il Sacramento del Matrimonio, e le Istruzioni per la Confessione, e Comunione. Lir. 1: 5.

Aforismi Sacri, ovvero Detti notabili raccolti dalle Opere di S. Francesco di Sales, e della Venerabile Primogenita sua Figlia Spirituale Madama di Chantal. Lir. 1.

Il Mistico Girasole, cioè, Industrie per unirsi al Signore Iddio, del Padre Alfonso Gianotti della Compagnia di Gesù. fol 12.

Lettera scritta da un Confessore ad un suo Penitente, desideroso di sapere in che consista il Peccato dell' USURA, e quali e quante sieno le maniere, con le quali si commette, a fine di caminare ne' temporali interessi con tutta sicurezza di Coscienza: Operetta novissima, profittevole. fol. 12.

Spiegazione del *Magnificat*, Opera postuma del Padre Paolo Segneri della Compagnia di Gesù non più stampata, con il Ritratto in Rame. fol. 12.

Idea d'un buon Confessore secondo la Dottrina e modo di viver di S. Francesco di Sales Vescovo, e Principe di Geneva: Opera del Dottore in Sacra Teologia Raimondo Bonalio: Seconda Edizione. fol. 12.

Li

Li Configli della Sapienza, ovvero Raccolta delle MASSIME di SALOMONE le più necessarie all' Uomo per dirigersi saviamente, con Riflessioni sovra di queste: Traduzione dal Francese, divisa in due Parti. Lir. 1. sol. 15.

Analogia del Vecchio, e Nuovo Testamento, nella quale primieramente si spiega lo stato del Vecchio, e poi il consenso, la proporzione, e la conspirazione di quello col Nuovo: Opera del P. Martino Becano Teologo della Compagnia di Gesù. Lir. 1: 15.

Pratica della Regola di S. Benedetto nella guisa viene osservata da' Monaci Benedettini della Congregazione di S. Mauro in Francia, necessaria specialmente alle Monache di detto Ordine, ed a' loro Confessori. Lir. 1.

Il PARROCO istruito, Opera, in cui si dimostra a qualsia CURATO novello il Debito che lo strigne, e la Via da tenersi nell' adempierlo, data in luce dal P. Paolo Segneri della Compagnia di GESU', col Ritratto dell' Autore in Rame, ristampata nell' Anno 1722. Si vende Lir. 1. sol. 10.

Decreto freschissimo di Giubilazione de' Canonici, emanato nell' anno 1721. in contradittorio giudizio, ostando il Capitolo, con le ragioni di ambe le parti, e la risoluzione della Sacra Congregazione del Concilio. sol. 8.

Trentatre novissimi universali Decreti della Sacra Congregazione de' Riti circa le Giurisdizioni Parrochiali, le Funzioni, e le Preeminenze fra li Parrochi, e le Confraternità de' Laici, i loro Capellani, ed Officiali. sol. 8.

Decreti recentissimi sopra la moderazione degli Indulti di ricevere gli Ordini fuori del tempo: la celebrazion delle Messe per li Sacerdoti Secolari nelle Chiese de' Regolari: gl' abusi di Sacrificare negli Oratorj Privati, e sopra gli Officj concessi una volta alla settimana, overo al mese. sol. 8.

Moderne Risoluzioni della Sacra Congregazione del Concilio concernenti la materia delle Giurisdizioni de' Chierici sol. 8.

